UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

**Oliverius, Horatius**

**Pragae, 1711**

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55386

Visual Library

Th. 3378.

# EPISTOLÆ PRÆPOSITORUM GENERALIUM AD PATRES ET FRATRES SOCIETATIS JESU.




Collegii Soc.
Jesu pars.
bona 1758

PRAGÆ,
Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeæ in Coll: Soc: JESU ad S. Clementem.
Anno 1711.

# Patribus, Fratribúſque Societatis JESU

Horatius Oliverius Societat: ejuſdem Secretarius Salutem.

*Piſtolas viginti quatuor, à Præpoſitis Generalibus ad Societatem Univerſam datas, & Anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto typis Antverpienſibus editas, Bernardus de Angelis, Societatis ejuſdem tunc temporis Secretarius, uno concluſas Libello, Patribus, Fratribúſque Noſtris obtulit, dicavitque; ratus, è re publica fore,* ſi in iis erectum extaret quaſi monimentum, cujus aſpectu Poſterorum animi ad propriam perfectionem extimularentur. *Hujus ego ſtudium, & exemplum imitatus, idem Opus Pragenſi prælo recuſum, ac ſeptenis, quæ ſparſim habebantur editæ, diverſorum*

*ſorum Generalium Præpoſitorum Epiſtolis auctum, atque illuſtratum, Vobis itidem, Reverendi Patres, Fratréſque Cariſſimi, offerendum, dedicandúmque cenſui: cum probè noverim, Religioſiſſimis Filiis nîl optatius poſſe contingere, quàm, ſi Parentum ſuorum voces audiant, ac monitis informentur. Id cumulatè præſtabit, opinor, præſens Epiſtolarum Volumen; cujus Lectioni Vos interim eo ſucceſſu vacaturos, confido; ut de unoquoque Veſtrûm augurari, mihi, ac prædicere liceat, quod de Divo Epiphanio, Sacræ Scripturæ codices evolvente, ſcripſit Ennodius:* Pingebat actibus ſuis paginam, quam legiſſet, quod Liber docuerat, Vita ſignabat. *Valete, mei memores in veſtris apud DEUM precibus, & Sacrificiis. Romæ in Domo Profeſſa. Die 29. Novembris, ANNO M. DCC. X.*

Omnium in Domino Servus

Horatius Oliverius.

TA-

# TABULA EPISTOLARUM.

I. S. P. N. Ignatii de Lojola Præpoſ: Gener: I. ad PP. & FF. qui ſunt in Hiſpania. An. 1547. 4. Martii. *De perfectione Religioſa* *pag. 1.*

II. Ejuſdem ad PP. & FF. Soc: Jesu, qui ſunt in Luſitania. Anno 1553. 26. Martii. *De Obedientiæ Virtute* - *pag. 19.*

III. R. P. N. Jacobi Laines Præpoſ: Gen: II. ad PP. & FF. qui ſunt in India. An. 1558. 12. Dec. *De magnitudine Suſcepti operis, & conſervandi Spiritûs in ea Miſſione* - *pag. 38.*

IV. S. P. N. Franciſci Borgia Præpoſ: Gen: III. ad PP. & FF. Provinciæ Aquitaniæ. Anno 1569. Menſ. Apr. *De mediis conſervandi Spiritum Societatis, & Vocationis Noſtræ* *pag: 46.*

V. R. P. N. Everardi Mercuriani Præp: Gen: IV. ad Superiores Societatis. Ann. 1574. 8. Oct. *Monita ad rectam gubernationem* *69.*

VI. R. P. N. Claudii Aquaviva Præpoſ: Gen: V. ad Superiores Societatis. An. 1581. 28. Junii. *De ejuſdem Soc: felici progreſſu.* *77.*

VII. Ejuſdem ad PP. & FF. Soc: A. 1583. 29. Sept. *De Renovatione Spiritûs* - *p. 126.*

VIII. Ejuſdem ad PP. & FF. Societatis. A. 1586.

1586. 10. Maji. *De Studio Perfectionis, & Charitate Fraterna* – – *pag. 163.*

IX. Ejusdem ad Provinciales Societatis. An: 1587. 28. Mart. *De quibusdam mediis, ad Societatis conservationem facientibus.* – *p. 203.*

X. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis in Indiis orientalibus. Anno 1590. 12. Jan. *De fine illius Missionis* – *pag. 239.*

XI. Ejusdem ad Provincial: Societ: An. 1590. 12. Maji. *De Jubilæo, & Missionibns.* *250.*

XII. Ejusdem ad Patres Societ: A. 1594. 4. Aug: *De fervore, & Zelo Missionum* *p. 260.*

XIII. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1599. in Majo. *De modo instituendarum Missionum* – – *pag. 280.*

XIV. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis Jesu. Anno 1599. 8. Maji. *Quis sit Orationis, & Pœnitentiarum usus in Societate Nostra.* *p. 287.*

XV. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1599. 14. Aug. *De usu Exercitiorum Spiritualium* – – *pag. 313.*

XVI. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1599. 14. Aug. *De formandis, ac bene instituendis Nostris Concionatoribus* – *p. 317.*

XVII. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis Jesu.

Jesu. An. 1602. 29. Jul. *De recursu ad DEUM in tribulationibus, & persecutionibus* pag. 321.

XVIII. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis Jesu. Anno 1604. 24. Jun: *De renovatione Spiritûs, & correspondentia cum DEO* pag. 333.

XIX. Ejusdem ad Superiores Societatis. Anno 1604. 20. Aug. *De solicitudine, & vigilantia Superiorum erga subditos* - pag. 371.

XX. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1612. 24. Nov: *De Officii Divini recitatione, & celebratione Missæ* - pag. 382.

XXI. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1613. 28. Maji. *Monita complectens, formandis Concionatoribus apta* - pag. 396.

XXII. R. P. N. Mutii Vitelleschi Præpos: Gen: VI. ad Superior: Societ: A. 1617. 4. Jan: *Monita quædam iisdem data* p. 421.

XXIII. Ejusdem ad PP. & FF. Societat: Anno 1617. 11. Jan: *De Modestia, Oratione, & Variis ex illa Virtutibus in Societatis fructum, & perfectionem provenientibus* - p. 440.

XXIV. Ejusdem ad Provinciales, & PP. Congr: Provinc: Societ: Anno 1619. 7. Mart: *De præsenti Statu Societatis* - p. 473.

XXV. Ejusdem ad PP. & FF. Societatis. A. 1639. 15. Nov: *De Anno Sæculari Societ:* 489.

XXVI.

XXVI. R.P.N. Vincentii Carafæ Præpoſ: Gen: VII. ad PP. & FF. Societ: *De mediis conſervandi primævum Societatis Spiritum* p. 541.

XXVII. R.P.N. Franc: Piccolominei Præpoſ: Gen: VIII. ad PP. & FF. Societatis. An. 1650. 28. Oct. *De utilitate, & neceſſitate Executionis* - pag. 584.

XXVIII. R.P.N. Goſſwini Nickel Præpoſ: Gen: X. ad PP. & FF. Societatis. An: 1653. 30. Sept: *De amore, & ſtudio perfectæ Paupertatis* - - pag. 639.

XXIX. Ejuſdem ad PP. & FF. Societatis. Anno 1656. 16. Nov. *De Nationali, Provinciali-que pernicioſo ſpiritu in Societate vitando.* pag. 699.

XXX. R.P.N. Joannis Pauli Oliva Præpoſ: Gen: XI. ad PP. & FF. Societatis. An: 1666. 8. Sept: *De Informationibus* p. 730.

XXXI. R.P.N. Michaëlis Angeli Tamburini Præpoſ: Gen: XIV. ad Superiores Societatis. Anno 1707. 15. Dec: *De promovenda obſervatione Inſtituti Noſtri per vigilantiam, & executionem* - pag. 766.

EPI-

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

I.

S. P. N.

# IGNATII
## DE LOYOLA

Præpositi Generalis Primi,
itidem Prima,

## Ad Patres & Fratres, qui sunt in Hispania.

Anno 1547. 4. Martii.

*De perfectione Religiosa.*

Gratia & amor æternus JESU CHRISTI Domini Nostri, sit semper in favorem & auxilium vestrum. Amen.

*In acquirenda perfectione gratiæ DEI addenda est opera nostra.*

SÆPE, cùm litteris Fratris nostri Simonis, tum à Sanctacruce, de vobis nuntios accepi. Neque Deum fugit, bonorum omnium fontem, quantam lætitiam animo & consolationem hauserim, cùm, qui-

bus stimulis Divina Majestas vestra in virtutem studia incitaret, accepi. Quod etiam in his plagis tanto à vestris locorum intervallo & longinquitate disjunctis, magno est multis animo &exemplo. Atque illud quidem omni vero germanóque Christiano, meritissimo jure, lætandum intelligo, cùm Dei creatoris nostri gloriam quantam maximam honorémque diligere, & ipsius imaginis, quam pretioso sanguine unigeniti Filii sui redemit, utilitate emolumentóque gaudere, communi omnes obligatione teneamur: mihi verò in primis in Domino lætandum, qui non modò nulli in hoc genere cedere, sed peculiari etiam amore vestri ardere & flagrare debeam. Sit laus & gratia Deo Creatori nostro, ex cujus infinita liberalitate & munificentia, bonorum omnium ratio gratiæque redundat. [illegible] it Divina Majestas, ut suus ille fons div[illegible]nisericordiæ, largiori in dies perennitat[illegible]aturiat, ut quod in vobis clementer in[illegible]avit, assidua accessione, cumulóque perficiat. Nec verò dubito, quin summa ejus bonitas, immensus amor, caritásque paterna (quæ ad perfectionem nobis sponte largiendam, quam nos ad eamdem vestigandam paratior est) ad egregios exitus sua cœpta perducat: quod si secùs haberet, æternus ejus Filius ad eam perfectionem, quæ

quæ à sola ipsius benignitate dependet, nequaquam in hæc verba nos hortatus fuisset: *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est*: ut quod ad illum attinet certum omnino sit, illum semper esse ad liberalitatem paratum: modò altam in nobis profundámque humilitatem, & dignum suâ gratiâ desiderium inveniat, & bene acceptis beneficiis uti, & impigra gratiæ cooperatione versari incessanter, nos videat. Quo sanè in genere committendum non puto, ut qui vestrûm in hoc virtutis stadio, bravii studio gratiáque decurrunt, non eos suis aculeis incitandos suscipiam. Quamobrem vestrum est ad acquirendam virtutem, vestram omnem operam industriámque convertere; si quam, non modò in vestro regno, sed alibi passim, in multorum animis expectationem concitâstis, sustinere velitis: qui cùm vobis interiùs & exteriùs, suæ præsidiis gratiæ undequaq; vallatis, & peculiari quodam favore dotatis, benignè Deum facientem aspiciant, à vobis non immeritò insignem quemdam fructum, & extraordinarium expectant. Matth. 5. 48.

2. Et verò, quem tanta, quanta vos serviendi Deo obligatio devincit, vulgari labore & famulatu non est contentus, qui par quidem obligationi ante vestram vocatio- *Quantam perfectionem exigat vocatio nostra?*

tionem fuisset, quia quod tunc temporis non in minimis erat ponendum, jam certè vobis in nihilum verteretur. Neque enim Deus vos solùm eduxit, *De tenebris in admirabile lumen suum; & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ*, quod cum aliis fidelibus vobis voluit esse commune; verùm etiam ut meliùs puritatem studiúmque rerum ad suum obsequium pertinentium tueremini, è voragine illa gurgitéque mundano vos amanter extraxit: non solùm ut nè vestra salus & innocentia in discrimen veniret in mediis procellis & tempestatibus iis, quas nunc bonorum & opum, nunc honoris & gloriæ, nunc voluptatum avidissimus turbo, ac importunus metus naufragii & jacturæ, excitare consuevit; sed etiam insuper utnè vestrum animum humanæ res viles atque labiles irretitum tenerent, & vestrum cor in varias partes distractum occuparent; quò gloriæ divinæ, quò vestræ saluti, quò auxilio proximi, (quem in finem vos condidit) vos totos certatim penitúsque dedatis. Tametsi autem quidquid Christiana doctrina complectitur, ad eum vos finem dirigat & perducat; nihilo tamen seciùs vos eò vocavit, ut ad Dei gloriam, proximíque salutem juge sacrificium vos exhibeatis: ejus bonum & progressum spiritualem, non tan-

1. Petr. 2. 9.

Coloss. 1. 13.

tantùm exemplis, desideriis, internis orationibus assiduè procurando; sed mediis etiam & instrumentis externis, quibus ut alter alteri succurreret, & proximum juvaret, divina providentia præcepit. Atque indè videre licet, ad quàm celsum, nobile, & regale genus vivendi vos extulerit; cùm nec in hominibus, nec in ipsis Angelis, quàm in se Deum magnificè laudare, & ejus res creatas, pro earum captu, ad ipsum convertere, nullum exercitium officiúmque sublimius reperiri possit.

*Tepor excutiendus, fervor fovendus.*

3. Gaudete igitur, & infinitas agite Deo gratias pro tanto beneficio: cui utcumque pares ut esse possitis, particularis gratiæ ab ipso auxilium opémque postulate. Nam magna certè vobis opus est diligentia, ut tantum finem assequi valeatis. Quæ retro sunt, quæso, in gratiam Jesu Christi obliviscimini: & quasi nunc primum tam longum iter susciperetis, virtutis viam indefesso progessu alacriter metimini: & in bonis vestris sanctísque exercitiis ab omni tepore atque pigritia, tamquam ab hoste capitali abhorrete. Illos sibi quisque ad imitandum proponat, quos diligentia insignes & magnanimitate videbit. Cavete, nè filii hujus sæculi majori cura & solicitudine in caducarum rerum, quam vos æternarum as-

secutionem, incumbant. Pudeat, quod in mortem illi, quàm vos in vitam, citatiori gradu ferantur. Viles, abjectos, imbelles vos, ignavósque putate, si vel unus in Aula reperiatur, qui ut terreni Principis favorem nescio quem, & gratiam aucupetur, ipsius nutibus diligentiùs serviat, quàm vos, ut gratiosi apud cælestem Regem, Imperatorémque evadatis: & si in bello miles generosiùs pugnet, ut victoriam obtineat, futilē gloriam colligat, exuvias consequatur, quàm vos, ut de vobis victoriâ strenuè partâ, æternam gloriam in cælesti regno consecuti triumphetis. Quocirca per Jesum Christum vos oro & obtestor, ut nullum unquam in divino servitio teporem admittatis: quandoquidem, *Arcum frangit intensio, animam remissio*: & contra, ùt testatur sacra pa-
Prov. 13. 4. gina, *Anima operantium impinguabitur.* Fovete semper in sinu cordis vestri vividum quemdam sanctúmque fervorem ad quosvis pro virtute exantlandos labores: quia rarum aliquod & eximium facinus, sexcentis vulgaribus minutísque antecellit: ad quem enim virtutis gradum multis annis piger nō potest adrepere, exigua temporis intercapedine, diligens mirabiliter volat.

*Ad hoc motiva.* 4. Certum est etiam pigros, quod seipsos non vincant, nec ad animi pacem, nec

ad

ad perfectam unquam ullius virtutis possessionem venire ; cùm tamen diligentes utrumque paucis diebus facilè consequantur. Eodem accedit, usu ipso & experientiâ patere, non ignavos & tepidos, sed ardentes & gnavos in obsequio divino animi pace & tranquillitate potiri. Et merito quidem : dum enim in victoria sui ipsorum laborant, ut amoris proprii se à vinculis laxent, usque ab imis fibris mœstitiam, mœrorem, aliósque turbulentos motus animi evellunt, & sensim sinè sensu virtutum habitudines suis animis induunt, à quibus parati, quasi naturâ duce, deinceps operantur, & ad sanctam à Deo percipiendam lætitiam consolationémque parantur : quia *Vincenti dabitur manna absconditum.* Apoc. 2. 17. At verò contra, negligentia & tepiditas semper mœstos pariunt ignavo labores, quòd illorum causlam, amorem nempe proprium, non procul amandet, nec bonis operibus Dei gratiam mereatur. Nullum ergo laborem in bonis omnibus, laudabilibúsque exercitiis detrectare debetis : quia vel in hac vita, in studio perfectionis religiosæ, & in constanti bonorum operum & virtutis exercitio, fervoris fructum degustandum capietis. Deinde si mentis oculos in gloriæ æternæ præmium mercedémque jaciamus, nullo negotio nobis il-

lud Apostoli in animum inducemus: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*: quia, *Quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Rom. 8. 18.

2. Cor. 4. 17.

*Omnia bene peragenda.*

5. Quòd si in mundo, in Christianis omnibus, qui Dei cultum & obsequium profitentur, fervor ille elucere videtur; quanta vos tandem manet in cælo corona, si ad vestram vocationem vos totos fingatis; cujus tota ratio non in eo solùm consistit, ut ipsi apud Deum in famulatu simus, sed ut alios multos ad eumdem trahamus? De illis enim sic scripturæ loquuntur: *Qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ* fulgebunt *in perpetuas æternitates.* Quod in illos convenit, qui & in ipsa spiritualium armorum tractatione, & in solerti ad illa præparatione, diligentiâ quàm maximâ sua munera exequuntur. Neque enim sufficit opera per se bona facere, sed benè facere: cùm unus ex Prophetis dicat: *Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.* Et Apostolus: *Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* Item: *Non coronatur, nisi* qui *legitimè certaverit.* Quod de illis dicitur, qui dum adhuc in vivis versantur, ne latum quidem unguem de officio di-

Dan. 12. 3.

Jerem. 48. 10.

1. Cor. 9. 24.

2. Tim. 2. 5.

discedunt. At præter omnia velim unumquemque vestrûm cum zelo gloriæ Dei, proximorúmque salutis, JESU CHRISTI Salvatoris nostri puro & sincero amore lucere.

*Instrumenta & media ad acquirendam perfectionẽ.*

6. Ad quem finem estis vocati, infractis animis enitimini; cùm tot ejus caussâ vobis à Deo auxilia & instrumenta suppetant. Hæc instrumenta sunt omnia gratiæ dona spiritualia, quibus nos in omni bono opere, nos, inquam, à natura ipsi adeò adversos, rebelles, contumaces, hactenus prævenit & prævenire dignatur: hæc instrumenta sunt, incredibiles promissiones suæ gloriæ, ut communione suæ immensæ præstantiæ, quod ipse est naturâ, nos gratiâ evadamus: instrumenta denique, tota ista rerum universitas est; cùm non solùm quæcumque subter, sed etiam super orbes cæleste sunt, illæ nimirum omnes divinæ mentes, cæléstesque Hierarchiæ nostris sint ab eo ministeriis destinatæ: *Omnes* enim *sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis.* Hebr. 1. 14. Quòd si omnia hæc instrumenta sufficere non videantur, se ipse instrumentum præstitit, cùm pretium nostræ salutis, in cruce se obtulit; & in augustissimo Eucharistiæ Sacramento in viaticũ, & ducem hujusce mortalis peregrinationis se de-

dedit. Heu, quid illi sufficiat, cui non tot bona & incitamenta sufficiant, ut ad sui Principis se obsequium componat? Et ut ad hoc majori promptitudine & alacritate curandum pluribus nominibus nos obstrictos haberet, posthabitâ quodammodo suæ infinitæ gloriæ, qua fruebatur, præstantiâ, ut eamdem nobiscum aliquando comunicaret, tanto beneficio nos indignos affecit; nostris miseriis se onerans, ut nos illis levaret; seipsũ vendi volens, ut nos redimeret; infamari, ut gloria donaret; pauper esse, ut ditaret; usque adeo denique infamem mortem sibi deligere, ut nobis immortalem & beatam vivendi rationem impertiret. Itaque si vinculis obligationis tantæ vos ligatos videtis, & ad ejus servitium accretionémque gloriæ toto pectore aspiratis; in hoc vos tempore versari habetote, quod etiam atque etiam industriam vestram zelúmque requirit. Videte, quantulus honor divinæ Majestati in præsens habeatur, veneratio exhibeatur, obedientia præstetur. Imò vero cum intimo maximóque dolore diligenter videte, in quanta ubique gentium ignoratione versetur, nomen ejus blasphemis vocibus proscindatur; & Jesu Christi sempiternæ Sapientiæ doctrina contemnatur, vita repudietur, pretium sanguinis vilescat, & qua-

quadam ratione, quantum in nobis est, penitus perdatur, & in nihilum occidat. Tanta illorum paucitas, qui ad salutem utantur.

*Perfectus sit oportet, qui proximos cupit perficere.*

7. Videte vestrum proximum tamquam imaginem sanctissimæ Trinitatis, ipsius gloriæ capacem, cui totus orbis, utpote templo sancti Spiritûs, membro JESU CHRISTI, pretioso ejus sanguine redempto, famulatur, videte inquam, proximum, quot & quantas miserias incurrat, in quibus tenebris ignorantiæ jaceat, quibus terrestrium desideriorum, vanarum opinionum, impotentium appetituum procellis obruatur; quot & quantorum hostium impressione lacessamur & impugnemur, cum periculo perdendi non reculas caducas & perituras, sed regnum gloriæ & felicitatem æternam; & supplicia sempiterna: videte, inquam, ut JESU CHRISTI gloriam, honorémque defendere, & proximi salutem procurare debeatis: & certè videbitis, quanta ad quoscumque suscipiendos labores præparatio sit adhibenda, ut apta ad eum finem vos divinæ gratiæ instrumenta præstetis, præsertim cùm tam rarum sit bonorum Operariorum genus, qui quærant, non quæ sua sunt, sed quæ JESU CHRISTI.

8. Atque

*In fervore adhibenda discretio.*

8. Atque eo consilio ità locutus sum, ut vos excitarem; & ad eorum, qui parùm festinant, tarditatem cursûs, pernicitatem adjungerem; non ut in aliud extremum minùs cauti fervoris vos impellerem: nam ex tepore pariter & fervore nimio, morbi animi proficiscuntur: *Rationale obsequium vestrum*, inquit Apostolus; & regius Prophe-

Rom. 12. 1.

Psal. 98. 4.

ta, *Honor Regis judicium diligit*; scilicet discretionem: & in Levitico divinitus præci-

Levit. 2. 13.

pitur: *In omni oblatione tua offeres sal.* Et verò hostis ille noster nullâ re magis caritatem extinguit, quàm immodico & inconsiderato in virtute progressu. *Nè quid nimis*, ait parœmia. Quod cùm in omnibus, tum etiam in justitiæ, ùt monet Sapiens, ratio-

Eccl. 7. 17.

nibus observandum. sic enim: *Noli esse justus multùm.* Quæ si regula & moderatio absit, bonum in malum desinit, & virtus in vitium: ac inde, incommoda quæ cum mente illius, qui per extremum illud, iter facit, depugnant, alia ex aliis quàm plurima enascuntur.

*Damna fervoris indiscreti.*

9. Primum illorum est, diu illum Deo servire non posse, ùt equis accidit, qui post nimium iter in cursu fatiscunt. Sic sæpè usu venit, aliorum operas nostri gratiâ impediri, cùm nostras aliis præstare deberemus. Alterum est, illum sibi moderari non

posse,

posse, qui nimias celeritates præcipitanter
suscipiat. *Nam substantia festinata minue-* Prov. 13.
*tur*, ait sacra pagina. Atque ità æstus & 11.
præcipitatio caput ruinæ est. *Qui enim fe-* Prov. 19.
*stinus est pedibus, offendit.* Tertium est, illi 2.
curæ non esse, periculo nimii & insolentis
oneris suam navem liberare. Quia si peri-
culosum est, illam ad portum fortunatum
appellere, non minoris periculi & discrimi-
nis est, tantum illi pondus atque onus im-
ponere, ut necessariâ depressione subsidat.
Quartum est, novum hominem, non au-
tem, ùt par erat, veterem crucifigi, cùm
præ debilitate, exercendæ virtuti vacare
non possit. Atque ex S. Bernardo, per im-
modicum illum fervorem quatuor nobis in-
justè subripiuntur, nimirum, *Corpori effectus, animo affectus, proximo exemplum, Deo honor*:
ut qui ità se gerit, tamquam sacrilegus, quòd
templum Dei vivum tam malè habuerit, il-
lorum omnium sit, quæ attigimus, reus;
& rationem Deo reddere teneatur. Ad hæc
suum proximum bono fraudat exemplo,
quòd unius casus ceteris sit terrori, & mul-
torum fervori in via virtutis tepore adsper-
gat, & ità proximo offendiculum pariat.
Quamobrem idem Sanctus hujuscemodi ho-
minem, reum veritatis, & inimicum pacis
nominatim proclamat. Præterea genus il-
lud

lud hominum arrogans, superbum, gloriosum esse solet, & in judicio suo ceteris præferendo, & in eo saltem, in quod jus non habet, sibi arrogando, cùm in propria causa, quod Superioris est, personam velit judicis sustinere. His autem incommodis alia quædam accedunt: nempe tot armorum onus subitur, (quod Davidi contigit in armis Saulis) ut usus nullus illorum consequatur: & calcaria quidem, nullum autem frenum indomito equo intractabilíque paratur. Ut discretio & prudentia sit opus, quæ, ùt optimè D. Bernardus monet, inter utrumque extremum progrediatur. *Bonæ*, inquit, *voluntati non semper credi expedit, sed frenanda est, sed regenda est, & maximè in incipiente.* Si verò vobis rara & inventu difficilis discretio videbitur, per obedientiam, ad quam confugiendum, ejus defectum ad securitatem supplete. Quod si quis proprio velit adhærere judicio, D. Bernardum audiat: *Quidquid sinè voluntate vel consensu Patris spiritualis fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi.* Et divini illius refricate memoriam: *Quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Quapropter per obedientiam voluntates vestras & judicia mactate, & nimiam corporis debilitationem vitate.

1. Reg. 17. 39.

Bernard. ad Frat. de monte Dei de vita solit.

1. Reg. 15. 23.

10. Neque

10. Neque tamen putetis velim, displicere mihi, aut suam apud me laudem non obtinere, quod de vestris per litteras mortificationibus accepimus: siquidem non me præterit, Sanctos olim sanctas id genus insaniendi rationes, præsertim suæ conversionis initio, magno suo fructu & progressu virtutis, ad sui victoriam & majorem virtutis acquisitionem adhibuisse: sed illi, qui dante Deo, suæ jam voluntatis & amoris proprii victores evaserunt, longe certè satius erit, ut se ad normam moderationémque discretionis componant, nec ab obedientia recedant, quam vobis maximè, & illam pariter commendo virtutem, quæ alias omnes continet, cuique Præcepti nomen Dominus noster fecit his verbis: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Joan. 15. 12. Neque verò dumtaxat invicem vos perpetuò diligere & amare debetis, sed amorem illum omnibus communicare, excitantes in vobis, quoad ejus fieri poterit, salutis proximi ardentia desideria, & justam illius, ùt Jesu Christi sanguine & morte redempti, rationem habentes: ut ea præparatione, & internæ caritatis incremento, apta divinæ gratiæ ad cooperationem tam arduam & præstantem convertendi animas ad Deum finem nostrum ultimum, instrumenta evadatis.

*Obedientia, & charitas commendatur.*

datis. Neque vos proximo inutiles esse credatis, quamdiu affectiones hujusmodi sentietis: quia præter fructum vestrum, multis modis illi vos fructuosos præbetis: in primis quidem præsenti labore, & illius suscipiendi intentione, cùm vos omnino totos ad ejus instructionem & ædificationem formetis. Etenim quando miles egregiis armis ad sua cœpta se munit, nemo laborem ejus ad obsequium sui Principis spectare negaverit, licèt ante moriatur, quàm vota sua implere potuerit. Itaque ad alias peculiares pietatis rationes, cujusque vestrûm est quotidiana se Deo in proximi salutem, oblatione dicare. Secunda ratio juvandi proximi studio pietatis virtutísque censetur: ex illo enim, ad eos, cum quibus agitis, pari pietate & virtute informandos, magna vobis aptitudo oborietur. In effectionem naturalium rerum præter communes causas, ùt cælum, astra, elementa, peculiaris & proxima (quod usu constat & Philosophiâ) causa necessaria est, quæ formâ simili producendæ sit prædita: perinde id est placitum divinæ Sapientiæ, ut causa proxima, quâ utitur ad aliquem humilitate & caritate exornandum, earumdem virtutum ornamentis effulgeat. Itaque dum operam virtuti navatis, simul saluti proximi consulitis. Nam licèt

licèt ad perfectum absolutúmque instrumentum, vitæ sanctimonia scientiáque requirantur; nihilo tamen minùs tum ad percipienda, tum ad communicanda dona Sancti Spiritûs, multis partibus litteris bona vita antecellit. Tertia ratio est, virtutis vestræ exemplum, ex qua, non solùm per vestras, quæ Dei est gratia, sed per omnes etiam regiones Europæ, bonus odor afflatur. Qui sanctitatis & bonæ vitæ odor, ut in immensum excrescat, sua dona nostrum Dominum vobis conservaturum auctorúmque confido. Quarta ratio juvandi proximi (quæ longè & latè patet) sanctis desideriis precibúsque continetur. Verùm hasce rationes & alias hujuscemodi, quarum non estis nescii, meliùs didicistis ab illis, cum quibus agere & communicare licebit, quàm ego docere aut scribere valeam. Quamobrem multarum rerum scriptione abstinebimus, quibus hoc tractare argumentum possemus: sed cùm scribam ex occasione, acceperimque vos aliquid à me litterarum expetere; jam unis ad vos litteris me pariter & vos consolandos putavi. Nihil aliud inpræsentiarum habeo, unum dumtaxat precibus à Deo Salvatore & Domino Nostro suppliciter contendo, ut sicut vos tantâ vocationis gratiâ dignari, &

efficaci voluntate vosmetipsos sibi conse-
crandi, impertiri non dubitavit; sic su-
dona donis, & gratiam gratiâ vobis cumu-
let, ut perpetuò in virtutem crescatis, ma-
gísque ac magis in suo sancto obsequio ad
suam ipsius gloriam, & emolumentum Ec-
clesiæ, perseveretis. Datum Romæ 4. No-
nas Martias, anno Domini 1547.

*Vester in Domino Nostro*

IGNATIUS.

*EPISTO-*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

II.

S. P. N.

# IGNATII
## DE LOYOLA

Præpositi Generalis Primi,
itidem Secunda,
Ad Patres & Fratres Soc. Jesu,
qui sunt in Lusitania.

Anno 1553. 26. Mart.

*De Obedientiæ virtute.*

Summa gratia, & amor æternus JESU CHRISTI Domini nostri salutet vos, ac visitet cum suis summis donis, & gratiis spiritualibus.

1. MAgnam animi voluptatem capio, Fratres in Christo carissimi, cùm affertur ad me, quàm acri studio conatúque ad summam virtutis, ac

*S. Pater laudat Sociorum Virtutem.*

ac divini obsequii perfectionem enitamini, beneficio illius, qui vos, ut ad hoc vitæ Institutum vocavit, sic in eodem pro sua clementia retinet dirigítque ad beatum finem, ad quem, qui sunt ab ipso electi, perveniunt.

*Eos tamen in obedientia vult excellere.*

2. Atque ego sanè cùm vos omnibus donis ornamentísq; spiritualibus perfectos, tum verò (quod aliàs ex me cognovistis) in primis Obedientiæ virtute præstantissimos esse cupio: ídque non solùm ob eximia quædam ac singularia ejus bona, quæ tot, tâmque illustribus sacrarum litterarum testimoniis, atque exemplis, in Testamento æquè novo, ac veteri comprobantur; sed etiam quòd (ùt est apud S. Gregorium)

Greg. lib. 35. Moral. c. 10. *Obedientia sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertásque custodit.* Hæc dum floruerit, florebunt procul dubio reliquæ, edéntque fructus, quales & ego in animis vestris exopto, & suo jure postulat is, qui humanum genus neglectæ Obedientiæ scelere afflictum, ac perditum, salutari ipsemet Obedientiâ reparavit, *Factus obediens*

Ad Philip. 2. v. 8. *usque ad mortem, mortem autem crucis.*

*Imò per hanc à nullis aliis Religiosis Or-*

3. Ab aliis religiosis Ordinibus facilíùs patiamur superari nos jejuniis, vigiliis, & cæterâ victus cultúsque asperitate, quam suo quique ritu ac disciplinâ sanctè suscipiunt:

verâ

verâ quidem ac perfectâ Obedientiâ, abdicationéque voluntatis atque judicii, cùm maximè velim, Fratres cariſſimi, eſſe conſpicuos, quicumque in hac Societate Deo Domino noſtro deſerviunt: ejuſdémque Societatis veram germanámq; ſobolem hac quaſi notâ diſtingui, qui numquam intueantur perſonam ipſam, cui obediunt, ſed in ea Chriſtum Dominum, cujus causâ obediunt. Siquidem Superiori, nec ſi prudentiâ, bonitate, ceteríſve quibuslibet divinis donis ornatus inſtructúsque ſit, propterea obtemperandum eſt; ſed ob id ſolum quòd vices gerat Dei, ejusdémque auctoritate fungatur, qui dicit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Nec contrà, ſive conſiliô, aut prudentiâ minùs valeat, quidquam idcircò de Obedientia remittendum, quatenus ille Superior eſt: quando illius perſonam refert, cujus ſapientia falli non poteſt: ſupplebítque ipſe, quidquid miniſtro defuerit; ſive probitate, aliísque ornamentis careat. Siquidem diſertis verbis Chriſtus Dominus cùm dixiſſet, *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi*; protinus addidit: *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite; ſecundùm opera verò eorum nolite facere.*

*dinibus ſuperari.*

Luc. 10. 16.

Mat. 23. 2. & 3.

*Gradûs 1. Obedientiæ : Superiori, ùt Christo, obedire.*

4. Quocircâ sedulò vos in eam curam, atque exercitationem incumbere cupio, ut Christum Dominum in Superiore quolibet agnoscere studeatis ; in eóque divinæ Majestati reverentiam atque obedientiam summam cum religione præstare. Quod vobis minùs mirum videbitur, si animadverteritis præceptum esse ab Apostolo, ut Superioribus etiam sæcularibus ethnicísque pareamus, ùt Christo, ex quo omnis potestas benè instituta descendit : sic enim scribit ille ad Ephesios : *Obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes ; sed ùt servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo ; cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus.* Atque hinc existimare poteritis ipsi, cùm se religiosus quispiam regendum ac moderandum alteri tradidit, non solùm ùt Superiori, sed etiam nominatim, ùt Christi partes agenti ; quo illum loco apud animum suum habere, utrùm ùt hominem, an ùt Christi vicarium debeat intueri.

Ephes. 6. v. 5. 6. 7.

*Gradus 2. Idem velle, quod vult Superior.*

5. Jam verò illud etiam vobis clarè compertum esse, ac in animis vestris penitùs insidere vehementer cupio, infimam, & valdè imperfectam esse primam illam Obedi-

bedientiæ formam, quæ mandata dumtaxat opere exequitur ; nec virtutis nomine dignam, nisi ad alterum gradum ascendat, qui voluntatem Superioris suam efficiat,& cum eâ concordet, ut non solùm in effectu executio appareat, verùm etiam in affectu consensio ; sicque idem velit uterque , idem nolit. Atque propterea in sacris litteris legimus, *Melior est Obedientia, quàm victimæ.* Siquidem ( ùt Sanctus Gregorius docet ) *per victimas, aliena caro ; per Obedientiam verò, voluntas propria mactatur.* Quæ quidem pars animi, quoniam est adeò præstans, sic fit, ut ejus oblatio, Domino ac Creatori nostro per Obedientiam facta, magni sit æstimanda.

1. Reg. 15. 22. Greg. lib. 35. Moral. c. 10.

6. Quanto in errore, quámque periculoso versantur, non dico solùm ii, qui in iis, quæ ad carnem & sanguinem pertinent ; sed illi etiam, qui in rebus alioquin admodùm sanctis ac spiritualibus , ( ùt jejuniis, precationibus, aliísve quibusvis pietatis operibus ) fas putant à præscripto Superioris ac voluntate discedere. Audiant, quod sapienter adnotat Cassianus in Collatione Danielis Abbatis : *Unum sanè*, inquit, *atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otii desiderium, senioris violare mandatum : támque dispendiosum*

*Etiam in operibus pietatis.*

Col. 4, c. 20.

*sum est pro somno, quàm pro vigilia, Monasterii statuta convellere. Tantum denique est Abbatis transire præceptum, ut legas; quantum si contemnas, ut dormias.* Sancta fuit actio Marthæ, sancta contemplatio Magdalenæ, sancta pœnitentia, & lacrymæ, quibus pedes Christi Domini rigabantur: sed hæc omnia nimirum oportuit fieri in Bethania, quam vocem domum Obedientiæ interpretantur: ut eâ re, quemadmodum ait S. Bernardus, nobis significare voluisse Dominus videatur, nec studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lacrymam pœnitentis, extra Bethaniam illi accepta esse potuisse.

Serm. ad milit Templi. c. 13.

*Voluntas dum subjicitur, perficitur.*

7. Quocirca voluntates vestras (Fratres carissimi) quoad ejus fieri potest, omnino deponite: libertatem Conditori vestro, quam vobis ipsemet elargitus est, in ejus ministris liberè tradite ac dicate. Nolite exiguum vestri liberi arbitrii fructum putare quòd liceat vobis illud, à quo id accepistis, eidem per Obedientiam plenè reddere. Quod cum facitis, non modò non perditis ipsum, verùm etiam augetis atque perficitis: quippe qui vestras omnes voluntates certissimâ rectitudinis regulâ moderamini, voluntate divinâ, quam videlicet interpretatur is, qui vobis Dei nomine præsidet.

8. Ita-

8. Itaque diligenter illud etiam cavendum est, nè Superioris ullo unquam tempore voluntatem (quam ducere pro divina debetis) ad vestram detorquere nitamini: id enim esset non vestram divinæ conformare, sed divinam vestræ voluntatis normâ regere velle, ejusdem divinæ Sapientiæ ordinem invertentes. Sanè quàm magnus est error, & quidem eorum, quos amor sui obcœcavit, obedientes existimare sese, cùm Superiorem ad id, quod ipsimet volunt, aliquâ ratione pertraxerint, Sanctum Bernardum in hac re præclarè exercitatum audite: *Quisquis*, inquit, *vel apertè, vel occultè satagit, ut quod habet in voluntate, hoc ei spiritualis Pater injungat, ipse se seducit, si fortè sibi quasi de Obedientia blandiatur: neque enim in ea re ipse Prælato, sed magis ei Prælatus obedit.* Quæ cum ità sint, quisquis ad obedientiæ virtutem velit pervenire, oportet ad hunc secundum Obedientiæ gradum ascendat, ut Superioris non solùm jussa exequatur, sed etiam ejus voluntatem, suam faciat; seu potius suam exuat, ut divinam à Superiore expositam induat.

*Ordinem invertit, qui voluntatem Superioris ad suam detorquet.*

Bern. in Serm. de trib. ord. Eccles. ad Patres in Capitulo.

9. Qui verò se totum penitus immolare vult Deo, præter voluntatem, intelligentiam quoque (qui tertius & summus est gradus Obedientiæ) offerat necesse est; ut

*Gradus 3. Idem sentire, quod sentit Superior.*

non solùm idem velit, sed etiam ut idem sentiat, quod Superior, ejúsque judicio subjiciat suum, quoad potest devota voluntas intelligentiam inflectere. Quæ vis animi tametsi non eâ, quâ voluntas pollet, libertate prædita est; atque ipsâ naturâ fertur ejus assensus in id, quod sibi veri speciem præbet; tamen multis in rebus, in quibus videlicet cognitæ veritatis evidentia vim illi non infert, potest voluntatis pondere in hanc potius, quàm in illam partem inclinari. Quæ res cùm incidunt, debet, quisquis Obedientiam profitetur, inclinare sese in sententiam Superioris. Etenim cùm Obedientia sit quoddam holocaustum, quo totus homo sinè ulla prorsus imminutione Conditori suo, ac Domino per manus ministrorum in caritatis igne immolatur; cúmque sit eadem, renuntiatio quædam integra, per quam omni suo jure sponte decedit religiosus, ut divinæ providentiæ Superioris ductu gubernandum ac possidendum ultro sese addicat ac mancipet; negari non potest, quin Obedientia comprehendat non solùm executionem, ut imperata quis faciat; & voluntatem, ut libenter faciat; sed etiam judicium, ut quæcumque Superior mandat ac sentit, eadem inferiori & recta & vera esse

esse videantur, quatenus, ùt dixi, vi suâ potest voluntas intelligentiam flectere.

10. Utinam hanc mentis, ac judicii Obedientiam ità & intelligerent homines & exercerent, ùt grata Deo est, ac omnibus, qui in religione vivunt, necessaria. Nam ùt in corporibus globísque cælestibus, ut alius alium afficiat moveátque, requiritur, ut certâ quadam convenientiâ & ordine inferior orbis superiori subjiciatur; sic in hominibus, cùm alter alterius auctoritate movetur (quod per Obedientiam fit) oportet, ut is, qui ab alterius nutu pendet, subserviat & obsecundet, ut virtus ab imperante ad eum derivetur & influat. Hæc autem obtemperandi, obsecundandíque ratio constare non potest, nisi voluntas ac judicium inferioris cum Superioris voluntate ac judicio congruat. *Paritas à globorum cælestium motu.*

11. Jam verò si finis & causa Obedientiæ spectatur, quemadmodùm voluntas, ità & judicium in eo, quod nobis convenit, decipi potest: ergo sicuti, nè voluntas erret, cum Superioris voluntate conjungitur; sic intelligentia, nè fallatur, ad Superioris intelligentiam conformanda est. *Nè innitaris prudentiæ tuæ*, sacræ litteræ monent. Atque in rebus etiam humanis censent Sapientes, verè prudentis esse, suâ ipsius prudentiâ *Suo judicio minimè fidendum.* Prov. 3. 5.

tiâ minimè fidere, præsertim in rebus sui quarum homines animo perturbato ferè bo ni judices esse non possunt. Quòd si in re bus nostris, alterius etiam non superioris judicium atque consilium nostro anteponen dum est; quantò magis ipsius Superioris cui nos, ùt Dei vicem gerenti, ac divinæ vo luntatis interpreti, moderandos tradidimus In causis verò, personisque spiritualibus e major etiam cautio procul dubio est necessa ria, quò gravius est spiritalis viæ periculum cùm sinè frenis consilii discretionisve in e decurritur. Quà de re commodè Cassia

Coll. 2. c. 11. nus in Collatione Abbatis Mosi ait: *Nulli alio vitio tam præcipitem diabolus monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quàm cùm neglectis consiliis Seniorum, suo judicio persua serit, definitionique confidere.*

*Damna è judicio proprio emergentia.*

12. Præterea, nisi hæc Obedientia judicii existat, fieri non potest, ut vel consensus voluntatis, vel executio talis sit, qualem esse oportet. Naturâ enim ità comparatum est, ut animi nostri vires, quæ appetitivæ dicuntur, sequantur apprehensivas: & nisi adhibitâ vi, voluntas, judicio repugnante, diu obtemperare non poterit. Quòd si fortè quis aliquo temporis spatio obediat per communem illam apprehensionem, quâ censetur perperam etiam præcipienti parendum

dum esse; certè id stabile ac fixum esse non potest. Atque ità perseverantia deficit, vel saltèm Obedientiæ perfectio, quæ in promptè & alactiter obediendo consistit : non enim ibi potest esse alacritas ac diligentia, ubi est animorum sententiarúmque dissensio. Perit etiam exequendi studium & celeritas, cùm ambigitur, expediat nécne, facere, quod jubemur : perit celebris illa Obedientiæ cæcæ simplicitas, cùm apud nos ipsos in quæstionem vocamus, recténe præcipiatur, an secùs; atque etiam fortasse damnamus Superiorem, quod ea mandet, quæ nobis non ità jucunda sunt : perit humilitas, quoniam etsi ex altera parte paremus, ex altera tamen nosmetipsos Superiori præferimus : perit in rebus arduis fortitudo : perit denique ( ut summatim complectar ) virtutis hujus vis omnis ac dignitas. Succedunt autem in eorum locum dolor, molestia, tarditas, lassitudo, obmurmurationes, excusationes, aliáque vitia non sanè levia, quibus Obedientiæ pretium ac meritum prorsus extinguitur. Itaque S. Bernardus, de iis, qui graviter ferunt imperata minùs sibi suavia, sic ait, *Hæc si molestè cœperis sustinere, si dijudicare Prælatum, si murmurare in corde; etiam si exteriùs impleas quod jubetur, non est hæc virtus* Serm. 3. de Circumcis.

*tus patientia, sed velamentum malitiæ.* Quo si pax & tranquillitas animi quæritur, cer hac non fruetur is, qui habet intrà sese cau sam perturbationis atque tumultûs, disse sionem videlicet judicii proprii ab Obedi entiæ lege.

*Obedientia judicii quàm sit necessaria.*

13. Atque idcirco, tuendæ concor diæ caussâ ( quæ societatis omnis est vin culum ) tantopere hortatur Apostolus *ut id ipsum omnes sapiant, & dicant* ; nimi rum ut consentientibus & judiciis & volun tatibus, mutuò foveantur & conserventur. Jam si unum eumdémque oportet esse mem brorum sensum & capitis ; facilè cernitur utrùm sit æquius, caput membris, an mem bra capiti consentire. Atque ex his qui dem, quæ dicta sunt hactenus, satìs appa ret, Obedientia judicii quam sit necessaria.

Rom. 15. 5. 1. Cor. 1. 10. 2. Cor. 13. 11.. Phil. 2. 2.

*Et quàm grata Deo?*

14. Quàm vero sit eadem ipsa perfe cta, gratáque Domino, indè primùm ostenditur, quod per eam præstantissima pars hominis ac pretiosissima Domino consecratur: deinde quòd Obediens ità fit holocaustum vivum, gratúmque Majestati divinæ, cùm nihil suimet omnino retineat : postremò, quòd magna est hujus certaminis difficultas : frangit enim sese Dei caussa Obediens ipsemet, resistítque naturali propensioni, quæ omnibus hominibus insita est, ad suam com-

complectendam sequendámque sententiam. Ex his igitur rebus efficitur, ut Obedientia, tametsi propriè voluntatem perficere videatur, quippe quam reddit ad nutum Superioris promptam ac paratam, nihilominus ad intelligentiam quoque ipsam, ùt diximus, pertinere debeat, eámque inducere ad sentiendum id ipsum, quod sentit Superior: sic enim fiet, ut omnibus connixi viribus, & voluntatis & intelligentiæ, ad executionem celerem atque integram veniamus.

*Humilis, & mitis facillimè obedit.*

15. Videor mihi vos (Fratres carissimi) audire dicentes, de virtutis quidem hujusce necessitate jam non ambigere; illud verò ut cognoscatis vehementer optare, quo pacto ad ejus perfectionem pervenire possitis. Huic ego quæstioni cum S. Leone ità respondeo: *Nihil arduum est humilibus, & nihil asperum mitibus*: modò non desit vobis humilitas, non desit mansuetudo, non utique deerit Deo benignitas ad vos adjuvandos, ut quæ sibi promisistis, ea præstare possitis, animo non solùm æquo, sed etiam libenti.

Serm. 5. de Epiphania.

*Tria ad obedientiam judicii comparandam media.*

16. Præterea vobis tria nominatim propono, quæ ad Obedientiam judicii comparandum multùm juvant. Primum illud est, ut quemadmodum initio dixi, non intueamini in persona Superioris homi-

1. *Non personam Superioris, sed in eo Christum respicere.*

minem obnoxium erroribus atque misc riis; sed Christum ipsum, qui est sapien tia summa, bonitas immensa, caritas infi nita, qui nec decipi potest, nec vos vul ipse decipere. Et quoniam conscii, vo bismet estis, vos Dei amore jugum Obe dientiæ subiisse, ut in Superioris volunta te sequenda, voluntatem divinam certiù sequeremini; nolite dubitare, quin per gat fidelissima Domini caritas, eorum mi nisterio, quos vobis præfecit, vos dein ceps gubernare, & rectis itineribus duce re. Itaque Superioris vocem ac jussa, non secùs ac Christi vocem excipite. Siqui dem Apostolus etiam in hanc sententiam scribens ad Colossenses, cùm ad obtem perandum Præpositis subditos adhortatur, ait: *Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus; scientes quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo servite.* Sanctus vero Bernardus, *Sive Deus*, inquit, *sive homo, Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est curâ, pari reverentiâ deferendum; ubi tamen Deo contraria non præcipit homo.* Atque ità, si non hominem externis oculis, sed Deum inspexeritis internis, haud sanè grave fuerit vobis, voluntates vestras atque

Coloss. 3. 23. & 24.

que judicia conformare ad eam regulam actionum vestrarum, quam ipsimet elegistis.

17. Altera est ratio, ut, quod Superior mandat vel sentit, defendere semper apud animos vestros studiosè nitamini, improbare autem nequaquam. Atque ad eam ipsam rem proderit, bene animatos affectósque esse ad id omne, quod ipse jusserit: sic enim fiet, non solum ut sinè molestia, sed etiam ut cum voluptate, lætitiáque pareatis: nam (ùt est apud S. Leonem) *Non dura ibi necessitate servitur, ubi diligitur, quod jubetur.* 2. *Jussa Superiorum defendere.* Ser. 4. de jejunio septimi mensis.

18. Postrema subjiciendi judicii ratio est, cùm facilior tutiórque, tum etiam apud sanctos Patres in more posita, ut statuatis vobiscum ipsi, quidquid Superior præcipit, ipsius Dei præceptum esse & voluntatem: atque, ut ad credenda quæ Catholica fides proponit, toto animo assensúque vestro statim incumbitis, sic ad ea facienda, quæcumque Superior dixerit, cæco quodam impetu voluntatis parendi cupidæ, sinè ulla prorsus disquisitione feramini. Sic egisse credendus est Abraham, filium Isaac immolare jussus. Sic novi Testamenti tempore aliqui è sanctis Patribus iis, quos commemorat Cassianus, ùt Jo- 3. *Sibi persuadere, id, quod Superior vult, Deum velle.* Gen. 22. Lib. 4. c. 24. & 96.

annes Abbas, qui, quod erat ei imperatum, non reputabat utilène esset an inutile; ùt cùm aridum lignum tanto ac tam diuturno labore per annum irrigavit: nec utrùm fieri posset, necne, ùt cùm conatus est tam ex animo ingens saxum solus dimovere loco, quod nè multi quidem simul homines impellere potuissent. Quod Obedientiæ genus ipsis interdum miraculis divinitus comprobatum videmus. Nam (ut alios taceam, quos ipsi non ignoratis) Maurus, S. Benedicti discipulus, mandato Superioris lacum ingressus, nec mersus est: alius quidam à Superiore jussus leænam ad se ducere, illam cepit atque perduxit. Est igitur hæc ratio subjiciendi proprii judicii, ac sinè ulla quæstione sanciendi & collaudandi apud se quodcumque Superior jusserit, non solùm sanctis viris usitata, sed etiam perfectæ Obedientiæ studiosis imitanda omnibus in rebus quæ cum peccato manifesto conjunctæ non sunt.

Greg. 2. dial. c. 7. In vitis Patrum lib. 5. libel. 14. n. 4.

*Quid agendum, si quid occurrat menti Superioris contrarium?*

19. Nec tamen idcirco vetamini, si quid fortè vobis occurrat, à Superioris sententia diversum, idque vobis (consulto suppliciter Domino) exponendum videatur quo minus id ad Superiorem referre possitis. Verùm in hac re ne vos amor vestri ju

judiciúmque decipiat, illa cautio est adhibenda, ut animo sitis & ante, & post relationem æquissimo, non solùm quod pertinet ad eam rem, de qua agitur, vel suscipiendam vel deponendam; sed etiam ad approbandum, rectiúsque putandum, quidquid Superiori placuerit.

*Etiã Superiores subordinati ut obediãt alterioribus, necesse est.*

20. Atque hæc, quæ de Obedientia diximus, æquè privatis erga proximos Superiores, atque Rectoribus Præpositísque localibus erga Provinciales, Provincialibus erga Generalem, Generali denique erga illum, quem Deus ipsi præfecit, nempe suum in terris Vicarium, observanda sunt: sic, ut & ordinum perfecta distinctio, ac proinde pax retineatur & caritas, sinè qua nec Societatis nostræ, nec alterius cujuslibet sodalitii posiet recta gubernatio conservari. Nimirum hoc modo Providentia illa divina, *disponit omnia suaviter*, infima per media, media per summa, suos ad fines cuncta perducens. Hinc illa videlicet in Angelis unius Hierarchiæ ad aliam subordinata series: hinc & cælestium, & aliorum omnium, quæ cientur, corporum certis locis ac sedibus inter sese apta connexio, quorum conversiones ac motus ab uno movente supremo gradatim omnes usque ad infimos ritè proveniunt. Idem in

Sap. 8. v. 1.

terris cùm in omni civitate bonis institutis legibus, tum verò in Hierarchia Ecclesiastica cernitur ; cujus omnia membra & functiones ab uno generali Christi Domini Nostri Vicario derivantur. Et quò accuratiùs hæc dispositio & collocatio custoditur, eò rectior est gubernatio & melior. Contrà verò hujus ordinis negligentia, quàm gravia incommoda multis hominum societatibus importentur, nemo non videt. Atque idcirco in hac, cujus mihi nonnullam procurationem ac curam Dominus tradidit, tam diligenter hanc virtutem exerceri, vigeréque percupio, quasi in ea Societatis nostræ bonum ac salus universa consistat.

*Hortatio ad Obedientiam.*

21. Quæ cùm ità sint, ut unde exorsa est, ibidem terminetur epistola; vos ego per Christum Dominum Nostrum obtestor, qui sese nobis non modò præceptorem, sed etiam exemplar præbuit Obedientiæ, ut ad eam virtutem toto pectore incumbatis, & glorioſæ victoriæ appetentes atque avidi, vosmetipsos superare, id est, excelsiorem & difficiliorem animi partem, voluntatem, dico, atque judicium expugnare & subjicere studeatis : quò Dei Domini Nostri solida veráque cognitio atque

que

que amor vestros ad se animos penitùs trahat, totóque vitæ hujus, & quasi peregrinationis circulo usque eò gubernet ac regat dum vos demum, aliósque complures, vestrâ operâ exemplóque adjutos, ad ultimum & felicissimum finem, nimirum ad beatitudinem sempiternam perducat. Vestris ad Deum precibus me valdè commendo. Roma 7. Kal. Aprilis, 1553.

*Omnium servus in Domino,*

IGNATIUS.

Præpositorum Generalium Soc. Jesu

III.

R. P. N.

# JACOBI LAINES

Præpositi Generalis Secundi,

Unica.

## Ad Patres & Fratres Soc. Jesu qui sunt in India.

Anno 1558. 12. Decemb.

*De magnitudine susceptî operis, & conservatione spiritûs in illa Missione.*

Gratia & pax Christi Domini sit semper in animabus nostris. Amen.

*Europæi precibus juvent Indicas Missiones.*

1. ETsi minus necessarium videbatur ad vos peculiariter scribere, (carissimi in Christo Fratres) cùm sæpius ad Superiores de rebus necessariis litteras demus; quæ autem ad ædificationem & consolationem Nostrorum faciunt, communibus litteris mittantur è Lusitania; vobiscum

biscum tamen per hasce litteras nunc temporis colloqui volui; méque ipsum consolari, in signum amoris erga vos mei: quippe quos omnes in corde, ipsáque anima inscriptos ac penitùs impressos gesto; & quorum caussâ omnibus nostris injunxi, ut quotidie specialem quamdam orationem faciant, nec modò in Domo Professâ & Collegio Romano, verùm etiam ubicumq; Societas habet in Europa domicilium, oratione & interceſſione multorũ simul animo unitorũ, divina & sumña bonitas dignetur vos servos magìs ac magìs perficere, & aptiora simul utilioráque reddere instrumenta divinæ suæ misericordiæ, ac providentiæ ad conversionẽ tot animarũ è tenebris infidelitatis & peccati, in lucem agnitionis, amoris, & libertatis filiorũ Dei; atque ad eas totâ curâ juvandas, in hac difficili & plus satìs impedita sui servitii via; ut per eam tuto incedentes, ad ultimum & feliciſſimum finem, sempiternam scilicet beatitatem, ad quam fruendam cùm creatæ tum redemptæ à Christo Domino sunt, possint feliciter pervenire.

2. Magno eos beneficio, & insigni favore (Fratres cariſſimi) afficit divina bonitas, quos in hanc suam minimam Societatem, à sæculi vanitate vocatos, novâ impertit gratiâ juxta ejusdem Institutum incendi. *Momentum Indicæ Missionis.*

dendi. Verùmtamen, multò peculiariù donum accipiunt, quibus tam bona fors obtigit, ut isthic in excolendo novali Domini elaborent; sive magnitudinem & momentum susceptí operis consideres, sive operariorum in tam sublime opus incumbentium prærogativam, & non minimam dignitatem.

*Quantùm sit, Ethnicos convertere.*

3. Et momentum quidem susceptí operis quantum sit, liquidò constat: agitur enim non solùm conservatio, & auxilium Christianorum, qui cùm fide sint illustrati, suæ salutis & initium & pignus jam acceperunt (in quod ipsum nos hîc etiam collimamus) verùm & aliorum multorum, qui adhuc ceu vilia mancipia sathanæ serviunt, & cum eo filii sunt iræ ac perditionis, vindicatio in statum sanctæ veræque libertatis, & adoptionis filiorum Dei, coheredum Christi Domini Nostri in cælesti regno, & sempiternâ felicitate.

*In hac Missione multa agenda, & ferenda.*

4. Qualis autem & quanta sit operariorum prærogativa, hinc intelligitur, quòd vobis peculiari quodam modo concessum est, non solùm multa bona, Deo favente, præstare, sed etiam mala plurima, eodem juvante, pati; & neque paucos neque parvos labores Christi Redemptoris Nostri amore tolerare: ad hæc, præter ingenium, & in-

& industriam, vitam quoque ipsam continuis periculis ejus caussâ speciali quadam divinæ caritatis ratione prodigere, æmulantes in tam sancti charismatis exercitio & merito, ipsos sanctos Apostolos & Discipulos, quorum vestigiis insistitis, portantes nomen ejus coram gentibus, parati vivere ac mori ad gloriam divinæ Majestatis, & salutem animarum, quas ille tanto amore dilexit, tantóque pretio æstimavit.

*Socii operis promittuntur.*

5. Et quamquam ea caritas, quâ vos diligimus, invidiæ obnoxia neque sit, neque possit esse; multos nihilominus hîc ardens tenet desiderium participandi vobiscum tantæ Missionis laborem. Et sanè si eis ea fieret gratia, multos brevi socios in susceptо opere haberetis: verùm enim verò mittentur à nobis suo tempore, quotquot Deo libuerit in finem deligere, ità tamen ut non pauci superstint ejusdem gloriæ cupidi.

*Quanta virtus in hac Missione necessaria?*

6. Verùm hoc possum asseverare (Fratres carissimi) magnam isthic habere vos solidarum virtutum & perfectæ vitæ consectandæ obligationem. Mihi enim dubium omnino non est, propè infinitas occasiones, & materiam tantùm non continuam offerri vobis, ad virtutes tamquam aurum in fornace, ità examinandas & purgandas

igne laboris & tribulationis, nec non pra
ſentiâ divinâ, quæ ad eos qui tot anxietat
ſui nominis cauſsâ patiuntur converſa, ſol
tantò majori copiâ divinas conſolationes a
gere, quantò major eſt humanarum inopi
Quod verò ad illud attinet, quò veſtri lab
res reſpiciunt in converſione & conſervati
ne multarum animarum, tantò utiliora eff
cacioráque inſtrumenta divinæ manûs a
potentiæ eritis, quantò majori cum puritu
te, humilitate, obedientia, patientia, & ca
ritate, patiemini vos ab ea poſſideri, duci, &
gubernari. Id porrò perſuaſum vobis eſſ
debet, non modò ſocios, verùm etiam ex
ternos, intentis in vos eſſe oculis, quibu
omnibus non conſolationi dumtaxat, ſe
auxilio etiam eſſe debetis, ut omnes magìs a
magìs animemur, & creſcamus in divino ob
ſequio, cum veſtræ virtutis typo, ſanctíq; la
boris, quem Chriſti cauſsâ ſubitis, exemplo.

*Spiritus ità roborandus, ut corpus nõ ſuccumbat.*

7. Præterea (Fratres cariſſimi) quam
quam zelo divinæ gloriæ, & ſiti ſalutis ani
marum, debeatis ſemper creſcere interius,
& foris mente conceptum ardorem patefa
cere operibus caritatis & miſericordiæ er
ga proximos; nihilominus in fatigando at
que afflictando corpore, nè videlicet oppri
matur, certæ menſuræ ratio ſervanda; &
bilancis æquum examen tenendum eſt; &

ad

ad conservationem spiritûs aliquid temporis pia sollicitudine expendendum. Et quandoquidem vos ipsos Deo Creatori ac Domino nostro tamquam hostias vivas obtulistis, ut totum id quod in vobis est, impendatis in ea quæ ipsius attingunt servitium & gloriam, auxiliúmque animarum; mementote sic ea facienda, ut & corpus diu ferre possit laboris molestiam, non omissâ curâ sanitatis, viriúmque necessariarum; & anima sui ipsius oblita non dormitet in iis quæ sua sunt, ut ad ea quæ aliorum sunt, plùs satìs attendat: quando nequidquam universum mundum lucratur, qui animæ suæ detrimentum patitur, juxta ea quæ asseruit Christus Dominus noster. Ipsa porrò quo majorem faciet in virtute & perfectione progressum, tanto aptior ad auxilium aliarum futura est.

*Media inter Ethnicos illibatè vivendi.*

8. Eam ob rem, valde cautè ambulandum vobis est in medio nationis pravæ atque perversæ, ut omnem puritatem in ea conservetis: & quantò plùs deest de septis domesticis, vigilantia Superiorum, ordine, ac regulis Societatis (quæ omnia exactè servari à vobis nequeunt) tanto majori cura & sollicitudine supplendum sancto timore & amore Dei, diligenti observatione votorum substantialium, & ceterorum omnium, quæ

In-

Instituti nostri cùm sint, commodè obse
vare poteritis: necnon aliqua recollection
quæ quotidie facienda est per orationem
examen conscientiæ & rationis conversan
cum proximo. Si tamen ità obruamini o
cupationibus, ut per eas nullus relinquat
locus attentioni quotidianæ, tempore ad
præscripto; potestis nihilominus levi n
gotiorum interruptione, spatiolum aliqu
sumere; & frequenti memoria Dei, atq
mentis ad eumdem elevatione, quamqu
brevi, supplere continuationem exercit
rum, quæ solent fieri quando commodè
cet per necessitatem proximorum.

*Necessaria Recollectio, & jugis cum Superiore communicatio.*

9. Porrò unum illud est necessariu
cogitare, cum tanta occupationum turb
dandos nihilominus quotannis aliquot die
quibus longè à vobis positi, atque ad conve
sionem & conservationem Christianoru
attenti possitis vos colligere, vobis attende
re, renovare spiritum, animum confirmare
& vestræ conversationis rationem attent
mentis acie considerare, si fortè aliqua in r
profici queat, ad vestrum majus bonum, &
augmentum divinæ gloriæ, communicand
quidquid commodè potest cum Superiori
bus, ipsísque obediendo cum quanta maxi
ma fieri poterit perfectione. Hoc enim pa
cto vos totos tradetis divinæ sapientiæ, in
san-

sanc
tus
in v
pro
sum
vest
cur
per
cre
tii,
tut
gn
vol
me
hîc
bri

sanctissimo ejus obsequio dirigendos, ut certus sum vos facere, & suavem paternámque in vestris rebus providentiam experiri. Quapropter totâ mente supplico infinitæ illi ac summæ bontati, ut eam continuò sentiatis, vestrúmque omnium peculiari protectione curam habeat; vobísque sanctam suam impertiat benedictionem, cum qua in virtute crescatis, numero, & fructu sui sancti servitii, & omnibus ubicúmque gentium constitutis suam gratiam largiatur, ut semper agnoscatis impleatísque sanctissimam ipsius voluntatem. Vestris ad Deum precibus me valdè commendo, cum omnibus qui hîc sunt Fratribus. Romæ 12. Decembris, 1558.

*Servus in Christo*

JACOBUS LAINES.

*EPI-*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

IV.

S. P. N.

# FRANCISC
# BORGIÆ

Præpositi Generalis III.

Unica.

## Ad Patres & Fratres Provin
## ciæ Aquitaniæ.

Anno 1569. Mense Aprili.

### *De mediis conservandi Spiritu*
### *Societatis, & Vocationis nostræ.*

*Cavendum, nè inter fructus nostros progerminẽt zizania.*

1. ADventus PP. Procuratorum oc
casionem lætitiæ & jucunditati
in Domino magnam mihi præ
buit: cùm ex eorum relatione magìs agno
verim providentiam singularem, qua divi
na Majestas tuetur & auget hujus vineæ sua
fructus: quæ licet novella, & non ità pri
dem consita sit, extendit tamen palmites us
que ad mare. Quò verò in dies magìs pro
pagatur, eò clarius perspicere licet, eam fu
tu

turam ùt granum sinapis, quod humili stirpe & tenui semine, tam brevi in tantam arborem crevit, quantam magna nostra cum voluptate miramur. Itaque immortales gratiæ præpotenti Deo agendæ sunt, qui id amoris & studii servis suis impertit, quo omnia quæcumque faciunt, prosperantur, & res multò feliciùs ex sententia geruntur, quàm ab iis unquam expectari potuisset: & quod longè maximum est, quia ex nostris incuriis elicit cautionem, & ex nostris calamitatibus bonorum nobis facit accessionem. Benedictus sit is, qui hanc vineam hoc miserrimo temporum statu ad res tantas instruxit. Benedictus, qui in eam continuis cœli muneribus & beneficiis influit, unde tam ferax ejus propagatio cernitur, quàm liberalis fuisse creditur divinæ misericordiæ in ipsius plantatione beneficentia. Sed quia mos est una cum bono semine oriri inimica zizania, pertimescendum est, nè cum adoleverint, & multiplicatæ segetes terræ nostræ fuerint, major atque amplior fiat invidia, & confortetur malitia hostis, numquam ab inferenda calamitate quiescentis. Proinde curâ quàm maximâ pervigilandum est, nè quà aditum zizaniorum fatori, per quem segetes salvæ esse non possunt, ad agrum nostrum faciamus. Psal. 1. 3.

2. Quo-

*Conferet ad hoc 1. Selectus in admittendis ad Societatē.*

2. Quocirca & pro onere quod sust
neo, ac officio quod caritas exigit, *Nè scel*
*ris arguar, si reticuero*, visum est quàm br
vissimè aliqua præmonere ; quæ tame
modò minimè esse necessaria videbuntu
non defuturum tamen puto tempus, q
*Horum meminisse juvabit.* Nam ex anim
nobis accipienda sunt Dei munera, ut q
illa fuerint majora, hoc gravius ingrati ar
Prov. 18. 14. mi culpam metuamus. *Beatus* enim *hom*
*qui semper est pavidus.* Propterea aliqu
fallacias & artes callidissimi hostis aperian
quibus incautos circumvenire & capere po
set, nisi oculos aperiremus, eique nos vir
liter opponeremus. *Quia jacula prævi*
*minus feriunt.* Cùm ergo in campum n
strum zizania multis ac variis modis p
fraudem induci queant, eo tamen ex cap
te maximè formidârim, si minimè nobis cu
ræ esset spiritum nostrarum Constitutio
num retinere in admittendis ad Societate
nostram hominibus. Nam si alia intentio
ne procedatur, quàm quæ à nostris Consti
tutionibus requiritur, certissimæ ruinæ por
ta aperietur. Sanè si nulla habita ration
vocationis & spiritûs, quo quisque impulsu
accedit, litteras modo spectemus, & alia ex
teriora talenta ac dona, veniet tempus, qu
se Societas multis quidem hominibus ab

undantem, sed spiritu & virtute destitutam mœrens intuebitur: unde existet ambitio, & sese efferet solutis habenis superbia, nec à quo contineatur & supprimatur habebit. Quippe si animum converterint ad opes & cognationes quas habent, intelligent illi se quidem propinquis & opibus affluentes, sed solidarum virtutum, ac spiritualium donorum copiis egenos ac vacuos. Itaque hoc primum esto consilium, & in capite libri scribatur, nè tandem aliquando experientia doceat, atque utinam nondum docuisset, quod mens demonstratione concludit.

2. *Recta in Tirocinio educatio.*

3. Jam verò quando Dei afflatu inspirati, in nostram Societatem admittuntur; æquum est eorum cooperari vocationi, & per animi submissionem altiùs terræ defigere, ac iis officiis sedulò exercere, quæ Domûs Probationis sunt propria. Ex bono namque Novitio, bonus existit Scholasticus; atque ex ejus culturæ negligentia sæpè contingit quod ædificiis evenire solet; quæ si firmis careant fundamentis, repentè corruunt, unáque cum ipsis omnes sumptuum expensæ pereunt. Alterum enim ex duobus sequetur, aut ut Novitius postquam Scholasticus evaserit, & litteris animum excoluerit, discedat à nobis; aut si maneat, cùm neque sit ipse firmiter ædificatus, ne-

que aliis ædificationi, parùm quoque Re gyp
giòni utilis sit futurus. Itaque celeritas cum
la & festinatio educendi è Novitiatu no gna
dum maturos, damnum est certissimum min
quod quò latius serpit, hoc clarius cern dam
tur. Et in quo si obdormiamus, zizani tè s
rum seminator non dormiet. tetu

*3. Si experimenta ritè exerceantur.*

4. Quapropter bene atque utiliter co stat
locari illud tempus putandum est, quod ta c
instruendum & efficiendum operarium ing
vinea Domini utilem confertur: cujus m stas
nus tam præclarum & illustre est, ut ad d stru
clarandam magnitudinem perfectionis, qu ac
ad illud requiritur, noluerit priùs Christ vol
Dominus initium concionandi facere, quà mo
annos triginta natus esset, tametsi ejus sa ad
entia in momento conceptionis æquè perf
cta fuerit, atque anno ætatis trigesimo. Qu pos
nomine congruenter convenientérque i esse
stituta existimari debet exercitatio illoru pre
experimentorum, quæ in Societate ordin tan
ria sunt: quippe cùm per illa quisque po per
sit & vires suas probare, & effrenes ani poi

*Motus animi fræneniur.*

motus domare. Nam si quis illis hau est
quaquam sedatis, idem qui ante erat, cu per
Ægyptiis agere cœperit; dubitari non po id
test, quin jacturam sui facturus sit potiùs ler
quàm ab iis quidquam in sua emolumen cu
reportaturus. Itaque Dominus Moysi Æ inst

gy

gyptum ingressuro, quòd filios non circumcideret, graviter comminatur, designans conversationem cum Ægyptiis homini non circumciso, nec mortificato plus damni, quàm utilitatis afferre solere. Certè si Novitius probationis tempore non imitetur exemplum formicæ, omni studio æstate sibi ad hyemem transigendam frumenta congregantis; non parùm jactabitur, cùm ingruerit hyems tribulationum, & tempestas tentationum, nisi bene munitus & instructus caritatis, obedientiæ, humilitatis, ac patientiæ præsidiis, quibus comes sit voluntas efficax se despiciendi, & usque ad mortem consequendi Christum crucifixum, ad Dei gloriam & proximorum salutem.

*Virtutes comparêtur.*

5. Quas ob res non immeritò dicere possumus, Domum Probationis Novitiis esse Bethleem, quam domum panis interpretantur; quod ex ea panes verbi Dei pertantur, & cibaria parentur ad enavigandum periculosum hujus vitæ mare, quousque ad portum terræ Promissionis, quæ cælestis est Hierusalem, perveniatur. Ideóque experimento deprehendimus, Novitios, qui id studiosiùs animo considerant, angi & dolere cùm è Novitiatu educi se sentiunt, accuratiùs cogitantes, quàm parùm virtutibus instructi abeant, quæ sunt panes & cibaria,

4. *Si è novitiatu non emittantur nisi bene formati.*

quibus ad ſuam quiſque navigationem co
ficiendam opus habet. Qui autem exp
tunt aut delectantur Novitiatu citò ſolv
apertè indicant parùm illud ſibi perſpectu
eſſe, quantopere conferat bene illinc arm
tos procedere ; nihílque ducere præſtit
tam diem, cùm nequaquam vereantur ad
lam inermes prodire & imparati. Hos
quidem monitos cupio, (faxit autem De
nè hac monitione egeant) nî ſibi ad eam
em providerint, quâ ad Collegia & cap
ſenda ſtudia mittentur, fore ut multum
gotii habeant, ſi priuſquam litteris & d
ctrinis imbuantur, præclarè in religioſa ſi
1. Cor. 8. 1. plicitate non fuerint informati, *Scien*
enim *inflat*, & ab ea, ejúsque argume
emanant ſui exiſtimatio, judicium prop
um, opinionum diverſitas, &, quod de
rius eſt, inter condiſcipulos, atque adeo
ter Fratres & Patres noſtros diviſio.
illi, qui hanc primam diem ingrediens
antè ſenſerit ſe in ſuis defectibus examin
dis facilem & bene verſatum, quàm ad al
nos perſpiciendos & notandos deſcend
Væ etiam illi, qui inſatiabili quadam ſt
diorum voluptate abreptus, nullam temp
ris partem ſpirituali profectui ex ipſis co
ligendo tribuerit; quem non exiguum d
cerpere ſolent ii, qui amorem ſuum omne

projecerunt in eum, à quo est omnis intelligentia & sapientia. Neque verò aliam ob caussam disciplinas sectari debemus, quàm ut per eas clariùs cognoscentes Conditoris nostri magnitudinem, bonitatem, sapientiam, illũ vehementiùs & diligentiùs diligamus. Id si fortè difficilè cuiquam videbitur, incumbat modò in eum laborem sæpius, ac in eo se versèt; neque adeò laborioſum opus esse comperiet, cùm Maria & Martha germanæ sint sorores, quamvis in vitæ ratione non consentiant; & studium litterarum & spiritus fratres censeantur, licèt interdum dissimili exercitatione segregentur. Neque tandem spiritus ac litteræ mutuis sibi obsistant impedimentis, si qui in utrisque, quo par est studio elaborent. Singulare & insigne nobis hujus rei, ùt etiam virtutum ceterarum, præstitit exemplum bonæ memoriæ P. Laines, qui mirificè semper conjunxit scientias cum spiritu, maximè verò cum solidis virtutibus humilitatis & caritatis.

*5. Si Scholastici Virtuti scientiam jungant.*

6. Quapropter væ iterum illi, qui quò magìs se studiis litterarum addixerit, eò minùs intellexerit quàm nihil sit: cùm omnis Philosophia non spiritualis modò, sed etiam moralis, quam Ethnici Philosophi coluerunt, hac sui cognitione & despicientiâ, tam-

*A Scholastico non bene in Novitiatu formato nil frugis sperandum.*

tamquam basi innitatur. Itaque eum Sch
lasticum, qui submissionis & despicien
sui loco, propriæ inhiat opinioni & exi
mationi, verè dixerim non capere quæ
dit, plúsque dedidicisse, quàm didicit.
quibus omnibus perspicuè sequitur, qu
necessarium sit quemque in Domo Prob
tionis amplam virtutum supellectilem co
parare, cùm ab Scholastico in arena fun
to expectari aliud non possit, quàm ex
gentibus ventis ambitionis & vanitatis ha
dubiè ruiturum. Atque hinc nascitur m
tis inquietudo, quâ aliis fastidio sunt, & p
turbationi, dum pacem Domini in seip
non reperiunt. Hinc etiam oriuntur qu
rimoniæ, obmurmurationes, dissidia nat
num, discordiæ non modò inter Fratres, s
quod gravius est, ab ipsis suis Superioribu
quòd eos in postremis habeant ad officia
gradus, aliáque similia. Qua in re istiu
modi homines apertè declarant, ignorare s
quid sit Professionem edidisse, cùm eam
honores & dignitates, ad quietem & otiu
atq; ampliora privilegia, falsa pietatis simu
latione detorqueant. Heu quanto in erro
re versantur! Siquidem eorum mihi viden
tur esse similes, qui cùm medicamentum
sumpserint, nihil de ejus effectu laboran
tes, obdormiscunt, cùm certum sit ex e
maju

majus corpori detrimentum proventurum, nisi ægroto salutem, quæ sperabatur, afferat. Ità Professio plus eorum nocet animis, quàm prosit, si suum finem non consequantur. Idcircò enim Professio est instituta, ut in vinea Domini alacriter operam suam quisque ponat; sítque ad obedientiam, submissionem, humilitatémque paratior; proximorúmque necessitatibus subveniat, illísque perfectioris virtutis præbeat exemplum. *Vos* enim *estis lux mundi*, inquit Christus, cum iis loquens, qui ejus vestigia persequuntur. Matth. 5. 14.

7. Hinc facilè perspicitur, neminem, quod ante dixi, ad litterarum studia idoneum fore, quin antea in pietatis & Religionis disciplinâ firmum jecerit fundamentum; nec Professum esse posse, qualem requirit forma Instituti nostri, nisi in utroque studio pietatis & doctrinæ sedulò versatus fuerit. Quod Deo aspirante eveniet, si in recipiendis in Societatem hominibus ea teneantur, quæ in prima Constitutionum parte præcipiuntur: si in Novitiatu ea serventur, quæ sunt in tertia parte: ac demum si in Collegiis ea adimpleantur, quæ 4. parte continentur. Et quoniam mihi ad omnes sermo est, vehementer unumquemque hortor ac precor, nè sola lectione eorum, quæ

*6. Si Constitutiones non solùm legantur, sed etiam observentur.*

Constitutiones nostræ præscribunt; & a
miratione divini spiritûs atque ordinis, q
in ipsis elucet, contentus sit: sed multò m
gis incumbat in observationem, cùm ab h
sola pendeat fructus spiritualis, & progr
sus, quem omnes optamus. Vellem eq
dem hac de re plura dicere, tum officii m
vinculo adductus, tum quod vos alloqui
litteras (quoniam viribus & valetudine i
pedior, quò minùs possim Provincias i
lustrare) multò mihi jucundissimum el
sed hæc ipsa pauca cùm sub Procurator
adventum paullo ante ægritudinem me
scribere instituissem, ex ea, licèt diutur
tandem convalescens, tantam contraxi vi
um imbecillitatem, vix ut paucos hos ve
sus dictare sinè gravi molestia possim. Qu
re nè scribendo longiùs provehar, & ad
borem affectæ valetudinis minuendum, t
tui ad summa quædam capita ea revocar
de quibus mei muneris esse censeo vos a
monere, nè zizaniorum disseminator agr
nostros ùt initio dicebam, ingressus, qu
Spiritus sanctus in corda nostra per gratia
vocationis nostræ sparsit, salutare semen e
tinguat. Ac majorem in modum peto ab
mnibus, ut Deum precentur, quo nob
omnibus concedat, ut non in eorum num
ro simus, qui cùm iter facturi, ocreas ind

ti, adjunctísque calcaribus, superſedentes itinere in diverſoriis commorantur: ſed continuò curramus alacriùs ac velociùs in via perfectionis, donec perveniamus *ad montem Dei Horeb.* 3. Reg. 19. 8.

8. Illud igitur in primis occurrit, quod habetur initio decimæ Conſtitutionum partis, ubi de ratione agitur, qua conſervari Societas & augeri poſſit, his verbis: *Media illa quæ cum Deo inſtrumentum conjungunt ac diſponunt, ut à divina manu rectè gubernetur, efficaciora ſunt, quàm quæ illud diſponunt erga homines. Hujuſmodi eſt probitas & virtus, ac præcipuè caritas, & pura intentio divini ſervitii, & familiaritas cum Deo in ſpiritualibus devotionis exercitiis, & zelus ſyncerus animarum ad gloriam ejus, qui eas creavit ac redemit, quovis alio emolumento poſthabito.* Dignæ planè voces, quæ ab omnibus attentiſſimè conſiderentur, cùm eas B. P. N. ſuis filiis tanto ſtudio & amore ſcriptas reliquerit. Nam ſi paullo attentiùs conſideremus, verè agnoſcemus, cùm ea non adhibentur, quæ inſtrumenta cum Deo magìs conjungunt, omnes ſacrorum Ordinum ac Religionum diſſenſiones ærumnáſque ſubſequi ac ſuccreſcere. Ut enim ex ſiccitate terræ, arborum flores & fructus areſcunt; ità ſi mens religioſa in meditatio-

*Media quæ DEO nos jungunt.*

nibus & piis exercitationibus arida perſev
ret, omnis flos fructúſque ſpiritualis exur
tur. Quare qui ſe in Chriſti crucifixi m
ditatione atque imitatione minus exercui
non modò tepidum ſe ſentiet in tolerand
pro Chriſto laboribus, ſed etiam laborur
ipſorum impatientem: ac ſibi nimiùm pr
cul dubio arrogabit; aliósque deſpiciet
quòd rariùs inter orandum de ſui ipſius co
gnitione, & viliſſima hominis condition
cogitaverit. Præclarum omnino, & ſu
viſſimum in omnibus moleſtiis noſtris re
medium eſt Crux Salvatoris. Si enim vir
ga Moyſis perdidit Ægyptios; quantò ma
gis ſæculares ac Ægyptios animorum no
ſtrorum motus Crux Chriſti profligabit!
Qui ſi adhuc vigent vivúntque in nobis,
certè in Cruce poſitam vitam noſtram non
habemus. Nam cui in ea viventi quid
quam ad ſummam animi tranquillitatem vel
jucunditatem deſit? Quòd ſi rebus utimur
ſecundis, ejus beneficio id fieri putandum
eſt: ſin autem acerbitatibus & ærumnis
premimur, in ea proculdubio mitigantur.
Quis audeat cum habitatoribus Crucis
Chriſti pugnare? *Quis nos ſeparabit à cari-
tate Chriſti*? Quare ſi qui ab hoſte vehe-
mentiùs oppugnati tandem ſuperantur; id
eò fit, quòd eas res pro viribus adhibere

*Qualia ſunt*: 1. *Amor, & tolerantia crucis.*

Exod. 14.

Rom. 8. 35.

no-

nolunt, quæ nos arctiùs cum Deo Opt. Max. perfectiúsque conjungunt. *Perditio ex te Israël: tantummodo in me auxilium tuum.* Si autem huic decimæ partis præscripto pareatur, nihil præterea requiretur ad vitam quietã, & sinè ulla dissensione traducendam. Atque ità fiet ut idem omnes cogitemus, & sentiamus, nemóque vel victu, atque vestitu, vel de imposito sibi munere conqueratur. Quia *caritas benigna est, non inflatur, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt*, &c. Ose. 13. 9. 1. Cor. 13. 4.

9. Quod ad virtutem Obedientiæ pertinet (ad quam Societas omnia refert, tamquam ad scopum & vexillum, quæque ejus est turris præcipua) etsi nonnulla fortasse dicenda erant, tamen quia B. P. Epistolam de ea scripsit, non utilem modò, sed omni dignam admiratione, quippe cui nec quidquam addi possit, nec detrahi; ad eam vos remitto, cum hac una voce Euangelii: *Hoc fac & vives.* Hoc enim in Domino nobis polliceri possumus fore, ut si quæ in illa continentur præstiterimus, perfectæ Obedientiæ filii nominemur & simus. 2. *Obedientia.* Luc. 10. 28.

10. Cùm de Paupertate in sexta Constitutionum parte B. P. N. IGNATIUS ageret, eam esse confirmat instar muri fortissimi Religionum, quo illæ in statu suo & disciplina conservantur, & à compluribus ho- 3. *Paupertas.*

hoſtibus proteguntur. Quare maxima n
bis eſt ratio habenda tanti præſidii. Illúd
que in primis ſollicitos nos tenere debet, n
Religionis aut zeli ſpecie dum Colleg
ſtabilire, aut Domibus volumus adjume
to eſſe, ſubeat animum ſollicitudo immod
ratior, propenſióque cupidior, quàm pr
bari poſſit hominibus externis & ſæculari
bus, atque adeò domeſticis ipſis dolore
afferat & mœrorem. Nam cùm cura
vehementiorem habendi prohibitam nob
in Euangelio ſciamus, illud omni conte
tione vitandum eſt, nè prætextu zeli alic
jus minuatur in nobis noſtræ recordati
paupertatis; ac ſubintret cupiditas bono
rum temporalium, quæ certiſſima peſtis e
Religionum earum, quæ aditum penitù
hujusmodi perverſis affectibus non occlu
ſerunt. Nec tamen ideo interdictum pu
tetur, quo minus Collegia, & Domus e
gentiores neceſſitate expoſcente honeſtè
moderatíſque rationibus juvari poſſint: il
lud tamen dico, quod aliquando animad
verſum eſt, multis Collegiis uſu veniſſe, u
dum ſtudio nimio procurandæ dotationis
varios modos exquirunt, aliis negotium po
tiùs faceſſerint importunè, quàm exemplo
ædificationíque fuerint. Cùm autem hu
juſmodi rationibus humanis poſthabitis, ea

cona-

conati sunt Nostri conservare, quæ pauca Collegiis donata fuerant, brevi tempore, unde minimè sperarent, aut sperare potuissent, divina providentia pro ipsis advigilante, uno anno adepti sunt, quod frustrà pluribus annis concupiverant. Hæc verò idcirco à me dicta sunt, ut intelligatur appetitu isto immoderato rem nostram bene non geri, quin potius indè jacturam non lucrum existere. At contra ubi cum moderatione in silentio & spe proceditur, prospere cuncta succedunt; proximi bene ædificantur; nósque ipsos veræ Paupertatis titulo gaudentes majore gratia, & propensiore auxilio Christus prosequitur. Quia *tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adjutor.* Psal. 10. 14.

11. Sed & illud operæ pretium mihi visum est, excitare Patres ac Fratres in Christo mihi dilectissimos, ac hortari in Domino, ut memores sint, nos per vota Deo nuncuptata semel mortuos esse, vitámque istam jam non esse nostram, sed illius, qui suæ non pepercit, ut eam nobis impartiret: atque ideo æquum esse, ut eam in ipso absondamus, quam si nostris viribus conservari in nobis posse credimus, graviter decipimur. Nos autem mortuos esse in Christo, hæc signa testantur, si non videamus, non sentiamus, non respondeamus: ut qui oculos habeat 4. *Mors in Christo.*

beat apertos, ut aliena facta dijudicet; re
ſpondeat etiam facilè, & contradicat iis
quæ ab Obedientia injunguntur; doleat a
conqueratur, ſi quando ſuorum defectuum
commonefiat, argumento ſit certiſſimo
eum nondum eſſe mortuum, ſed planè vi
vere cupiditatibus ſuis, oblitum ejus pro
poſiti, quod principio vocationis ſuæ arri
puerat.

*5. Simplicitas in admittenda correctione.*

12. Quæ idcirco commemoro, quòd audiam initio naſcentis Societatis eximiam quamdam ſynceritatem, ſimplicitatémque floruiſſe inter Noſtros, cùm admonitiones ac correctiones non mœrorem, non amarorem afferrent, ſed amorem cum grati animi memoria & ſignificatione conjunctum. & jure id quidem. Nam ſi ſæculares homines, qui coram Principe aliquo adſtare debent, grati in eos eſſe ſolent, quorum indiciô vel infectam ſibi eſſe corporis faciem, vel aliud quippiam non ornatè compoſitum intelligunt; quantò majorem gratiam habere debet is, cui ab alio indicatur, quibus maculis anima fœdetur, ut ante Dei conſpectum lotus ac purus veniat. Quòd ſi aut dolor, aut perturbatio, aut etiam abalienatio pro gratia ſuccedat, in horum & quidem graviſſimorum detrimentorum alterum neceſſe eſt incurramus, ut vel nullo

nos

nos monente ac corrigente, vitia in nobis altiores agant radices ; cùm nemo sit, qui ejusmodi infirmo, correptionis impatienti, audeat adhibere medicinam ; vel si adhibebitur, cùm ea recipiatur stomacho indignabundo, amaro animo, facilè impleatur domus tota felle & amaritudine propter illos, qui ùt minus perfecti, neque admoneri volunt, neque corrigi. Quare nulla nos istius sanctæ simplicitatis, veræque humilitatis oblivio capiat, cum scriptura dicat ; *Cum simplicibus sermocinatio ejus,* Nec mirum sit ibi abesse communicationem Dei, ubi non est simplicitas. Prov. 3. 32.

13. Jam verò sicut lex Christi circumcisionem corporis vetuit, ità commendat præcipuè cordis circumcisionē ei, qui Christi vult esse Discipulus, quippe qui ad hoc vocetur, ut abneget semetipsum, tollat Crucem suam, atque ipsum sequatur. Pari ratione vetantur in Societate publicæ mortificationes, ob justas & graves causas : at propriæ voluntatis abnegatio, & interior mortificatio sic proponuntur, ut qui aliter faciat, eum pro legitimo filio Societas non agnoscat. Et sanè manifesto est indicio, minimè illos animadvertere, quodnam voluntati propriæ supplicium debeatur, quæ Deum Creatorem suum non est verita offen- *6. Mortificatio, & Abnegatio sui.*

fendere ; cùm illi obsequuntur & adblandi pert
untur , neque eam tractant pro merito Na
quod non est aliud , nisi omni studio eni itin
nihil unquam ut fiat, quod ipsa velit. Vi fam
redum porrò est, nè harum rerum incur deſ
grave damnum afferat Societati : idémq lum
ipsi contingat, quod vineæ , quæ suis ter nem
poribus non putatur , quam sterilescere Qu
interire paucis annis videmus ; neque uv Siq
ferre, sed in palmites & sarmenta silvesc citu
re. Ità planè apud nos, si qui animum Itac
commoda sua vehementiùs adjunxerint, mu
riculum est, nè mortificationis obliti pr dis
racemis sarmenta proferant, quæ ad nih mu
lum valeant , nisì ut in ignem mittantu ac
Atque ex incircumcisâ voluntate, atque phe
more proprio aliud etiam incommodum sca
quitur, nempe quod densissima quædam n mir
bes ex corde immortificato exoriatur, qu tra
ipsi præsentiam divini conspectus obscur uti
atque adeò tollit. Et verò cùm mihi in que
nimum subeunt dona & virtutes B. P. Nlud
IGNATII , aliorúmque Patrum, qui pr do
mitiæ quodammodo fuerunt Societatis
cum sua omnia sic agerent & decenere ſtra
perinde ac si præsentem Deum intuerentur Ext
sic afficior intimis sensibus, ut nihil malim pro
quàm nè tantorum donorum , tantarúmq cem
virtutum , quas Societati Deus cœpit in nun

*7. Memoria præsentis Dei.*

per

pertiri, copiosus imber culpâ nostrâ resídat. Nam si Israëliticus populus, ducem habens itineris columnam igneam cælitus demissam, tot nihilominus pericula & labores in deserto adiit; quid fiet illis, qui cælesti illo lumine destituti, per hujus vitæ solitudinem, tot periculis obnoxiam gradientur? Quàm facile poterunt in errorem induci? Siquidem non nisi in lumine Dei lux aspicitur; Quia *in lumine tuo videbimus lumen.* Psal. 35. 10. Itaque inter hæc monita hoc sit non ultimum, ut omni studio incumbamus in cordis nostri mortificationem; atque operemur omnia opera nostra in conspectu Dei ac Domini nostri, dicamúsque cum Propheta: *Propter hoc lætatum est cor meum*; & *caro mea requiescet in spe.* Psal. 15. 9. Nec quisquam miretur, si nè corpore quidem quieto & tranquillo vivat, cùm nullam dat operam, uti Deum semper præsentem habeat. Neque enim hoc donum confertur iis, qui illud minus æstimant, sed qui in eo assequendo plurimùm elaborant.

14. Licèt autem hæc Societatis nostræ vinea, quæ, sicut principio scripsi, *Extendit palmites suos usque ad mare*, jam protulerit & frondes & flores, nec racemi desint; hoc tamen expectatur, ut vinum copiosum fundat, cujus causâ vinea 8. *Velle premi, cõtemni, calcari.* Psal. 79. 12.

omnis conferitur : idque ut fiat , uvas n fur
cesse est in torcular injici, & calcari. Ho nes
forsan nobis, Fratres carissimi, deest, qu cat
non gustemus, neque cum voluptatis sen rat
optemus calcari, premi, contemni, ut opt nib
tæ consolationis atque exultationis vinu Ch
proferamus. Meminerimus Christum mu
Isa. 63. 3. xisse ; *Torcular calcavi solus.* Quis jam c stra
cari recusabit, cùm videat in torculari Ch salu
stum premi, ut fundat nobis illud vinu lut
Matt. 26. 29. de quo ipse dixit : *Non bibam amodo de op*
*genimine vitis, usque in diem illum, cùm illo est*
*bibam vobiscum novum in regno Patris m* ti à
Nam nisi fumum vani honoris atque e sup
stimationis propriæ proculcaverimus, fa pa
lè ab hostibus nostris calcabimur, & Ch diâ
sti Discipuli esse desinemus. ub

*Quantum Vocationi nostræ debeamus.*

15. Verùm ut tandem huic Epistol pe
finem imponam, atque ad unum caput *nu*
mnia reducam, quæ maximè à vobis de mo
dero ; sit nobis continuò ante oculos illu sto
1. Cor. 1. 26. Apostoli : *Videte vocationem vestram, F* gr
*tres.* Si quis igitur humiliandi se desi tan
rio tenetur, etiam atque etiam cogitet qua pe
tum debeat vocationi suæ , & quid ab
gratia illius exposcat : in dictis, factisq aff
omnibus circumspiciat, an dici fieríque d re
beant ab eo, qui in hanc Societatem sit a ob
scriptus. Omnia metiatur ad illam me bu

suram, eritque in locutione modestus, honestus in conversatione, assiduus in ædificatione proximi, prudens & sanctus in operationibus suis, potens in revocandis hominibus à peccato, ardens in tolerandis pro Christo & ejus Ecclesia laboribus, ac demum unus ex iis, quos Constitutiones nostræ informant atque instruunt, qui cùm saluti propriæ invigilet, idoneus sit & in salutem proximorum incumbere: eritque is operarius, de quo meritò dicatur: *Dignus est operarius mercede suâ.* Luc. 10. 7. Utinam permulti à Deo in hanc vineam suam mittantur, ut suppetat copia multos non solum in Europam, sed & in Africam, atque Asiam, Indiámque mittendi; atque ut dum omnibus ubique terrarum ad Christum trahendis opera ponitur, tandem fiat *unum ovile; & unus Pastor.* Joan. 10. 16. Ille, qui suarum nos ovium numero aggregavit, optimus & verissimus Pastor CHRISTUS JESUS, eam nobis tribuat gratiam, ut ipsius vocem verè audiamus, ac tandem in hac vita per gratiam, & in cælo per gloriam eum cognoscamus.

16. Quoniam verò quantum homini afflictâ valetudine licet conjicere, tempus resolutionis meæ instat, omnes oro atque obsecro, ut quæ est vestra caritas, in precibus & sacrificiis vestris habeatis me apud

Deum commendatum, ut hoc exiguo tem
pore, quod mihi reliquum est vitæ, gratia
Vocationis meæ agnoscam, & ex ejus sp
ritu actiones meas definiam, atque ad it
me comparem in sanctitate & justitia co
ram ipso omnibus diebus meis. Quo
ipsum peto, petámque à Deo quoad viva
pro tota Societate, sicut à me non solùm
officii mei ratio, sed etiam singularis er
ipsam caritas suo jure flagitat. Roma
mense Aprili, 1569.

*RR. VV. Servus in Christo*

Franciscus Borgia

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.
V.
R. P. N.

# EVERARDI MERCURIANI

Præpositi Generalis IV.
Unica.

## Ad Superiores Societatis.

Anno 1574. 8. Octob.

### *Monita ad rectam gubernationem.*

1. INter ea quæ Superiores Societatis ùt certissima habere debent, id unum est in primis, non intentionem rectam, non prudentiam, non alia id genus dumtaxat esse necessaria, ut è more atque Instituto nostro, cum mansuetudine & amore agatur; verùm præter hæc omnia illud maximè donum requiri, quod Apostolus inter gratias gratis datas appellat guber-

*Donum Gubernationis à DEO.*

1. Cor. 12. 28.

nationes; quódque longè omnibus præsta
non parùm in edomandis animi perturb
tionibus & affectibus profeciſſe.

*Superior subditos diligat.*

2. Alterum, quod quantumvis subdi
ab exacta obedientiæ ratione deficiant, hu
mana tamen imbecillitas magnam sanè i
dustriam, amorísque significationem à S
perioribus depoſcit. Apertum enim e
rationem, júsque ipſum quodammodo p
ſtulare, ut quemadmodum noſtri homin
ſe per ſummam liberalitatem Deo Domin
que noſtro conſecrârunt; ſic à Superiorib
excipiantur eodem amoris ſinu ac tracte
tur: præſertim cùm hæc caritas & liber
litas mutua, adhibitâ ſollicitudine ac di
gentiâ, citius quàm quidvis aliud diſciplin
obſervantiam promovere poſſit.

*Subditus in Superiore Chriſtum agnoſat.*

3. Porrò ſubditos in Superioribus
gnoſcere illum oportet, cujus locum t
nent, Chriſtum ſcilicet ac Dominum n
ſtrum: ſicut enim Superioribus non ob
temperatur ob eorum probitatem & virtu
tem, ſed Chriſti cauſsâ, à quo id muneris h
bent; ſic omittenda non eſt illa ipſa obe
diendi celeritas & reſignatio, quantumvi
humanum aliquid in iis obſervaretur.

*Superior ſic agat, ut credatur, ſe o-*

4. Quod verò ipſum Superiorem pro
ximè attingit, ut boni Paſtoris officio cu
auctoritate fungatur apud ſubditos; du

pro

procuranda sunt : alterum ut intelligant certúmque omnino habeant subditi ipsi, quidquid Superior agit, Christi caussâ, cui obedire debet, ipsiúsque Instituti, & ob majus ipsorum bonum facere. Et quidem amorem adversùs omnes æqualem nullo discrimine significabit ; ità ut, si necessitas postulet eum pro officio quempiam admonere, reprehendere, aut pœnitentiam aliquam injungere, id semper æstimetur fieri amoris ergo. Quamobrem caveat ut nè subditis occasionem præbeat suspicandi, quòd de ipsis malè sentiat aut diffidat. Magnoperè enim hæ suspiciones minuunt reverentiam & amorem erga Superiores ; & spe abjectâ recuperandæ ipsius gratiæ manent in suis vitiis absque ulla curatione : neque omnium modò, sed imperfectiorum etiam quorumlibet, ( non omissis ideò debitis disciplinæ modis ) ostendet se spem bonam concipere futuræ emendationis, nec se præteritorum esse memorem.

*mnia ex amore subditi agere.*

5. Ad hæc Superior caveat usum artificii humani erga subditos, unde ipsi conjiciunt Superiorem aliquid ambiguè loqui. Id enim prorsus adimit fiduciam, quà subditus curæ paternæ Superioris se committit ac tradit. Et sanè cum ea arte stare haudquaquam potest unitas & mutuus amor ac

*Artes humanas caveat.*

reverentia, sinè quibus absoluta resignat & indifferentia, ad virtutem, religiosámq perfectionem haberi non potest. Neq verò homines tot rerum capaces, tótq dotibus ornatos, quales Societas habet, genus artibus ad religiosam disciplinam solidámque virtutem cogas; cùm illo ing nere vix unus alteri cedat: veritas autē sinceráque virtus benè arctam & diuturna unitatem inter Superiorem ac subditos g nerare ac fovere potest.

*Sit Officii sui, & Legũ nostrarum gnarus.*

6. Alterum, quod ad parandam sust nendámque auctoritatem in subditos m gnam vim habet, in eo positum est, ut i impendiò persuadeatur Superiorem esse s officii gnarum, neque aliunde regi aut pe dere, quam à Superioris sui nutu. Ut ver id persuasum habeant, omnino est opus, s ut muneris partes opere ipso impleat. E propter ipsum scire oportet, qualem omne Societatis familiam, nec non qualem unum quemque interiùs esse deceat: quandoquidem Societas exteriore disciplinâ content non est, sed dispositionem maximè & cul turam animi interiorem intendit. Quoniam autem exterior disciplina certis regulis com prehenditur, Superioris est omnes noss cùm communes, tum peculiares officiorum atque ministeriorum. Quin etiam pari di-

ligen-

ligentiâ procurandum est, non tantùm ut eas singuli intelligant, saltèm eas quæ ipsos attingunt, verùm etiam ut easdem apud se habeant, usúque sibi familiares faciant.

*Dirigat, animet, confirmet subditos.*

7. Expedit etiam, imò necessarium est, curare ut singuli quod sciunt, promptè exequantur, adeóque animentur ad id amplectendum; tum verò suppeditare quidquid muneri bene obeundo faciet. Postremò videndum frequenter quo pacto rem gerant, quem modum in observandis regulis sequantur, instruendo, admonendo, reprehendendo per seipsum, aut alium, quo dirigantur, animentur, confirmentur, prout opus fuerit. Quapropter ipsum scire oportet, quibus difficultatibus cujusque officii implicata sit functio: eásque primo apud Deum sedulò discutere, tum apud suos consultores, ut convenientia cuique auxilia dentur, & úniversi suaviter jugum ferant, intelligántq; si minus ex omni parte provisum est, non desiderari tamen diligentiam & caritatem Superioris.

*Disciplina interior tria complectitur.*

8. Jam quod spectat ad officii pastoralis eam partem, quæ in disciplina interiore versatur, (quæ satis ex ea quæ illi cum exteriore est proportio cognosci potest, cùm quæ de hac dicta sunt ad cognitionem illius juvare possint) animadvertendum est, quod quemadmodum ut sciatur qualis in Societa-

te familia aliqua esse debeat, ex regulis qu
de illa tractant, notitiam ejus parare op
est; pari ratione ei, qui scire velit qual
quisque è Societate interiùs esse debeat, p
tenda est notitia à regulis & Constitution
bus ea de re tractantibus. In illis enim omn
perspicuè tamquam in speculo videbuntu
ùt colligitur ex cap. 4. Examinis, itémq
ex 3. 6. 9. & 10. parte Constitutionum, a
adeo passim ex aliis locis, quod magna ex p
te sum̃atim comprehenditur regulis summ
sapientiæ, & libello spiritualium Exercitio
rum B. P. Ignatii. Cùm ergo duo vel tr
capita complectatur omnis disciplina int
rior; primum, de iis quæ abneganda sun
déque affectu ipsorum penitus exuendo
alterum de studio comparandi virtutes n
cessarias, Societatis ministeria tractaturis,
taceam proposita sancta & pia desideria
quæ ad hoc subinde à Deo injiciuntur; q
in hanc pastoralis muneris curam adversùt
alios incumbet, non modò qualem esse o
portet unumquemque ex regulis & Const
tutionibus nosse convenit, verùm etiam
(quod ante dixi) planè necessarium est u
subditi persuasum habeant, eum esse ejus
rei peritissimum: quæ persuasio sola rei ve
ritate acquiri potest.

*In hac* 9. Præterea curandum Superiori est,
ut

ut ſubditorum quiſque nôrit, qualis interiùs eſſe debeat, ídque uſitatis in Societate rationibus, quales nimirum ſunt explicationes regularum, publicæ aut privatæ inſtructiones, exhortationes, aliáque id genus in Societate ordinaria. Quamobrem tanto diligentiùs procurandum erit, ut ſubditorum animi dirigantur, inflammentur, confirmentur, ac Superior aptè foveat deſideria hujus diſciplinæ interioris, quantò certiùs eſt ſinè illa nullum profectum ſperandum eſſe. Hujus porrò diſciplinæ exercitatio totâ vitâ tenenda eſt, ut quaſi nobis ſit Novitiatus continuus. Neceſſitas quippe & continuitas delictorum, & neceſſitatum noſtrarum continuam hanc meditationem poſtulat. Demum Superiori videndum ſedulò eſt, quam quiſque viam in hac exercitatione inſiſtat; quid, & quantum in unoquoque deſideretur, ſeu ad tollenda impedimenta virtutum, ſeu ad vires & arma conquirenda. Atque ùt erunt difficultates, ad Deum recurret, magnóque ſtudio radices & cauſſas in ſingulis inveſtigabit, inquirétque remedia nunc vini, nunc olei, his malis neceſſaria. Propterea ad manum habeat regulas, quæ tractant de diſcernendis ſpiritibus, & curandis animabus, ut ſanctè docuit B. P. IGNATIUS in libro Exercitiorum; ſítque

*ſubditus totâ vitâ exercendus.*

sítque sollicitus, ut singuli tam suarum im perfectionum caussarúmque notitiam hab ant, quàm remediorum convenientium; i cumbátque in rectam animorum disposití nem, ut ea omnia adjumenta ac remedia animo admittere, & complecti possint.

Atque ut finem faciam, in cura huj pastoralis officii, promptóque harum ind strìarum usu, Superior plurimum in Dom no confidat oportet: quoniam ipse unctio nem Spiritûs sancti effundet, quo facili omnia dirigantur ad spirituale auxilium an morum, præparentúrque ipsius hæc instru menta ad obsequium divinæ suæ Majest tis. Romæ 8. Octob. 1574.

EVERARDUS.

EPI-

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

VI.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Prima,

Ad Superiores Societatis.

Anno 1581. 28. Junii.

*De ejusdem Societatis felici progressu.*

1. DUm recogito gaudium & consolationem, qua ab initio conversionis meæ perfundebantur intima viscera interioris hominis mei, hac una cogitatione, quòd in omnibus rebus à Superioribus dirigendi essent gressus mei cum maxima pace atque securitate cordis mei, & cum maximis subsidiis ad castigandam propriam voluntatem, quæ nos, quo id magis la-

*P. Claudius maluit subesse, quàm præesse.*

laboramus, eo minùs verè noſtros eſſe ſini
dúmque contemplor, quod mihi Divina b
nitas revelatis oculis oſtendere dignata e
quanta videlicet ſit vocationis noſtræ al
tudo; quantíque momenti ad animarum ſ
lutem, atque Eccleſiæ Chriſti obſequiu
corpus hoc Societatis æſtimandum ſit; n
poſſum non animo dolere in hac mutatio
dexteræ Excelſi, quam illi in me & de m
præter omnem humanæ ſapientiæ opini
nem, facere viſum eſt. Quandoquide
altero me expoliatum video, quod tanto
re à teneris annis concupivit anima mea,
à Chriſti ſervis veluti cæcus deducerer; a
terum, unde aſſidua copia gaudiorum era
jam mihi perpetua materia ſit timoris. N
enim ſolùm tot tantísque adjumentis me o
batum cerno, quæ mihi oculi eorum affe
re conſueverant, à quibus antea guberna
bar; ſed me repente video tanto exercitu
ducem factum, & navi tantæ, talibus mil
tibus ac mercibus onuſtæ gubernatore
ſubitò conſtitutum. Proinde procul du
bio formidine majori, quamvis in diſpa
onere, verba illa mihi uſurpanda ſunt, qu
bus in cauſſa ſimili D. Gregorius è Scriptu
Ruth. 1. ris uſum ſcimus: *Nè vocetis me Noëmi, ſe*
20. *amaram*: quandoquidem contemplatus i
domo hac veri Salomonis pacifici noſtri, c

bos mensæ ejus, & habitacula servorum & ordines ministrantium, (minori quidem sensu, sed admiratione non minori, ac Regina illa,) *Non habeo ultra spiritum.* Nec quidquam in me invenire possum, unde non *renuat consolari anima mea*, nisi cùm Dei memor sum: de cujus infinita bonitate, ità planè futurum confido, ut Societatem nostram, quippe opus digitorum suorum, sibíque gratissimum, tanto majori cum sua gloria conservet ac promoveat, quantò ineptius cognoscitur instrumentum, quod ille assumere, & quidem non ignarus, voluit; qui superbas turres Jericho non tormentis bellicis, sed tenuissimo tubarum flatu, in brachio extento dejecit; & arrogantia Madian castra vilissimis fictilibus, iisque confractis, superavit ac perdidit. Cùm itaque ex rei magnitudine intelligam, quantum à me diligentiæ requiratur; & quantum mihi ut speculatori immineat periculum; ex eo autem quòd sperem permansuros oculos Domini & cor ejus in Societatem cunctis diebus, confidere debeam illum nostros conatus atque labores nec deserturum, nec irritos esse passurum; id à me officii exigi arbitratus sum, ut ad Reverentias Vestras nonnulla scriberem, quæ sentio multum per omnem modum ad felicem Societatis nostræ pro-

3. Reg. 10. Psal. 76. 4.

progressum pertinere : quò novo quod
spiritu induti, excitemur omnes Christo
piti conjuncti, ad opus hoc, quod illius op
est, totis viribus promovendum.

*Subditorum profectus pẽdet à Superiore.*

2. Hoc itaque primum cupio insc
pi cordibus nostris, familiam hanc unive
sam, tam Deo caram, atque ad tam præc
ra facinora electam, impositam esse sup
humeros & capita nostrûm omnium, qu
bus hæc pascendi cura credita est. A
quos, quandoquidem polliciti sumus nos
gilaturos, quasi rationem pro animabus e
rum reddituros, quos pascimus, peculi
ratione pertinent monita illa Salomoni

Prov. 6. 1. v. 3. & 4. *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo*, &c. *Fa ergo quod dico fili mi, & temetipsum liber quia incidisti in manus proximi tui. Discurr festina, suscita amicum tuum: nè dederis so mnum oculis tuis nec dormitent palpebræ tu*

Verè etenim ità habet res, ut spiritualis sub
ditorum profectus ab iis qui regunt maxi
ma ex parte pendeat. Videmus namque
quæ Dei est bonitas, ità affectos ac parato
Societatis homines, ut maximus lucis fru
ctus sperandus sit in omni bonitate, justi
tia, & veritate, si nos omnes, qui præsumus,
vigilanter & discretè ministerium nostrum
impleamus. Quod quidem ministerium u
rectè intelligatur, illud necessariò statuen
dum

dum est, esse hunc exercitum quemdam filiorum Dei, quos singulari vocatione dignatus est Deus noster congregare, ut serviant ei ex caritate non fictâ, corde magno, & animo volenti; & onus crucis (ut ità loquar) ei illi allevient, in ovibus, quæ perierant, ad cælum reportandis. Cùm igitur exercitus sit, maximum ordinem, maximásque vigilias exigit: cùm sint filii Dei, satis apparet quibus oculis sint aspiciendi à Superiore; quanto amore ac reverentiâ disponendi, quàm ingenti profectûs eorum desiderio: cùm tam excellenti vocatione vocati sint, non decet Superiores, ea quæ perfectionis sunt, pusillanimitatis spiritu, qui è sæculi prudentia nascitur, ulla ratione metiri: ac denique cùm servitus quædam ex amore sit, id efficax maximè erit ad eos dirigendos, si Superior eorum teneat ac possideat voluntatem. Neque enim, qui in Societate præsunt, eo contenti esse debent, ut obediat subjectus; & hoc aut illud quod injungitur modo præstet, quoquo modo præstet; sed illud maximè spectari oportet, ut id magna cum perfectione in Christo exequatur: ad quod præcipuè conducet si subditi verè intelligant se à Superioribus diligi, qui suis se filiis patres, matres, nutrices, medicos, denique omnia omnibus, pro cu-

jusque necessitate exhibeant necessé
Quare D. Bernardus cum Superioribus
In Cant. serm. 23. gens, *Discite*, inquit, *subditorum matres esse debere, non dominos: studete magis amari quàm metui.* Atque idem paullò pòst: *Quum jugum vestrum super eos aggravatis, quos potiùs onera portare debetis? Cur morsu serpente parvulus fugit conscientiam Sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat tamquam ad sinum recurrere matris?* Quod idem
am ante D. Gregorius præclarè docuera
verbis, *In qua videlicet compassione nec est, talem se, qui præest, exhibeat, cui subjecti quique occulta quæque sua prodere non erubescant: ut cùm tentationum suarum fluctus parvuli tolerant, ad Pastoris mentem, quo ad matris sinum recurrant: & hoc quòd se quinari pulsantis culpæ sordibus prævidentes hortationis ejus solatio, ac lacrymis orationis lavent.* Et revera qui se ipsum consi
rat circumdatum infirmitate, ac simul
ligentiùs æstimat amorem, quem Deo
Joan. 21. bet, ac propter eum ejus etiam filiis (h
enim trina, qui gubernaturi sunt, ratione
moris, interrogatione tentantur) opti
videt, quanta in his omnibus, quæ hoc lo
sunt, compassio; quanta etiam erga Deum
proximũ caritas requiratur. Neq; enim
certi ratione mysterii Sacerdotali byssо,

cus, ísque bis tinctus, adjungitur. Hunc sanè affectũ animi (ut in rationali pectoris nomina etiam Patriarcharum intexamus) Moyses ostendebat, cùm ità reputaret & diceret, Dum sibi ità populi illius curam demandâsse, quasi ipse eam omnem multitudinem concepisset ac genuisset, eique Dominus expressè præcepisset: *Porta eam in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum.* Num. 19. 6. Num. 11. 12.

3. Hinc etiam illæ Apostoli Pauli voces: *Facti sumus*, inquit, *parvuli in medio vestrùm, tamquam si nutrix foveat filios suos.* Et, *Quis infirmatur & ego non infirmor?* Et, *Filioli mei, quos iterum parturio.* Sic sic nimirum sanctæ memoriæ B. P. IGNATIUS in Constitutionibus exigit, ut Superiores amari potiùs, quàm timeri studeant. Sic in formula Instituti præcipitur, ut in gubernatione memores simus benignitatis & mansuetudinis Christi, & formulæ Petri & Pauli Apostolorum: de quorum altero ut in præsens taceam, de Paulo certè novimus quæ miro quodam compendio in suo Apologetico colligat Nazianzenus, quantâ caritate atque discretione, quanto animi fervore atque compassionis affectu omnibus omnia fieret, & uno eodémque principio, tamquam sapiens medicus, diversis diversa exhibéret medicamenta. Quod ipsum of- 1. Thes. 2. 7. 2. Cor. 11. 29. Gal. 4 19. *Superior studeat amari potiùs, quàm timeri.*

ficium egregiè D. Bernardus paucis in
Ep. 2. ad Fulcon. ſtola quadam pinxiſſe videtur, cùm ait: *O na mater caritas, quæ ſive foveat infirmos ve exerceat provectos, ſive arguat inquie diverſis diverſa exhibens, ſicut filios dil univerſos. Cùm te arguit, mitis eſt; blanditur, ſimplex eſt. Piè ſolet ſævire, dolo mulcere: patienter novit iraſci, humi indignari.* Et nè longior ſim hac in cùm ſubditus currit bene, quis neſ quantus ei addatur animus exhortatione perioris ac laude? cùm reprehenditur, ex amore intelligat provenire, dolere taſſis poteſt, exulcerari non poteſt. N dici vulnus quamvis urat, ſectio non odi parit, ſed amorem. Si à Superiore inſtr tur, à quo ſe diligi putat, ſuſcipiet inſtruc nem lætus, non ut murmuret, ſed ut fa quod monetur (ſin contrariâ opinione butus ſit, quod alioqui cibus eſt, ei ve tur in venenum) ſi tentatione pulſatur, curus in manu matris deponit ſpinam manifeſtè apparet non aperiri medicame januam, ſed occludi, cùm Superior ſu candi cauſſam præbet, vel ſe minùs dil re, aut malè ſentire, aut ſperare de fi Atque hanc quam dico fiduciam, Patres riſſimi, non credere debemus in ipſo ne ſitatis articulo in ſubditos gigni poſſe,

tunc amantissimis verbis eam efficere conemur; sed necessarium est præterito tempore variis occasionibus, ac beneficiis, tum ostendendo curam, etiam corporalium illius necessitatum, tum familiariùs cum ipso agendo, tum denique aliis rationibus, apud eum & alios communiter hanc amoris opinionem collectam esse demonstrando, quæ non modo disciplinam nostram ac Instituti & Regularum observationem non enervat, sed etiam maximè perficit; quippe cùm disciplinæ cura dilectio sit, & dilectio custodia legum illius, ùt etiam infrà differemus. Nunc enim primum hoc caput concludam, si illud addidero, quòd sicut magistri spiritualis viæ, & ii qui alios regunt, graviter decipiuntur, cùm omnes ad regulam propriæ conceptionis dirigunt; ità ad subditorum voluntates conciliandas & suaviter gubernandas, in primis necessarium est, ut quis in gubernatione, non modò aliorum partes deponat, nè adverti possit Superior esse Pauli aut Apollo, sed ipse seipsum exuat, & proprium spiritum Societatis induat; quem & in Constitutionibus expressit, & vivis exemplis ostendit sanctæ memoriæ B. P. N. quem etiam perpetua successione atque traditione quadam servandum ac custodiendum, non immutandum, accepimus.

*Studium orationis, &*

4. Secundo autem loco, quod vehementer exopto, quia magni momenti intelligo, illud est, ut singulari diligentia que industria circa ea, quæ ad orationis meditationis studium pertinent, Superiores vigilent. Neque enim erga Deum, neque erga suos Superiores, neque erga seipsum neque denique erga proximos rectè unquam poterit absque hujusmodi exercitatione cietatis operarius ordinari. Nam quomodo posset aliquis aut sensu cordis divina neficia percipere, nisi ea diligentiùs rimaverit? aut iis gratus esse, vel operibus spondere, si ea non frequentiùs atque pensiùs cogitaverit? quomodo poterit quæ videntur & temporalia sunt, seriò co temnere, qui non gustavit æterna? quomodo noverit honoris appetitum, amore que proprium, gravissimum boni comm nis hostem, (ùt eum B. P. Noster appell pedibus conculcare; qui clara luce non prehenderit, quid sit homo, cur sit hom Aut quando vires suppeditent ad difficul tes superandas, quæ sese in via spirituali ponunt; ad passiones edomandas, quæ sing lis horis insurgunt; ad virtutum actus exc cendos, quibus habitus acquiruntur; ei, q meditatione, ùt D. Bernardus loquitur, cognoscat quid sibi desit, & oratione

impetret ? Quam verò rationem servare poterit agendi cum proximis de rebus spiritualibus, sic ut ad cælestium amorem illos excitet, aut eorum animos cæleſti rore perfundat ille, qui nullam aut raram cum Deo communicationem habeat, atque ideo præariditate cordis, sinè magno labore tria verba ædificationis eloqui vix possit ? Quis zelus illi esse poterit, quæ fames aut sitis salutis animarum, si non mentis intentione ingressus fuerit in cavernam maceriæ, latus, inquam, Crucifixi, ubi cùm viderit quàm eæ carò illi steterint, ut aquila illa volans, quæ in Job describitur, tota in Christo liquefacta, & indè contempletur escam, *Et ubicumque fuerit cadaver, statim adsit ?* Hæc verò mentis exercitatio tantum abest ut proximorum auxilium, nostráque ministeria erga infirmos fratres præpediat aut retardet, ut potiùs promoveat : hoc siquidem, ùt idem Bernardus ait, vera & casta contemplatio habet ( si vera & casta est, id est, si neque se ipsam, neque propriam quærat consolationem ) ut tanto animam repleat zelo acquirendi Deo qui eum similiter diligant, ut omnia derelinquat, & seipsam oblita, ad prædam festinet discurrere. Contrà verò qui meditationis exercitio non juvatur, affert ille quidem fortasse aliquid fru-

Greg. 31. Mor.

&tûs ex bona voluntate & opinione illâ, q
ſibi jam perſuaſit, ſacrificium eſſe Dom
auxilium animarum; ſed non ignoramus
men quid Apoſtolica verba illa ſignifice
2.Cor. 5. *Caritas Chriſti urget nos, æſtimantes nos,*
14.& 15. *niam ſi unus*, &c. *Et pro omnibus mortuu*
*Chriſtus, ut & qui vivunt, jam non ſibi*
*vant; ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & re*
*rexit.* Denique qui novit labores, inco
moda, perſecutiones, contumelias, deſo
tiones, quæ neceſſariò ferenda ſunt iis,
volunt animarum piſcatores fieri; non
ſcurè proſpiciet, quàm neceſſarium ſit
per, ut ſint ſuccincti lumbos, calceati ped
ac fortitudine armati ità ſint, ut liceat
1.Cor. 4. Apoſtolo dicere: *Maledicimur, & benedi*
12.& 13. *mus: perſecutionem patimur, & ſuſtinem*
*blaſphemamur, & obſecramus: tamquam p*
*gamenta hujus mundi facti ſumus, omni*
2.Cor.4. *peripſema uſq; adhuc.* & alibi: *In omnibus*
v.8.9.10. *bulationem patimur, ſed non anguſtiam*
11. *aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecu*
*nem patimur, ſed non derelinquimur: hum*
*amur, ſed non confundimur: dejicimur,*
*non perimus: ſemper mortificationem* Je
Christi *in corpore noſtro circumferent*
*ut & vita* Jesu *manifeſtetur in corpori*
*noſtris: ſemper enim nos qui vivimus, in m*
*tem tradimur propter* Jesum, *ut & v*

Je

JESU *manifestetur in carne nostra mortali: & in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Rom. 8. v. 37.

*Exercitiorum spiritualium usum promoveat.*

5. Et nè longum faciam, non obscurum est hac de re etiam B. P. IGNATII judicium, qui cavere omnino jubebat, nè spiritualium rerum frigescente fervore, *Humani atque inferiores affectus incalescerent*; volebat, ut intelligerent nostri, ea media majorem habere efficaciam ad salutem animarum, quæ magìs instrumentum cum suo primo motore conjungunt: præcipiebat ut spiritualia exercitia nostris familiaria essent, ut possent etiam in illis alios erudire, & dexteritatem ac usum in hoc spiritualium armorum genere tractando consequerentur. Præter illa autem quæ in Constitutionibus habentur, novimus quanti semper ea ipse fecerit, quantumque illorum usum atque exercitationem commendârit. Neque nos latet, quid suô ipse exemplô docuerit: volebat Rectores in spiritualibus exercitatos esse, & qui orationibus & sanctis desideriis totum Collegium velut humeris sustinerent. Cùm de Professis agit & Coadjutoribus formatis, ideo nullum eis certum orationis & meditationis tempus præfinit, quòd tamquam certum ducat, eos sic profeciſſe, ut planè sint homines spiri-

tuales, qui quantum corporis valetudo
externæ occupationes caritatis atque ob
dientiæ permittant, in via Christi inoffe
so pede currere possint. In Generali Pra
posito scimus omnium primam hanc dote
expetere, ut cum Deo Domino nostro, quà
maximè conjunctus & familiaris sit, tam
oratione, quàm in omnibus actionibus su
Ex quibus omnibus manifestum efficitu
quanta sit meditationis in Societate neces
tas: nec omnino posse à vocali oratione e
dem præstari, quod certæ rationes & exp
rientia ipsa nimiùm apertè ostendunt. F
teor autem hoc meditationis negotium di
ficultate non carere, neque in omnibus a
qualem habere successum; sed idcirco h
bemus Superiores, habemus & Præfect
spiritualium rerum: iis omni diligentiâ cu
randum est, ut non solùm præscriptum tem
pus meditationi impendatur, sed utilit
impendatur, ut sciat unusquisque *Medit
ri cum corde suo, & exercitare & scopa
spiritum suum: & cùm cogitaverit vias su
convertat pedes suos in testimonia Domini.* I
summa omnes singulari studio non mod
Novitiatûs aut Probationis, sed etiam rel
quo vitæ tempore in eo vigilemus. Nequ
enim video, quâ ratione possint Societat
homines, cùm operarii fuerint, necessario
h

hujusmodi sumptus spirituales habere, si non ab initio eum sibi habitum quæsiverint, & deinceps sinè intermissione exercendo retinuerint. Quod si qua Religio est, cui meditationis familiare studium perneceſſarium sit, & promta quædam facultas in Deum subinde evolandi, ea certè nostra est, ut non modò ex iis, quæ dicta sunt facilè cernitur, sed etiam ex aliis, quæ nostram Instituti formulam comitantur. Cùm enim certis de causſis nostra ratio Chorum rejecerit, ac perinde, ùt occasio tulerit, per partes, & loco sæpe incommodo, divinum nobis officium recitandum sit; atque insuper vita nostra inter sæculares, in mediis distractionibus & occupationibus exerceatur; in mari, in terra, in carceribus, in hospitalibus, & quod iis difficilius est, in aulis Principum, cùm necessitas aut caritas id postulat; quid nobis erit, si non omnia hæc, quasi spiritualia detrimenta, unius orationis compendio resarcire conabimur? & illud præ ceteris omnibus D. Basilii præceptum amplectamur, quòd cùm ceteræ omnes actiones certum aliquod tempus ac præfinitum habeant, orationis tempus totam vitam occupare debet. Equidem credo ex hujus rei defectu non parva nec pauca in Religiosis hominibus incommoda accidere. Utinam det no-

nobis Dominus, ut ſanctum hoc ſtudiu
Pſal. 64. 12. in Societate floreat, *Benedicens corona a benignitatis ſuæ, ut campi ejus repleantur bertate; pingueſcent quippe ſpecioſa deſer & exultatione colles accingentur.* Nihil nim vereor, dum noſtri in hoc ſtudium cubuerint, quin aſperitatem vitæ, corpo que afflictationes quas ex obligatione habemus, ità compenſent, ut nullam p pterea vel fructus noſter, vel bonum Soc tatis imminutionem patiatur.

*Regularum, etiam minimarum, obſervationem urgeat.*

6. Tertium verò, in quo Superior noſtrorum magnam curam ac diligenti deſidero, eſt diligens Regularum obſer tio, quæ quo loco habendæ ſint, veheme ter cupio noſtrorum cordibus imprimi. iis enim quaſi in ſpeculo quodam eluce *Voluntas Dei bona, beneplacens, & perfect* & quid à nobis ille exigat, ut in omni co verſatione ſancti ſimus, ſigillatim expri tur; & quemadmodum quidquid vel ad ſi gulorum per ſe, vel ad univerſorum ſim totiúſque corporis Societatis noſtræ co ſervationem pertinet, nihil dubii eſt, quin divina directione pendeat, & ab efficaci lius motione, cujus dextera virtutem fac quam quidem non niſi ex influxu quod peculiaris gratiæ vocationis noſtræ à D mino haurire poſſumus. Sic contra qu

Regularum obſervatione & præfixo Inſtituti limite ſeſe ſubtrahit, hoc ipſo ab illa Dei motione influxúque ſe ſubtrahit. Ex quo fit, ut homo ſibi ipſi relictus, nihil aliud poſſit, quàm id quod poteſt homo ſibi relictus ac deſtitutus, nempe ut labatur in multis, & impingat in viis ſuis. Nec verò quiſquam ſibi blandiatur, ſi quaſdam negligat Regulas, quòd haud ità magni momenti videantur, ut in his obſervandis negligentiorem ſe eſſe poſſe exiſtimet: quandoquidem neque parvum aliquid reputandum eſt, quod ſuavem illam cum Deo conjunctionem relaxet, atque animæ ſerenitatem obnubilet; & manifeſtum eſt non eſſe ea opera parvi æſtimanda, quæ à non parva caritate & obedientia proficiſcuntur. Accedit quòd Religioſus, qui ità in animo ſuo aſſueſcit, ut majorum ſuorum ſtatuta, quæ revereri debet etiam in minimis, negligat; habitum quemdam libertatis induit, non ſani ſpiritûs, ſed ſæculi, ut pedetentim majora quoque parvipendat. Novimus autem qui dixerit, *Muſcæ morientes exterminant ſuavitatem unguenti*: &, *qui ſpernit modica, paullatim decidit.* Quare non modò D. Leo ait; *Qui non proficit, deficit: & qui nihil acquirit, non nihil perdit*; ſed Abbas etiam Theodorus apud Caſſianum; *Quapropter*, Eccl. 10. 1. Col. 6, c. 14. in-

inquit, *illud erit evidens noſtri indicium i trimenti, ſi intellexerimus nihil amplius acq ſiviſſe: nec dubitemus retrorſum nos omnim revocatos, quâ die non ſenſerimus ad ſuper ra progreſſos.* Felix anima & multiplici felix, quæ ſic inveſtigat, *quæ ſit voluntas D* ut nihil prætermittat, in quo ſe dilecto p ſe gratificari arbitretur: ſed ad ſingula v ba cum quippiam injungitur, gaudio g det, & in exultatione cordis una cum ſpo ſa illa ſibi ipſi loquitur: *Vox dilecti m* Quidni dilecti vocem agnoſcat, qui dilectu ipſum in homine veneratur? Nec aliaru contra regularum aſperitas excuſare pote nè quis fortè ad excuſandas excuſatione oleo peccatoris ſuum ore proprio caput i pinguet. Nam quiſquis diligenter noſt Inſtituta conſiderat, nihil aſperum vel duum inveniet, niſi fortè nolentibus: la enim eos hoc volentes, ea quæ in voluntat ſita ſunt, ſtatim ùt voluerit hominem etia poſſe; quia mox ùt vult, utique poteſt.

*Spirituales difficultates ſuperet.*

7. Atque in univerſum etiam ego qu dem ſpirituales difficultates non aliunde riri exiſtimo, quàm ex eo, quod ſapienter ſuis Confeſſionibus D. Auguſtinus admo nuit: *Quoniam*, inquit, *caro concupiſcit a* Lib.10.c. 23. *verſùs ſpiritum, & ſpiritus adverſùs carnem ut non faciant omnes quod volunt, cadunt*

*id quod valent, eóque contenti sunt: quia illud quod valent, non tantum volunt, quantum sat est ut valeant.* Itaque ubi primum à contradictione sensûs, quam in civitate animæ nostræ volentes nolentes patimur, vel modica difficultas exoritur, terga vertimus; nósque tamquam victos abjicimus turpiter, caussantes nos id præstare non posse. Tota autem ratio est, quia neque fortiter, neq; integre volumus. Verùmtamen quamvis difficilia & amara essent quæ injunguntur, ea si Prophetæ farinulâ condiremus, verterentur potiùs in dulcedinem. Indè erant voces illæ adeò ab iis dissimiles, quas à tepidis quotidie audimus: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo*: &, *Inventi sunt sermones tui & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam cordis mei.* Et certè quidnam caussæ esse putemus quod ea ùt gravia & difficilia interdum horremus, quæ levia nobis ante atque suavia videbantur, nisi quia *comederunt alieni robur nostrum, & ignoramus*? & quemadmodum iis contingit, qui de via fessi sunt, sic nos marcescentibus interioribus viribus, gemere incipimus sub onere, quod antea nè sentiebamus quidem. Quod perspicuè in Collatione de mortificatione Abbas Abraham docuit, explicans unde fiat, ut cùm Domi-

Psal. 118. 103.
Jere. 15. 16.
Ose. 7. 9.
Coll. 24. c. 24.

Matt. 11. 30. minus dixerit, *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve*, tantas tamen in via ſpiritûs difficultates ſentiamus: eámque ad rem affert Eccl. 10. 15. locum illum Eccleſiaſtici: *Labor ſtultorum affligit eos qui non noverunt ire in civitatem.* Verè enim ſinè intellectu ſumus, ſi in patriam Jeruſalem cæleſtem properantes, aſperas, & quaſi ſpinarum ſepes, itinere nonnullo, vias quærimus, relictâ interim viâ planarum planâ & rectâ, paſcuíſque uberrimis plenâ, quam Dominus ipſe oſtendit, munivit, atque munivit.

*Fructus ex Regularum obſervatione.*

8. Et revera experientia docet eos qui per obſervationem ſuarum Regularum ambulant, inoffenſo pede currentes, feliciter experiri quid ſit quod dictum eſt: Pſal. 118. *multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum* & quod Dominus pollicetur: Oſe. 11. 4. *Ero eis quaſi exaltans jugum ſuper maxillas eorum.* Nolo hoc loco longior eſſe eos admonens, quibus grave hoc onus redditur, ut infirmæ parti medicamentum adhibeant curantes videlicet ſeriò ſenſus, atque judicii proprii mortificationem, cùm ex Epiſtolis B. P. N. Ignatii perfectè intelligi poſſit quidquid ad obedientiæ virtutem pertinet. Ego illud tantùm addam, quod in libro de Præcepto & diſpenſatione aptè à Bern. Bernardo dictum legimus: porrò imper-

cti cordis & infirmæ prorsus voluntatis indicium est, statuta seniorum studiosiùs discutere, & horrere ad singula quæ injunguntur: exigere de quibusque rationem, & malè suspicari de omni præcepto, cujus causa latuerit: neque unquam libenter obedire, nisi cùm audire contigerit, quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere, seu expedire monstraverit vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata satìs, imò nimis molesta est hujusmodi obedientia: non planè illa est, quæ ex Regula traditur, obedientia sinè mora: disputare profectò hoc est in astu cordis, non in auditu auris obedire. Denique addit, omnino fieri non posse, ut hujusmodi anima carnalis non opprimatur pondere, & non grave sentiat jugum Christi. Nos autem, si illius Spiritûs participes sumus, qui totum hoc Societatis corpus vegetat atque vivificat, qui non spiritus hujus mundi est, sed Spiritus qui ex Deo; ac si, ùt glorioſus ait Martyr Ignatius, Spiritu sancto ùt lineâ & perpendiculo utamur ad nostras actiones moderandas ac dirigendas; videbimus, cum ejus gratia, rectè ac suo ordine dispositis lapidibus vivis admirabilem structuram ad JESU CHRISTI gloriam consurgere. Habent nostræ Constitutiones architecturam sanè singularem in

hac fabrica Societatis, cujus exemplar qu
dam perfectum & absolutum Spiritus
ctus B. P. Nostro ostendit in monte, n
pe quod in Constitutionibus expressum
designatum cernimus. Nondum ædifi
tio ista ad perfectum redacta est: nostr
est, quos posuit Deus quasi Architectos
fabros, eam continuare, non quidem
principia aut exemplaria sequentes, se
lud unum primum exemplar nobis tr
tum. Aliorum verò est, qui lapides
seipsos in hoc ædificium offerre, mortifi
tione expolitos, religiosâ observatione q
dratos, & cæcâ obedientiâ indifferentes
suo quisque loco ad artificis nutum dis
natur. Quod sanè fieri non potest, nisi
guli defixos habeant oculos ad norm
quæ nostris Regulis & Constitution
continetur; id sibi persuadentes non
dò necesse esse, ut spirituales homines
ant, sed etiam ut tali formâ, ac talibus
strumentis, nempe ùt in materialibus æd
ciis, & aliis mechanicis contingere solet,
ad exemplaris rationem & lapides con
mentur, & instrumenta, quibus conform
di sunt, illi proportione respondeant. N
& in domo hac nostri Salomonis, *Omnia*,
Scriptura loquitur, *lapidibus pretiosis exs*
*enda sunt*, qui ad unam certam normam

co

communem mensuram serrati sint. Quare sapienter D. Basilius de religiosa vita differens, ità statuit: Necessarium esse ut quisque suam propriam voluntatem suósque proprios modos relinquat, atque abneget; & in unam omnes formam sibi propositam inspiciant, quam imitentur, & ad quam seipsos componant. Ità enim fiet, ut quemadmodum pictores aliqui, qui ex eodem prototypo varias effingunt imagines, omnes inter se quàm simillimas efficiant; sic religiosi homines eamdem vitæ formam intuentes, simillimam ac pæne, si fieri posset, eamdem inter se morum atque spiritûs imaginem exprimant. Quod non modò per se, ac suo fructu optandum est, sed etiam ad perpetuæ consensionis mutuæque caritatis vinculum gignendum, vel maximam vim habet.

*Omnia ad Constitutiones regulanda.*

9. Nec dubium est quin propositâ nobis illa B. P. Ignatii specie pulcerrimâ, quam suis ipse coloribus in Constitutionibus depinxit, dum quisque nostrûm studet illi similem formare; augeatur in nobis non solùm cujusque perfectio, sed unio etiam & conservatio totius Societatis. Verùm ut perfectè spiritualem hanc imaginem, & quasi ad vivum repræsentare possimus, necesse est, ut D. Areopagita annotavit, ità attentè ac sinè intermissione in eam

De Eccl. Hierarc. c. 24. defixos teneamus oculos, ut nihil in alveri
distrahamur. Sic enim assequemur, ut cons
quam imitamur, quæcumque ea sit, non perf
lùm perfectè exprimatur, sed si dici pos sem
una geminetur. Nec me latet id sine in h
bore non fieri. Novi contradictiones, quim
vetus homo suscitavit. Sed hoc id tan rum
efficit, non esse cujusvis hominis ad pe itaq
ctionem aspirare, non pusillanimi, aut disc
gri, *cujus agrum spinæ ac urticæ repleant* ciet
*cesse est*; sed ejus qui non surdâ aure per rior
Matt. 11. 12. perit quid sibi velit, *Regnum cælorum* facu
*patitur*; vel illud, *Certa bonum certam* tate
Timoth. 4. 12. vel *Omnis qui in agone contendit, ab omni* den
1. Cor. 9. 25. *se abstinet*; &, *Melior est qui dominatur* gra
*mo suo, expugnatore urbium.* Hinc id nè s
Prov. 16. 32. Areopagita spirituali intelligentiâ vete Ne
illum baptismi ritum explicans, quem Do
scepturi, priùs Occidentem versùs exsu ider
re jubebantur, quasi vitiis omnibus ren tur.
tiantes; deinde ad Orientem conversi, tant
illum lumina aliquamdiu defigere; ipse que
mysterio constantem quemdam, & im vare
tabilem divini habitûs statum designan exe
stendit. Neque enim satis esse, ab om i pu
vitio sese removere, nisi mens masculo qu iæ
dam vigore (sic enim loquitur) ad omn cer
illius pernicioſam surreptionem inflexa *este*
que interrita perduret, & nunquam fa *Dece*

veritatis amore satietur, numquam illum consenescere ullâ ratione permittat; sed ad perfectiora divinitatis haurienda perpetuâ semper intentione feratur. Sed quoniam in his, quæ ad subditos pertinent, diutius immorati sumus, redeo ad ea quæ Superiorum propria sunt, paucis expedienda. Est itaque maximè necessarium, ut in religiosa disciplina & observatione regularum Societatis peculiari ratione retinenda, Superiores qui alios dirigunt, magno sint animo: facultatem eas observandi non pusillanimitate spiritûs metientes, quam humana prudentia, quæ non intelligit quid possit Dei gratia, objicere interdum solet; sed eo plenè spiritu, quo illæ conditæ, quo editæ sunt. Nemo enim dubitare potest, quin spiritus Domini, qui eas Patri nostro inspiravit, idem sit qui vires ad executionem pollicetur. *Etenim benedictionem dabit legislator,* Ps. 83.7. tantùm sit qui manum mittat ad fortia; neque illæ frustrà conscriptæ sunt, sed ut servarentur; quemadmodum tot jam servi Dei, exemplis suis in Societate docuerunt: quos ì pusillanimes intuerentur, & ii qui inertiæ suæ excusationes quærunt, profectò cernerent, *ut instauret contra nos Dominus* Job. 10. *testes suos; respiscerent homines & dicerent,* 17. *Peccavi,* ùt ait Job. Quod tum contingit,

cùm aliorum perfectionem considerant
agnoscimus, & sinè palpatione infirmit
nostram confitemur.

*Gratia Vocationis reddit omnia suavia & facilia.*

10. Proinde debent Superiores h
gratiæ fiduciâ plurimùm niti, cùm ex
entia doceat, quantum ea momenti hab
ut quæ difficilia hominibus essent factu
omnino fieri non possent, ex gratia ta
vocationis ( quam digitus Dei in cord
nostris inscribit ) non possibilia modò,
facilia etiam atque suavia fiant. Quo
verum ac certum est, ut hoc uno quasi
dine tota ista Societas, ejúsque guber
dæ & administrandæ ratio consistat,
mihi quidem videtur fortissimus ille D
vocationis suæ vim, in his præcipuè
ad Societatem vocat, non dubiis ostens
documentis ; qui in Novitiorum an
promptitudinem, & agilitatem quan
gignit ad ea omnia, quæ Instituti n
sunt : ut quemadmodum fidei habitus
inclinat, ut iis omnibus assentiamur,
ejus objecto continentur, quamvis alia
que alia subinde credenda proponantur;
etiam suo quodam modo, videmus eos
per portam ingrediuntur, ità animo affec
esse, ut omnia quæ nostræ professionis su
magnâ quadam alacritate & facilitate
plectantur, atque accipiant ; ut vide

Dominus quasi dispositam nobis atque paratam exhibere materiam, in qua facili negotio forma illa introducatur, cujus exemplar divina illius Majestas in Societate demonstravit. Quamobrem soleo ego, Patres carissimi, huic nostræ sententiæ illam Jeremiæ parabolam applicare, de figulo faciente opus super rotam, qui lutum format manibus suis, sicut placet in oculis suis ut faciat; cujus cùm triplex sit munus, primum materiam præparare, tum rotam agitare, & vas illud ad speciem, quam in mente apprehensam habet, effingere; sic mihi propono, rotam ipsam esse dispositionem & tractationem per varias functiones eorum, qui gubernantur; quod fit per obedientiam: Pedum autem instar esse Superiores qui eam commovent; qui sanè pedes, ut rectè vas fiat, non nisi ad imperium intelligentis, qui ipse figulus est, moveri & vicissim movere debent. Quod autem ordine primum erat, nempe materiam præparare, id verè nostras non attingit vires. Unius enim Dei est argillam operi paratam aptámque exhibere: nos verò, quos formandos suscepimus, nec formare ac nec movere quidem possemus, nisi ipsi essent à divina directione moti. Et verè si creta hæc nostra, pro ea libertate qua prædita est, currentis

Jere. 18. *Sicut vasa in manu figuli, ità nos in manu* DEI.

*Vasa nobilia fie-*

*mus, si nos formari patiemur.*

rotæ cursum non impediret; & quod i
sequitur, artificis propositum atque id
non disturbaret, quàm pulcra passim, qu
que nobilia in Societate vasa videre
Sed nos ipsi qui regimur operâ Dei, ad
pientiam utique nobis, non impedimus
dò, sed destruimus ac dissipamus identi
dicentes figulo quod Dominus per Isa
Isai. 45. 9. conqueritur: *Quid facis? & opus tuum que manibus est.* Quibus non immeritò
Ps. 10. 4. lud Prophetæ exprobrare posset: *Qu am quæ tu fecisti, destruxerunt.* Pro
sicut Superioribus indè animus crescere
bet, ut omnes ad perfectionem dirig
quod Dominus adeò paratum & subac
præbet lutum; ità cùm satis appareat
quenter homines ex infirmitate defice
propriáque eorum culpâ perdi vasa pul
rima, quò minus ad perfectum adducan
maxima sollicitudine providendum est,
subditi juxta divinæ voluntatis præs
ptum, nostræque vocationis gratiam
ad summum & absolutum virtutis grad
perveniant. Quocirca curandum in p
mis est, ut omnes de medio tollantur oc
siones, quæ nostrum cursum impedire
retardare possent, cujusmodi sunt sæcula
præcipuè negotia, quæ homines verè qu
si in alienam speciem ac personam transf
man

*Hoc impediunt maximè negotia sæcularia.*

mant. Cùm enim ( ùt in noſtra formula dicitur, & quod ſemper ante oculos habere debemus, ) Deo militemus, utique cadit in nos illud Apoſtoli dictum : Militamus Deo, &, *nemo militans Deo, ſe negotiis ſæcularibus implicat, ut ei placeat cui ſe probavit.* 2. Timoth. 2. 4. Indè & Conſtitutionibus & operibus expreſſit ſemper beatæ memoriæ Pater Noſter quantum hujuſmodi occupationes à noſtro Inſtituto alienas duxerit. Sed accidit interdum, ut auctoritas quædam Principum ac magnorum hominum ( quæ certè ut nos opprimat pati non debemus: ſed acriter ei cum omni modeſtia, & humilitate, atque religiosa ſuavitate reſiſtendum eſt ) efficiat, ut in hujuſmodi ſcopulos impingamus frequenter.

11. Vereor quoque, nè nos fallat, vel ſpecies quædam falſæ utilitatis, vel etiam noſtrorum ipſorum importunitas, pietatis zeli prætextu velata: & tamen cum videamus, extra ſepta nos verſari, ac proinde in magno ac certo eſſe periculo, audiendum eſt aliquid in Chriſto pro Societate, & magìs Inſtituti noſtri gratiæ, divinóque auxilio fidendum, quòd nos & ſervabit incolumes, *& prava indirecta, & aſpera ponet in vias planas*, ſi à primo illo, germanóque Societatis ſpiritu nos divelli non patiamur. Sed *Duo Superiori ſunt vitanda:* Luc. 3. 5.

in hac Regularum atque disciplinæ obs
vatione, duo Superioribus extrema vitan
sunt, alterum nè dum subditis displicer
eósque contristare timent, paullatim dis
1. *Conni-ventia.* plinam labefactari sinant; & in his con
2. *Asperi-tas.* veant, quæ correctione & remedio indig
bant, non modò culpam aliquam inpu
*Connivē-tiæ mali effectus.* tam relinquentes (ea enim indulgentia
multis nec magnum vitium est, & fieri
test ut interdum expediat) sed etiam huj
modi errata nè fraternâ correctione ca
gantes; & quod pernicioſius est, cùm cul
subinde iterentur, non applicantes in tu
rum efficax ac salutare remedium: quod
nè credi non potest, quantum detrime
Societati affert. Paullatim quippe defec
bus atq; relaxationibus succrescentibus, S
periores ii, qui in gubernatione sufficiunt
omnia inveniunt emendatu difficillima; &
novi sunt, nec severiori disciplina à se sub
torum animos abalienare incipiant, atque
ipso gubernationis aditu, ea statim mov
re quæ molesta sunt & odiosa, quasi rec
mentes tempus, tempus expectant, quò su
viùs & molliùs omnia fiant: dúmque dies
die protrahitur, incommoda crescunt:
quod vix credi potest, sed tamen certiss
mum est, fit ex consuetudine sensim ade
familiare hujusmodi laxitatis & licentiæ vo

lut idioma, ut etiam zelo præditis, minùs jam ac minùs incipiant incomoda ac indecora videri, quæ antea turpiſſima videbantur. Itaque dum *terra paullatim alluvione conſumitur; & lingua, quam naſcens Societas non noverat, auditur*, quaſi altera repentè rerum facies, & alienorum civium regio exiſtit. Quòd ſi ipſos ſpectemus ſubditos, tantum abeſt ut hac remiſſione ſuaviter cum illis agatur, ut maximè etiam durè & aſpere tractentur. Nam ut *nemo repentè fit turpiſſimus*, ùt inquit S. Bernardus; augentur paullatim transgreſſiones, & infirmitates; quibus cùm antè leve aliquod medicamentum ſatis fuiſſet, adaucta & inveterata mala, quæ ſuo tempore curata non ſunt, etiam ferrum ignéſque exigunt; ut ſerò tandem miſer ille, quam antea lenitatem, mox crudelitatem ac ſævitiam potiùs hoſtilem exhibitam ſibi fuiſſe cenſeat. Job. 14. 19. Pſ. 80. 6.

12. De quo ipſo præclarè diſſerens D. Auguſtinus inquit: *Nè putes tunc amare filium tuum, quando ei non das diſciplinam. Non eſt iſta caritas, ſed languor.* Atque idem paullò poſt, *Fel*, inquit, *columba non habet, tamen roſtro & pennis pro nido pugnat: ſinè amaritudine ſævit: & amor ſævit, caritas ſævit: ſævire videtur pater, more columbino ſavit, cùm ſavit, ſinè felle ſavit.* Divus *Admoniones, & Correctiones quales eſſe debeant?* Tract. 7. in epiſt. Joan.

vus etiam Gregorius docet, *Superioribus se vandam esse, & in cordibus humilitatem & opere disciplinam. Atque inter hæc, inquit solerter intuendum est, nè dum immoderatiùs custoditur virtus humilitatis, solvantur jura regiminis.* Atque idem quoque alibi præcipit curandum esse, *ut Rectorem subditis matrem pietas & patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc sollicitâ circumspectione providendum, nè aut districtio rigida, aut pietas sit remissa:* sed debet in Superioribus esse *Et justè consolans misericordia & piè saviens disciplina.* Cujus typo asserit Euangelicum illum infirmum, qui fuerat plagis impositis relictus semivivus, à piissimo Samaritano & oleo & vino curatum: *ut per vinum mordeantur vulnera, & per oleum foveantur.* Atque hoc erit illud, quod nos quoque in Constitutionibus docemur, severitatem suam tempore suavitati miscendam: tunc enim suavitas dissoluta existimanda est, cùm Superior errata non corrigit, nè eos conturbet qui latam diligunt viam; tunc disciplina rigida, cùm in corrigendo modum non servat. Proinde sicut expedit primum illud diligenter cavere nè laxi ac debiles; ità hoc posteriùs, nè duri ac severi videantur. Totum autem ferme positum est in modo. Nam sicut fortes & firmos esse oportet, in

eo

eo exequendo quod convenit ; sic in ratione consequendi insuavitas & asperitas omnis fugienda est. Porrò asper & gravis est Superior, cùm nimiùm credulus primis quibúsque delationibus tenaciter adhæret, nec ab iis abduci se patitur. Asper est, cùm quasi omnes transgressiones æquales sint, easdem minoribus, quas majoribus, pœnas decernit. Asper est, cùm iis, quæ solâ monitione corrigi possunt, acriora adhibet medicamenta. Asper est etiam cùm loci & temporis momenta & opportunitatem expectare nescit ; cùm errata, quæ secretâ correctione emendanda fuerant, ità palàm facit ut subditum confundat ; cùm in corrigendo iracundiâ magis agi, quàm zelo, & caritate duci se ostendit, verbis ac gestibus, incompositi perturbati ac animi signa exhibent, quæ non modò nihil conferunt ad consequendum quod sibi proposuit, sed etiam maximè nocent. Nam cùm duo sint, quæ in subditorum animis, cùm castigantur, plurimum valere solent, alterum reverentia, quâ erga Superiorem afficiuntur ex opinione de illius virtute ac probitate conceptâ, hæc sanè opinio debilitetur necesse est, cùm illum vident hominem esse similem aliis, non minus quàm alios ad passionum impetus expositum : alterum persua-

*Asperi superioris signa.*

sio,

sio, quâ se diligi credit; hanc certè min
necesse est, cùm quis viderit Superiorem n
que paternè, neque amanter secum ager
Asper denique est, cùm omnino is qui pr
est non ostendit se ex caritate moveri, & d
siderio perfectionis filiorum : cùm repr
hensionis austeritatem non temperat dulc
dine spei, quam de illorum emendatione
que profectu præ se ferat : cujus quide
spei non mediocre pignus Superior exh
bet, cùm subditis aliquas vias rationésq
proponit, quibus eos juvari posse spera
præscribens etiam ut ad se redeant, fi
que communi fiduciâ aperiant, quid uti
tatis retulerint, quo se modo habeant, qu
in se animi sentiant. Demum in correcti
nibus quod ad ordinem, & modum attin
habenda sunt præ oculis, quæ in tertia Co
stitutionum parte B. P. N. Ignatius d
cet, quæque Superioribus in suis regu
præscribuntur. Quæ in summa ad illu
Basilii præceptum revocari posse videntu
ut Superior in animarum curandis morb
probos medicos imitetur, *Ut videlicet*
*gris non irascatur, sed contra morbum ipso*
*pugnet.*

*Gubernatio politica quæ?*

13. Et ut paucis omnia ferè quæ d
cta sunt complectar, duo esse possunt g
bernationum genera. Alterum quod n

turali lumine nititur, & humanæ sapientiæ principiis, quæ verè stultitia est, nec percipere potest ea, quæ Spiritûs Dei sunt: hanc qui tenent rationem, ità subditos regunt, ut satis habeant, si in externis eorum actionibus, nihil inordinatum aut indecens conspiciatur; ídque unum ab eis exigunt, ut officio quisque sibi injuncto, utcúmque satisfaciant; neque sibi aut aliis negotium faceſſant; quod curant, ut illis tum rationibus, tum argumentis, tum etiam indulgentiâ quadam persuadeant: nullâ interim in re eorum virtutem exercentes, nihil imperantes, quod illorum imbecillitati & infirmitati gravius & acerbius accidere possit. Hoc genus nè pluribus describamus, politicum appellare licet. Sed alterum est, quod altioribus principiis, & superiori lumine, divino scilicet ducitur, & gratiæ vocationis innititur; probè intelligens virtutes & omnes animi nostri habitus bonos, & ut acquirantur, & ut deinceps conserventur, exercitatione indigere. Quare in mortificationibus quæ honorem ac proprium judicium convellunt, pugnántque contra sensum & naturalem propensionem nostram, subditorum abnegationem strenuè exercet, & efficit ut quisque tum quid sibi desit, experientiâ discat, tum etiam contendat modis omni-

*Quæ religiosa?*

omnibus vel id acquirere, quod nondum h
bet, vel quod jam acquisivit studiosiùs co
servare. Ac prior quidem illa ratio, qu
quidam ut faciliorem amplectuntur, tantu
abest ut expeditior sit, ut etiam Superi
rem ipsum in inextricabiles difficultates
ducat : quandoquidem ejusmodi res su
quas semper in Societate tractamus, &
quibus versamur assiduè, nempe quæ p
petuam sui ipsius abrenuntiationem nec
sariò requirunt, quò sanè veteris Adami
culus non pertingit ; ut fieri nullo mo
possit, ut tantus hominum numerus talib
judiciis & ingeniis præditus, humanis
tionibus ac persuasionibus duci atque inf
cti queat, non magìs quàm si quis in mag
tempestate inter frementium ventorum i
petus undarúmque jactationem, ex musi
præceptis navem moderari conetur. N
que verò ea gubernandi ratio iis ipsis q
gubernantur, aut utilitatem aut consolati
nem afferre potest : quod usu ipso semp
apparuit in iis, qui hujusmodi viam amb
lant. Denique ùt nihil potest esse mag
contrarium vel inimicum principiis Re
gionis ; sic statuendum est, si ea ratio gu
bernandi semel in Societatem induceretu
ità certissimè futurum ut non modò illa nu
lum facere fructum, sed nè consistere
co

*Politica quàm sit noxia!*

conservari quidem posset. Sic enim brevi fieret, ut existeret in Societate magnâ hominum copia, qui litteris quidem egregiè instructi, prudentiâ præterea, & rerum gerendarum dexteritate pollerent; sed nostro fini minùs certè utiles essent; quod parùm in exercitatione virtutum, solidíque spiritûs fundamentis profeciissent. At verò posterior illa methodus, quæ prudentiam quidem secundùm Deum non respuit, sed toto spiritu nititur mortificationis exercitatione, abnegationis usu, honoris proprii, totiúsque veteris hominis abdicatione, ea est, quam tantopere expetimus, quæque omni ope ac studio in Societate retinenda & colenda est: sic enim fore spero ut & omnis perfectio in Societate vigeat ac floreat; atque etiam omnium animi perpetua quadam cælestis consolationis dulcedine, quæ certè in talibus studiis degustatur, quàm maximè perfruantur. Hanc autem viam in subditis moderandis non modò exemplis docuit B. P. IGNATIUS, qui miris mortificationibus, quas pæne omnes nôrunt, suos exercebat, eóque magìs quo probiores & insigniores, & sibi etiam majore familiaritatis usu conjuncti essent; sed eamdem etiam in Constitutionibus expressam tradidit. Hoc est enim quod in formula nostra,

*Religiosa quàm salutaris?*

adeò diſertè denuntiatum nobis, ad hoc
ſtitutum neminem aptum eſſe, niſi verè
milem & prudentem in Chriſto, & in Ch
ſtianæ vitæ puritate ac litteris conſpicu
Hinc etiam in Examine præcipitur, ut
jus ac impenſius ſtudium noſtrum in eo
namus, ut majorem noſtri abnegation
& continuam in rebus omnibus, quoad
ri poterit mortificationem quæramus. Q
genus præceptorum ità eſt in totis Co
tutionibus uſitatum ac frequens, ut nih
liud pæne continere videantur. Ne
mihi dubium eſt, ſi Superiores exemplo
am ſuo præeuntes, cum qua dictum eſt
ritate, ſuavitatem etiam prudentiâ com
ſcentes, hoc gubernandi præſcriptum
quantur, quin noſtris omnibus ità probe
ut ipſi ſe hoc potiſſimùm modo regi vel
ídque maximè cupiant & amplectantu
mnes, cum ſingulari Societatis increme
maximáque proximorum utilitate. Q
eò etiam faciliùs, ſuaviúſque reddetur
modò omnes, qui in Societate præſunt
hunc gubernandi typum conſpirabunt
quorumdam remiſſio, aliorum odioſam
dat diſciplinam; omnéſque ſubditi inte
gant ità ſe exerceri ad eorum virtutem c
firmandam & augendam. Quòd ſi q
rumdam puſillanimitas vel tepor, ad

perfectionem non aspiret, *Ipsi viderint* (ùt cum D. Bernardo loquamur) *quid excusationis possint afferre: quoniam Apostolicam omnes nos vitam secuti sumus; Apostolicæ professioni nomina dedimus universi*, dicentes Christo duci: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Bern. ser. contra vitium ingrat.

14. Quarto loco atque extremo illud mihi monendum occurrit, ut quanto studio Societatis conservatio curanda est, eo Superiores curent, ut Nostri & inter se, & cum proximis rectè sint dispositi. Quævis enim ordinis perturbatio, quæ vel in militibus inter se, vel in modo exercitûs ducendi exoriatur, maximè verò inter præliandum, maximam totius exercitûs confusionem parit & exitium. Quare B.P.N. IGNATIUS initio octavæ partis Constitutionum tam seriò affirmat, neque conservari, neque regi, atque adeò nec finem ad quem tendit, consequi Societatem posse, si inter se & cum suo capite membra ejus unita non fuerint: eodémque loco, præter id quod media explicat, quibus hæc unio servari possit, quibus profectò omnibus basis ac fundamentum virtus est & spiritus; tanti hanc unitatem facit, ut contra eos qui dissensionis auctores extiterint, gravissimis illis verbis utatur, diligentissimè videlicet *Superior curet mutuam Nostrorum inter se unionem.*

ſeparandos tamquam peſtem à Societat
quæ eam poteſt ſummopere inficere, ſi pr
ſens remedium non adhibeatur. Proin
nulla ratione Superioribus diſſenſiones
ter domeſticos ferendæ ſunt; nec tolen
dum ut ea quæ ad nationes pertinent,
caritatem maximè diſcindunt, vel levi
attingantur, dicente Apoſtolo, non ap
Religioſos modò, ſed etiam Chriſtia
Col. 3. 11. quosvis, *Nec ſervum, nec liberum, nec bar
rum aut Scytham, ſed omnia*, inquit, &
*omnibus Chriſtus*. Hæc eſt gloria Soci
tis noſtræ, jam tunc ab initio. Et ce
1. Cor. 9. *Melius eſt nobis magis mori, quàm ut glori
Hanc evertit ſpiritus nationalis.* *hujuſmodi quis evacuet*. Non igitur fer
dum eſt, ut quæ ſingulorum ſint vitia,
tegris tribuantur nationibus: cùm nihil
de vel vituperatione dignum ſit, quod
luntarium non eſt: & diligentiſſimè reg
illa ſervanda, quæ prohibet nè aliæ na
nes de aliis ſiniſtre ſentiant, aut loquant
ſed peculiari affectu faciendum eſt cuiq
ut diverſas nationes in Domino proſeq
Epheſ. 2. 19. tur. *Omnes ſiquidem ſumus cives San
rum*, & patriam unam paradiſum comp
Hebr. 2. 13. tantes, eam à longè aſpicimus & ſalutam
Cuperem equidem in hoc loco tam nec
ſario, tâmque Chriſto grato, diutiùs imm
rari, (adeò mihi cordi hæret) niſi me n

gna satìs commendationis exaggeratione usum putarem, cùm ità dixi credere me, ac pro certo habere ex eo uno maximè Societatis bonum & conservationem pendere. Murmurationes igitur zizaniorum semina, & quidquid caritatem violare, vel quidquid impedire potest, ex agro hoc Domini penitùs exterminetur. Sed considerabimus invicem, *non ut invicem judicemus, aut mordeamus, nè fortè ab invicem consumamur*; sed, Gal. 5. 15.
ùt Apostolus ait, *in procuratione caritatis, & bonorum operum alter alterius virtutes considerantes*, ut crescamus in spiritu, Deúmque Dominum laudemus, ut cùm ala viciſſim alam percutit, volemus cum præclaro illo cantico ad cælum: *Benedicta gloria Domini de loco sancto suo.* Dum enim quisque alterum respicit, atque in eo donum aliquod intuetur, quo ipse caret, fieri non potest, quin seipsum humiliet atque in amore, & communicatione cum ceteris crescat. Sic quippe differit S. Gregorius, divisiones gratiarum à Deo fieri nulla alia de causſa; quàm ad maximarum harum virtutum, humilitatis concordiæque custodiam. In aliis quippe regionibus vinum abundat, oleum in aliis, quædam tritici feraces sunt, quædam animalium; ut dum una alterius ope indiget, servetur communicatio, mutuúmque

Hebr. 10. 24.

Ezech. 3. 12.

inter omnes commercium foveatur. S
*ergo regiones terrarum*, inquit, *ità sunt n*
*tes Sanctorum, quæ cùm vicissim sibi confer*
*quod acceperunt; quasi fructus suos regi*
*regionibus impendunt, ut in una omnes c*
*tate jungantur.*

*Superior charitatẽ fraternam foveat.*

15. Memores nos esse oportet te
menti quod disposuit dulcissimus Pater
ster Jesus, & quidem quod ipso sangu
sancivit, & morte confirmavit. *In ho*
*gnoscent omnes quòd mei discipuli estis, s*
*lectionem habueritis ad invicem.* Quod p
ceptum Euangelista qui audierat, ità et
hausit, & ad extremum usque spiritum r
nuit, ut, quemadmodum refert D. Hie
nymus, nihil pæne aliud discipulis incul
ret, quod etiam, ut ille affirmabat, & p
ceptum Domini esset, & si solum servare
sufficeret. Id igitur nos opere & verit
assiduè efficere necesse est, ut cortinæ, q
Sanctum Dei tabernaculum ornant, & i
periore parte, & ad latus inter se hyac
thinis vittis colligentur, id est, *Fidelium*
*nimæ*, ùt S. Gregorius interpretatur, *per*
*ritatem conjunctæ sint, non per discordiam*
*visæ.* Sunt autem sæpe vel minuta qu
dam, quæ hujusmodi unionem impedi
& distrahunt; & quemadmodum est ap
D. Bernardum, ut inter dentium commi

Joan. 13. 35.

Hom. 19. in Ezechielem.

ras, nihil tam parùm intercedere potest, quod non magnam afferat molestiam: ità fraterna unitas, quo arctior est, eò taciliùs exiguis quibusque caussis perturbatur & relaxatur. Et quidem negandum non est, *debere firmiores aliorum portare infirmitates*, & peculiari ratione pro iis effundere cor suum, à quibus se in aliquo læsos aut vexatos dolent. Superioribus tamen curandum est, ut qui infirmiores sunt, etiam ipsi & sustinere & abstinere discant. Contingit enim interdum, quod Cassianus inquit, *ut infirmitates eorum, qui tepidiùs perfectionis expetunt sanitatem, quantalibet fortium tolerantia sustententur, ab ipsis tamen, qui infirmi sunt, non ferantur, & ut ità dicam, ipsum tolerari non tolerant.* Quibus sunt & omnibus efficacia admodum remedia, arbitror, quæ sexto capite ejus collationis de Amicitia Abbas Joseph sapienter exposuit. Nec verò prætereundum videtur, quantum valeat ad animorum servandam unitatem, ut fugiat unusquisque privatas quasdam amicitias, quas in Congregationibus velut *indecentem quamdam pugnam* appellabat D. Basilius, & quisquis peculiari affectu ducitur erga quempiã, vel quod ei sit sanguine junctus, vel quod illius consuetudine delectetur, seipsum, inquit, accusat ac prodit, quod non habeat integram caritatem.

Rom. 15. 1.

*Amicitias privatas tollat.*

*Nostros ad proximum rectè ordinet.*

16. Atque ut de hac re, licèt valde
se suavi, scribendi tandem finem faciam,
stat ut sermonem Apostolica illa exhor
tione concludam: quam etsi ille ad Phi
penses, omnes tamen velim ut ad se facta
Philip. 2. à v. 1. usque ad 7. sibique dictam accipiant: *Si qua ergo*
*solatio in Christo, si quod solatium carita*
*si qua societas Spiritûs, si qua viscera mis*
*tionis, implete gaudium meum, ut idem sa*
*tis: eamdem caritatem habentes, unanim*
*idipsum sentientes: nihil per contentionem*
*que per inanem gloriam, sed in humilitat*
*periores sibi invicem arbitrantes, non*
*sua sunt singuli considerantes, sed qua*
*rum. Hoc enim sentite in vobis quod*
Christo Jesu, *qui cùm in forma*
*esset, non rapinam arbitratus est, esse se a*
*lem Deo, sed semetipsum exinanivit, form*
*servi accipiens, in similitudinem hominum*
*habitu inventus ùt homo.* Erga p
ximos verò nostros ordinari intelligo in
stris ministeriis ad eorum salutem exerc
dis, inter quæ non immeritò primum
locum vendicat id, quod tantopere ge
rali præcepto à B. P. N. nominatim co
mendatur, docendæ scilicet Christianæ d
ctrinæ: tum propter multas magnás
rei utilitates atque necessitates; tum qu
ùt est in Constitutionibus, periculum

1. *Per doctrinam Christianam.*

nè ut quisque erit doctior, ità provinciam hanc tamquam primo aspectu minùs pretiosam detractare conetur. Cupio etiam ut in Confessionibus, in quibus fructum & consolationem proximorum spectare debemus, in id potissimùm incumbamus, ut iis succurramus, qui majore necessitate spirituali premuntur. Nè teratur tempus exiguo admodum fructu, quando alibi suppetit, in quo cum majori Dei gloria, majorique laborantium animarum utilitate industriam nostram possimus impendere.

2. *per excipiendas confessiones.*

17. Moneo toto cordis affectu, ut in concionando antiquus ille, germanúsque Societatis modus & servetur diligenter, & sicubi degeneraverit, sedulò instauretur: nè peregrini quidam modi, atque à nostro fine Institutóque alieni introducantur; dum incipiunt juniores imperitæ plebis aures mulcere: nè nobis id contingat, quod multò antè Chrysostomus conquestus est, ut populi scilicet, quos doceri & dirigi oportebat ab Euangelii prædicatoribus, ipsos contra prædicatores instruant. Qua de re non subjiciam plura, quandoquidem non ignorant Reverentiæ Vestræ quid in hoc genere vel Provincialis regulæ statuant, vel ad diversas Provincias B. Pater Noster piæ memoriæ perscripserit. Illud tantùm non

3. *per conciones ad fructum, & ad cor faciendas.*

prætermittam; hoc à me negotium maxi momenti existimari, quippe cùm ministe um ipsum tanti in Ecclesia Dei faciendo sit, quanti ipsa reformatio morum, & pe catorum atque vitiorum in populo Christi no extirpatio. Itaque semper maximu Dei beneficium duxi, cùm eos divini ver seminatores mittit, qui loquuntur ad o Et contrà maximum omnino flagellu cùm eos venire permittit, quorum in E clesia strepitum D. Hieronymus amarè flet, qui fiunt populo, *Quasi tuba, & cit va suave sonans:* qui profectò adulterant p tiùs verbum Dei, neque ea annuntiant, q aut ad pœnitentiam provocare, aut Christu in cordibus audientium formare queunt.

Præfatione in Epist. ad Gal.

*A concionando qui excludendi?*

18. Et quoniam non possum verè ea re sinè magno animi dolore cogitare; n ignoro quid à me Ecclesia Christi suo ju exigat; si quæ sunt in Societate vires eam juvandam cupio vehementer, RR. V stræ id ut intelligant, & opere exequantur qui in concionandi munere ad Societatis in stitutum, ut videlicet in spiritu & fructuo sè faciant, sese componere aut negligan aut nesciant, eos scilicet ad id munus talen tum nactos non esse, quamvis in vulgus for tasse laudentur ac suspiciantur: quamvis etia am eos ingens auditorum numerus sectetur

Qua-

Quare eos in aliquo Societatis ministerio vel legendi, vel alio quovis occupandos esse. Neque enim omnib, omnia talenta credita sunt, & *divisiones gratiarum sunt, & divisiones ministrationum.* Quod ad Missiones attinet, etiam atque etiam hortor, ut Superiores curent eos mittere, qui exemplo & doctrinâ populos ædificare valeant, ad ea potissimùm loca, cum iis Sociis, iisq; instructionibus, quæ ad majorem Dei gloriam futura credantur: serventúrq; sedulò quæ septimâ parte Constitutionũ accuratè præscribuntur, quandoquidem contingere interdum potest ut Superiores mediati suorum Collegiorum utilitati vel quieti consulentes, eos mitti curent, ut à se amoveant, quos minimè oportebat. Quod omnes intelligunt, quàm magnas in Societatem nostram calamitates inveheret: quippe cùm hoc ministerium, si quod aliud in Societate, præclaros & maximè selectos homines sinè dubitatione exigat. Et nè longior sim, si alias Societatis functiones atque opera percurram, ad ea me refero, quæ in formula nostri instituti in litteris Apostolicis comprehensa continentur: quæ toto cordis affectu exopto à Nostris omnibus, & profunda meditatione ruminari, & cum ardenti desiderio nostræ vocationi respondendi: cùm nos oporteat semper ad scopum no-

1. Cor. 12.

*Qui ad Missiones destinandi?*

noſtræ profeſſionis, atque altitudinem
Iſai. 51. 1. ſtræ vocationis oculos defigere, *reſpicite ad petram, unde excisi ſumus*; & ſequen
ſaltèm à longè, quibus licet paſſibus, g
rioſos hoſce Apoſtolorum Principes, qu
rum ſolemnem commemorationem die c
ſtinâ celebramus; quorum protectioni, n
modò ob recuperatam ſuam valetudine
ſed peculiari etiam ſancti Spiritûs inſtin
voluit B. P. IGNATIUS minimam h
Societatem devotam ſemper inniti.

*Preces petuntur pro felici regimine.*

19. Et quando de dotibus quæ Su
rioribus neceſſariæ ſunt, déque iis qui
eos ornatos eſſe cupio, tam multa dixi,
quibus non obſcurè cernitur, quantum lu
neceſſarium ſit, quantúmque virium ad g
bernationem rectè obeundam; obſecro v
PP. dilectiſſimi, viſcera mea, ex intimis
ſceribus cordis mei, ut cùm gubernatio t
univerſalis, tantíq; momenti imbecillis m
humeris impoſita ſit, vos veſtris precibus
ſiduis & fervidis, ea quæ mihi deſunt (qu
maxima & plurima eſſe ſentio) ad totius n
ſtræ Societatis utilitatem à Dei bonitate i
petretis. Quod enim ad me attinet, equi
dem non parùm præſtitero, ſi vel per omn
membra diſſectus, atque diſcerptus, aliqu
ſaltèm ex parte me gratum præbuero ob ſin
gulare beneficium, quòd hac ipsâ die à Chr
ſt

sto Domino accepi, quòd ità oculos meos illuminare dignatus est, ut à tenebris Ægypti & servitute, & ab inutilibus operibus lateris ac luti, quæ me plùs satìs, tum volentem tum nolentem premebant, emergere statuerim; méque quò à divina gratia vocabar, transferre in admirabilem hanc lucem Societatis nostræ: in qua quando id jam de me ejus providentia decrevit, quod ego non modò non suspicari, sed nè timere quidem unquam ausus essem, quò mea major est imbecillitas, eò magìs Divinam ejus Majestatem precor, ut pluviam voluntariam divinorum charismatum, cælestiúmque omnium gratiarum in eam emittat, ut resplendeant opera ejus, *& confiteantur illi misericordiæ ipsius, & mirabilia ejus filiis hominum. Dúmque debetur nobis confusio faciei, sit illi ab omni creatura visibili pariter & invisibili laus, & gloria, & benedictio, claritas & sapientia, gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in sæcula. Amen.* Romæ 28. Junii, 1581. Pſ.106.8. Psal. 43. 16. Apoc. 7. 12.

RR. VV.

*Inutilis in Christo Servus*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

*EPI-*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

VII.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Secunda,

Ad Patres & Fratres Societatis.

Anno 1583. 29. Sept.

## *De Renovatione Spiritûs.*

*Necessitas renovationis Spiritûs.*

1. SPiritûs ac fervoris renovatio spiritu-
libus ac religiosis hominibus ad
necessaria est ( Patres, Fratres-
carissimi ) ut studium hoc cùm semper f
grans esse in nobis omnibus velim, tum pr
cipuè hoc tempore. Nunc enim Jesu
Dominus noster non in Septemtrionib
modò, & Oriente alios ex aliis agros nob
Joan. 4. 35. colendos assignans ait, *Videte regiones, q*

*albæ jam sunt ad messem*; verùm etiam in Indiis, vel Orientis, vel Occidentis, præsertim verò in Japone, insula vastissima, campum latissimum aperit, ubi Christiani nominis, divinæque gloriæ amplificationem longè latéque nostra excurrere possit industria. Itaque si quando nostri Ordinis homines, & suæ perfectionis studio, & summa cum Deo conjunctione aptos se & idoneos Dei ministros præbere debuerunt, nunc quidem profectò quàm maximè debent. Neque enim multitudo solùm Ecclesiæ calamitatum, acerbitásque verberum, quæ nobis divina severitas infligit, sic ut graviora etiam (*adhuc enim manus ejus extenta*) in dies minitetur, nos admonent, ut imperfectum nostrum lugeamus, & murum nos opponamus pro Domo Dei; sed etiam Instituti nostri debitum cogit, ut tam multis panem, quo æternam ad vitam alantur, petentibus aliquando frangamus. Atque ut de aliis taceam, ex Japone proximis Nostrorum litteris affertur, Reges aliquot ac Dynastas potentes in primis, quamquam nondum Christianos, templis multis Deorum eversis, nonnullis etiam Christo excitatis, potestatem Nostris hominibus Euangelii prædicandi, populis suis suscipiendi feciſe, ut Christianæ religionis propagandæ spes ostendatur vel maxima,

Isai. 5. 25.

Thren. 4. 4.

Luc. 5. 7. xima. Ergo illi admirantes *in captur* max
*scium, annuunt sociis, ut veniant, & adju* tum
*eos*: quoniam quidem magnam Deus s reve
& facultatem affert suis retibus conclu hæc
di tam copiosam gentem, & idoneam; ro.
jam adesse tempus videatur, cùm per h oste
qualescumque operarios, etiam in max mus
illa atque horrida Ethnicorum silva effi me
Dominus, quod in Filii sui adventu fa
rum se prolixè Isaiæ ore pollicetur. C in
Isai. 41. enim illa dixisset, *Aperiam in supinis col* rat
18. *flumina, & in medio camporum fontes: po* si a
*desertum in stagna aquarum, & terram i* ard
v. 19. *am in rivos aquarum*; adjungit: *Dabo i* cou
*litudinem cedrum, & spinam* ( quæ arbor nit
cie, & immortalitate ceteris antecellit ter
*myrtum, & lignum oliva. Ponam in de* ac
v. 20. *to abietem, ulmum, & buxum simul: ut vi* po
*ant, & sciant, & recogitent, & intelligan* su
*riter, quia manus Domini fecit hoc.* &
*in aridit ate gentium* ( quemadmodum sua
Hieronymus interpretatur ) *invenirem* ni
*fluenta virtutum; & in terra quondam de* be
*ta plenáque salsuginis, cedrus, & cypari* di
*& alia arbores nascerentur.* Ergo ut om bu
ad hanc mentis, ac spiritûs renovation ob
accenderemur, adductus sum, ut per lit lig
ras, quia coràm non licet, de iis vobisc ve
agerem, quæ ad hoc negotium pertin ra

maximè arbitror. Ut autem tota res ad certum ordinem redigatur, eam ad duo capita revocare conabor, si prius, quibus in rebus, hæc, quam dico, renovatio sita sit, ostendero. Primum enim quanti ea sit momenti, ostendemus: tum remedia aliquot exponemus, quæ nos ad eam consequendam non mediocriter juvare possint. Propositio.

2. Atque ut planiùs intelligatur, qua in re hæc instauratio consistat, quid inveteratum, sit animadvertamus necesse est. Quod si attenderimus, reperiemus, mentem illam ardorémque animi nobis initio datum à Deo conseneſcere, hoc est, utì res veteres, neque nitorem, neque celeritatem, neque usus ceteros habere, quibus præditæ sunt recentes ac novæ. Vetustatis illa argumenta esse possunt, orare, ac meditari divina sinè sensu animi atque fructu: ægre sese colligere, & ad cor redire: cogitata, dicta, factáque sua sinè pudore, ac proposito emendationis cursim examinare: in res externas libenter effundi: jámque non proximi juvandi gratiâ, sed tædii vitandi, solatiola à rebus creatis cupidiùs mendicare: liberiùs obloqui, & aliena dicta ac facta carpere: religionis disciplinam, levem olim ac suavem, iniquo animo ferre: ad otium aspirare: in animarum zelo languere, laboréſque

13. *Vetustatis signa.*

que earum cauſsâ ſuſcipiendos, qui dul
olim erant, acerbos ducere : ægre, tar
repugnanter, obtemperare : honorifice
omnibus, indulgentérque tractari vel
immunitates & commoda ſingularia po
lare : in animum inducere, ſe laborare
æquo, nihílque eſſe, quod non ſibi deb
tur ; aliáque generis ejusdem. Quæ
dem argumenta omnia facilè declarant,
turam, quæ ſui juris retinens admodum
que appetens eſt, antea ſerventis gratiæ
neficiô compreſſam ac domitam, tamq
intentum arcum nervo remiſſo, ad ing
um rediiſſe. Id autem committere
aliud eſt, niſi divinæ gratiæ opus ac
labefactare ; & integritatem, colorem,
metriam tollere : quibus rebus animæ
deſponiæ & copulatæ forma contine
Hæc igitur omnia renovanda ſunt, id
in priſtinum revocanda ſtatum, atque
Prov. 4. 18. nova facta acceſſione cumulanda. *Juſtor enim ſemita quaſi lux ſplendens procedit creſcit uſque ad perfectam diem.*

3. Sed quoniam non hæc una in
bis ſenectus eſt ex virium languore, ver
etiam interior (veterem hominem Apo
lus vocat) quæ niſi omni ſtudio, vigilan
que arceatur, perennis eſt fons prioris, p
pterea omnino veterem hominem exue

novum induere oportet. Motus enim omnes atque impetus animi, quibus impellitur, ut nos ac noſtra ſpectemus; ut ad rem quampiam mortalem & caducam adhæreſcamus; ut divini obſequii puritas ac libertas retardetur; ut minùs prompti & vigiles ſimus ad Dei voluntatem; hæc, inquam, omnia veteris hominis vitia ſunt. Quocirca renovatio poſita erit in primis illis propoſitis ac fervoribus revocandis; tum verò in vetere homine, vitioſáque natura exuenda; ſic prorſus, ut voluntas noſtra (quoad hæc exulum vita patiatur) perpetuò intueatur divinam; séque totam ad ejus arbitrium, ac nutum fingat & accommodet; quidquid Deo placet, vehementer expetat; quidquid diſplicet, conſtantiſſimè reſpuat: omni denique conatu penitùs homo à ſe ipſo deſciſcat: ubi factus ſibi terra ſterilis, & regio egeſtatis veteraſcit, atque corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Accedat autem ad eum, qui, ut nobis appropinquaret, ad noſtram deſcendit humilitatem: ut ibi ſcilicet tamquam in vitali regione, in juſtitia & ſanctitate veritatis, quaſi aquilæ renovetur juventus noſtra. Itaque alacriter progrediamur quotidie, ut nunc primum iter ingredi videamur. Quod quidem nobis præcipit, dum de ſe profitetur Apoſto-

*Renovatio ſpiritûs in quo conſiſtat.*

Philip. 3. 13. 14. lus, *quæ retro sunt, oblivisçens; ad ea, sunt priora, extendens meipsum, ad desi tum persequor bravium supernæ vocati*

Hom. 12. Nam (ùt ad eum locum notat D. Chr stomus) qui tantum sibi processisse vid in stadio, ut jam ad calcem se pervenisse bitretur, de cursu utique consistit: at etiamnum à meta abesse se cogitat, de rere neutiquam desistit. Idem igitur endum est nobis, etsi maximos in vir progressus habeamus. Etenim si P ipse (inquit ille) sexcentis mortibus culisque perfunctus, ità de seipso sentic profectò multo magis convenit nos se de nobis. Et nimirum hac demum ne sanctarum virtutum species conser

Lib. 22. Moral. c. 2. ac nitor. *Quippe animus noster* (inquit gorius) *dum igne amoris excoquitur, se in se servat caritatem pulchritudinis quot na innovatione fervoris. Nescit enim per torporem veterascere, quæ studet pe*

Ad Eph. 4. 23. *siderium semper inchoare. Hinc namqu Paulum dicitur: Renovamini spiritu m vestræ. Hinc Psalmista, qui ad perfec jam culmen pervenerat, quasi inchoans*

Psal. 76. 11. *bat, Dixi, nunc cœpi: quia si lassescere a choatis bonis nolumus, valde necesse est, choare nos quotidie credamus.* Hæc gorius. Id verò quanti interest, mag

Antonius declaravit, qui (ùt in ejus vita B. Athanasius refert) fratrum cœtu aliquod ab eo vitæ præceptum efflagitante, ità sermonem exorsus est: *Hoc sit primum cunctis in commune mandatum, Nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere, quod cœperit.* Idque cùm sæpe aliis suis inculcavit, tum verò extremo in spiritu, quasi testamento legavit his verbis: *Ego quidem, filioli, secundùm eloquia scripturarum, Patrum gradior viam: jam enim Dominus me invitat, jam cupio videre cœlestia. Sed vos, ô viscera mea, admoneo, nè tanti temporis laborem repentè perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitremini, & cœptæ voluntatis fortitudo succrescat.*

Sed quoniam nihil attinet hac in re diutius immorari, ad hujusce renovationis necessitatem veniemus. Hæc autem quanti momenti sit, tribus ex capitibus ex parte intelligi poterit. *Quanti momenti sit spiritûs renovatio.*

4. Primùm (quod ad salutem perfectionémque nostram attinet) si attendas perfectæ vitæ consectandæ obligationem, intestinos rebellantium affectionum tumultus; externas occupationes ac prælia, quæ solidarum germanarúmque virtutum, quasi armorum assiduam tractationem, exercitationém-

que desiderant. Deinde (quod spectat salutem adjumentúmque aliorum) si no na expendas, quibus nominibus ex no Instituto hominibus opitulari debem quantum opis ac virium ad eos à prav vitæ ad innocentiam, pietatémque con tendos requiratur; quo zelo, qua cari qua patientia, qua cælesti luce opus si idonea remedia adhibenda; quâ humili nè qua ex parte impediatur id quod pe Deus efficere molitur: quâ prudentiâ, t adjumento aliis afferendo, ipsi detri tum accipiamus. Denique (si res ipsa ctetur) quia facilè admodum (auctor Gregorio) fervor hic mentis, ac stud virtutis refrigescit. *A fervore enim m*

Lib. 19. Moral. c. 16.

*vel inter spirituales inimicos, vel inter ca les quosque proximos, ipso aliquo modo vo di usu veterascimus, & assumptæ novitati eiem fuscamus.* Quo fit, ut nihil relig viro tam suspectum esse debeat (nihil e æquè periculosum) quàm si in se stud procedendi in virtute, & perfectæ vitæ sequendæ frigescere sentiat. Etenim res non modo facit, ut lentè gradiamur, potiùs consistamus, & ad speciem dumta usurpationémque consuetudinis nostra nera obeamus; verùm etiam assiduè, t quam tinea quædam, vires robúrque

str

ſtrum ſenſim ſinè ſenſu corrodit. Itaque idem nobis quod tigno carioſo uſuvenit : quod etſi integrum videtur extrinſecus, tamen pondere impoſito frangitur, & caſu ipſo oſtendit, quid antea vitii lateret interiùs. Ejus autem, qui ità affectus eſt, & mœror mœrore cumulatur ; & vita ac ſalus periculis magnis exponitur. Ità fortes olim, ac robuſti debilitantur paullatim atque franguntur : *Lapides enim* ( ùt ait Scriptura ) *excavant aquæ, & alluvione paullatim terra conſumitur.* Nam revera perpetuò enitendum, & tamquam adverſo flumine progrediendum eſt ei, qui retro rapi nolit, ac regredi. Fortaſſe enim D. Petrus idcirco Dominum negavit, quod *ſequebatur eum à longè.*

Job. 14. 19.

Mart. 26. 58.

5. Neque verò exiſtimandum eſt ( ùt ait D. Bernardus ) cùm ruinæ alicujus cernuntur, tum incipere damnum ; *ſed quia comederunt alieni robur ejus, & ignoravit.* Ob eam cauſſam ità nos Spiritus ſanctus admonet : *In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus.* Nam ut diſturbare domum nemo conetur, tamen ſi imber paullatim tegulas pervadens tigna putrefecerit ; profectò unius pigritiæ vitio tectum corruet, & inutiles reddentur ad habitandum, quamvis amplæ ædes at-

*Tepor excutiëdus.*

Ser. contra vit. ingratit.

Oſe. 7. 9.

Eccl. 10. 18.

que magnificæ. Hinc odioſus ille tep
Apoc. 3. 16. qui Deo ( ùt ipſe in Apocalypſi denun
nauſeam movet ac vomitum. Quem
dem locum Daniel Abbas apud Caſſia
in ſua collatione hiſce verbis explanat,
Coll. 4. c. 19. mirificè rem ante oculos conſtituunt:
*immeritò eos Dominus, quos jam in vi
bus receperat caritatis, noxiè tepefactos,
quadam convulſione pectoris ſui evomend
ſe pronuntiat: qui cùm ſalutarem quo
modo ei potuiſſent præbere ſubſtantiam,
ab ejus viſceribus maluerunt; tanto deter
effecti illis, qui numquam ori Dominico
ſunt, cibis, quanto id quod nauſea compe
te projicimus, odibiliùs deteſtamur.*

*Teporis cauſſæ.* 6. Et quidem nos hujus teporis
ſas, & multas habemus, & inteſtinas.
Rom. 7. 23. piditates enim ( quas membrorum le
vocat Apoſtolus ) ceteræque pravæ
ctiones ſacrum in nobis ignem reſting
conantur: atque utì Spiritus ſanctus ſuo
amore incendens erigit & extollit, ità
peſtes contra opprimunt atque proſtern
Quod ſi ambitio, honoríſque cupiditas
commodorum deſiderium, ſi impetus
cundiæ, ſi livor invidiæ animos noſtros
primunt ac deorſum trahunt; & tum
vitium, tum illud, tum univerſa nos deg
vant; quem tandem ad perfectionis culm

nostræ industriæ cursum fore putamus? Utinam quemadmodum hoc impedimentum planè intelligimus, atque adeò in se quisque plùs minúsve experimur, ità ad id removendum oculos aliquando aperiamus.

*Diaboli qualitates.*

7. Nam quid ego de externis bellis pugnísque dicam? Mitto hostem, qui præterquam quòd hoc est in prælio superior, quod est invisibilis, & calliditate usúque valet plurimum, quippe qui cum tot, tantísque viris depugnârit, interdum victor è pugna discesserit; ità præterea pollet viribus, ut existimet (quod ait Job) *quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs.* Nihil dico de perpetua ejus vigilantia, quâ nos dies & noctes impugnat. Nihil de pertinacia, qua nos obsidet, atque oppugnat, non unum alterúmve mensem. Taceo insaturabile odium, quo ad eos potissimùm devorandos rapitur, qui arctissimis se cum Deo vinculis devinxerunt: ut verè dicatur *cibus ejus electus.* Venio ad ea, quæ tum domesticis tum externis hostibus tela acuunt & suppeditant.

Job. 41. 18.

Habac. 1. 16.

*Vitiosi motus animi frænandi.*

8. Primum igitur, nisi nimios animi motus domitos habeas, téque assiduè in his frangendis ac vincendis exerceas, quoties te offensurum esse censes? Quod si hæc cura religiosis viris omnibus necessaria est,

quantò tandem magìs iis, qui opitulan
aliis in hominum cœtu, quasi in acie versi
Lib. 3. de Sacerd. tur? Nam (ùt prudenter differit D. Chr
sostomus) in hisce hominibus eæ bell
(sic enim vitiosas animi affectiones app
lat) pabuli multô plus habent. Superb
enim laudibus & honoribus alitur, qui ip
pte spontè consequuntur concionandi m
nus, litterarúmque, & aliarum rerum t
ctationem, quæ hominum oculis patet
Invidia alienâ existimatione, & fama i
flammatur; Ira, si quis nobis sese oppon
Quamobrem ejusmodi Christi milites n
cesse est gloriæ contemptores esse; gloriæ
compressam, ceterósque impotentes anim
motus subactos in sua ditione ac potest
habere. Hi enim motus haud dubiè fac
liùs sese producunt in mixto vitæ gene
eorum, qui in suam aliorúmque salutem i
cumbunt, quàm in simplici illa vitæ ratio
eorum, qui sua perfectione contenti sibi v
cant, & Deo. Quare idem Chrysostom
eodem loco, *Ut ignis*, inquit, *metalla pr
bat; ità Cleri exacta probatio mortalium
nimos secernit atque internoscit. Ac si qu
est vel iracundus, vel pusillanimis, vel glor
appetens, vel arrogans, vel alio quovis mor
bo obsessus, id omne detegit, ac latentes stati
morbos nudat.*

9. Jan

9. Jam si occupationes assiduæ (ùt Bernardus tradit) sibi hominem quodammodo furantur, facilè apparet, quàm sit mentis renovatio ad nosmetipsos tuendos, conservandósque necessaria. Nam quod ad juvandos alios attinet, pauca illa capita, quæ supra exposuimus, attigisse satis est: illud tamen non prætermittam, quod in mentibus ac visceribus nostris hærere summopere exopto. Qui in hominum animis ad bonam frugem revocandis versantur, horum ùt virtutis ardor atque impetus majus omnium opinione momentum habet; ità languorem contra, ac vitia longè maximo esse detrimento. Idque non idcirco solùm, quia factis improbant, quod verbis docent, & altera manu (ùt ait Nazianzenus) animas advocare videntur, altera repellere; verùm etiam quoniam, ut nihil obsit exemplum, minùs quidem certè idoneos se Dei administros præbent, minúsque efficaces. Quare debet quisque nostrum imperfectum suum æstimare ac lugere, non ex suo tantum unius damno, sed aliorum etiam multorum, quorum salutem impedit. Nam ut parùm fermenti magnam farinæ massam in sese convertit, panémque omnem bonum efficit; ità non quantitate numeri (ait Chrysostomus) *sed gratiá spiritûs vim suam justi homi-*

Lib. 1. de Consid. *Renovatio etiam ad juvandum proximũ necessaria.*

In sent. n. 4.

De virt. & vit.

*mines tenent.* Sic enim Apoſtoli duod
cim numero, parui inſtar frementi, ma
mam orbis terræ maſſam fermentârunt. S
omnibus ætatibus in Eccleſia Dei homin
non magno numero, ſed magna vi ac virt
te, quid efficere poſſent, cum illuſtri orb
terrarum emolumento declarârunt. Sic d
niq; (domeſtica enim exempla non defu
primos illos Societatis noſtræ Patres, adm
dum paucos, induſtriæ ſuæ fructus tuliſſe
mus tantos, quantos Dei beneficio ipſi vi
mus, ac fruimur. Hinc profectò colligitu
commodum æquè & incomodum, quod
parvo fermento bono malóve naſcitur, u
verſum in panẽ redundare: usúq; venire po
ſe, ut alicujus è Societate vitiũ, & culpa, qu
per ſe alioqui levis exiſtimaretur, converti
nem tamen impediat, ſalutémq; multorum

*Documẽtum ex S. Baſilio. Cap. 15.*

10. Sed ut alterum hoc caput epiſto
læ concludam, unum addam ex D. Baſilio
qui illa Deuteronomii verba, ex 70. In
terpretum verſione, luculenter explicant
*Attende tibi ipſi*, hanc ait ſententiam omn
bus neceſſariam, omnibus temporibus, o
mnibus ordinibus eorum, qui Dei Eccleſi
continentur. *Habet enim*, inquit, *Dom*
*Dei viventis, quæ Eccleſia eſt, venatores, via*
*tores, architectos, ædificatores, agricolas, pa*
*ſtores, athletas, milites. Omnibus his eos*

Homil. in illud, quæ eſt 3. inter hom.

*ven*

*venit breve hoc verbum, singulis ingerens & exactam operis obeundi cognitionem, & ad perficiendum, studium propensæ voluntatis.* vari. argum.

Ac mihi quidem hæc omnia officia ac munera videntur, præterquam pastoris (quamquam hoc quoque proportione quadam accommodari potest) in nostræ Societatis homines convenire. Itaque Basilii oratione, quam propter egregiam in hoc genere doctrinam fusiùs exponendam censeo, & vos ego hortari possum, & se quisque vestrum, ea quæ dicuntur attendens, incitare. *Venator es missus à Deo, ità monente, Ecce ego mitto multos venatores, & venabuntur eos super omnem montem. Attende igitur magna cum diligentia, nè fortè fugiat te præda, ut efferatos per improbitatem, verbo veritatis convictos Salvatori offeras. Viator es ei similis, qui orabat, Gressus meos dirige. Attende tibi ipsi, nè quà exorbites, ne ad dextram deflexeris, aut sinistram: progreditor viâ regiâ. Architectus solido tutóve in loco jaciat & collocet fidei fundamentum, quod est* JESUS CHRISTUS. *Ædificator, quo pacto ædificet, videat, ut non ligna, non fœnum, neque calamum; sed aurum, argentum, lapides pretiosos. Pastor es? Attende, nè quid te præterreat eorum, quæ ad obeundum munus istud pastorale attinent. Hæc porrò quæ tandem sunt?* Jere. 16. 16. Psal. 118. 133.

*I'a-*

Palabundum pecus & erraticum convertit
quod conquaſſatum eſt & contritum, collig
to: quod ægrotum, ſanato. Agricolationi
profeſſor? Ficum, infructuoſa ſi eſt, circum
dito, illique ingerito quæ conductura nove
ad edendos fructus. Miles? collabora Evan
gelio: milita bonam militiam contra ſpiritu
nequitiæ, adverſùm vitioſas carnis affectione
induitor omnem armaturam Dei, ut probet
ei, ſíſque gratioſus duci tuo, qui huic te mi
tiæ adlegit. Provide, ut nullis implicêre
te iſtius negotiis & perplexis curis. Athle
es? Attende tibi ipſi, nè quam ex legibus ath
tico agoni præſcriptis inveniâre tranſgreſſu
nam nemo coronatur, niſi qui legitimè certa
rit. Imitare Paulum & curſu contendentem,
in palæſtra colluctantẽ, & in agone pugillari
certantem. Ut ſtrenuus pugil ipſe habeto ani
oculum nuſquam evariantem, ſed attentum
privigilẽ. Præmuni ac tuere partes, quarum
ga lethalis ſit. In adverſarium immotũ ocul
intendito fixiùs. In ſtadiario curſu, qui tibi pr
currunt, in eos te extendens fac aſſequaris
currito, ut prævertas. In luctamine, repugna
viſibilibus adverſariis. Per vitæ iſtius periculu
talis ut perſeveres hæc facit ſententia, nimirum
animo ut ſis non ſupino, aut concidente, ſe
arrecto; non dormiturienti, ſed pervigili
ſobrio; quique multa cum vigilantia præſe
ſa

*sit, & nôrit sibi præesse. Cupientem me singula percensere hic deficiet dies.* Hæc ille. Atque hæc, quæ dicta sunt de vitæ mixtæ difficultate, de virtutis absolutione, quam illa desiderat, déque aliis rebus ejusmodi, quas aut sanctorum virorum auctoritas, aut usus ipse nos docet; hæc, inquam, omnia ad excitandos animos nostros, & ad eam quæ in nobis requiritur, vigilantiam valent vel plurimum. Sed videndum est, nè fortè contrà quàm oportet, aut languorem cuipiam afferant, quo minùs ad perfectæ vitæ culmen aspiret; aut sic aliquem afficiant, utì tam præclaram vitæ rationem minus dulcem, minúsque expetendam putet. Sanè tantam rei præstantiam qui tuetur, non potest non magnopere eam suspicere: quisquis autem bene de nostro Instituto sentit, hujusmodi cogitatione vehementer impellitur. Et scilicet qui præscriptis à Societate remediis utitur accuratè, magnitudinem animi incredibilem Dei beneficio ac munere experitur ad quamcumque rem suscipiendam: planéque videt, perdifficile non esse, quod antea fieri nullo modo posse judicabat.

11. Restat, ut ad ea, quæ valent ad renovationem (quod erat ex iis, quæ proposuimus, extremum) aliquando veniamus. Primum igitur ejus, quam exposui, necessita-

4. *Ad renovationem spiritûs remedia.*

sitatis cogitatio ad eam rem valde con
cet: eóque etiam magìs, quòd etsi vita
stra terris superior, altiórque esse deb
2. Cor. 10. 3. Philip. 3. 20. (*In carne enim ambulantes non secundum
nem militamus:* sed *nostra conversatio in
lis est*) debemus tamen necessario pra
capiendæ caussâ inter communis vitæ
mines versari, eorúmque vitia non levia
lùm, sed etiam gravia interdum cogno
In Reg. fus. disp. c. 6. re. In quo periculum est (ùt D. Basi
monet) nè quis se cum aliis longè dete
ribus comparans, quodammodo sibi de
tute blandiatur, progressum videlicet su
metiendo non tam spatio ejus, quod re
itineris, quam intervallo, quo alios pos
reliquit. Et verò sic natura comparat
est, ut oculos libenter convertamus ad
quæ offendere aliquo modo possunt: at
uti factæ progressiones, bonorúmque p
torum cogitatio voluptatem; ità distan
contra, inopiæque nostræ consideratio
lestiam pariat. Idque hoc etiam magìs, qu
ille nos respectus ad quietem invitat, hic
citat ad laborem. Nimirum ut viator
ubi tædere eos itineris cœpit, respect
solent, quantum viæ confecerint; ità
simul ac virtutis ardor restingui, & ind
stria frangi cœpta est, decursum spati
respicientes, facilè nos ipsos conferi

cum iis, quos aut in voluptatis cœnum prolapsos, aut in avaritiæ dumetis hæsitantes, aut ambitioni & honori misère servientes in sæculo reliquimus. Quamobrem metam perpetuò ante oculos propositam habere convenit, & quàm longè ab illa etiamnum absimus sedulò videre : ut scilicet coram Deo, in clarissima ejus luce, rectè facta, bonáque nostra omnia divinæ veritatis statera examinemus : quid sortis demum, ac rei familiaris domi nostræ sit intelligamus : atque hac ratione sciamus, *quid nobis desit.* Ac mihi credite, permagni interest, quotidiano ac peculiari vitæ examine uti diligenter, ut tecum te ipse conferas ; & tamquam prudens, & industrius paterfamilias, custósque domûs tuæ, non modo ad fures arcendos advigiles, sed & lustres omnia ; quid ad domesticas rerum necessariarum provisiones desit, prospicias. Hoc nimirum illud est, quod Salomon de sapiente illa ac provida muliere, Ecclesiam, atque in ea cujusque nostrûm animam describens, ajebat in Proverbiis : *Consideravit semitas domûs suæ, & panem otiosa non comedit* : & paullo ante ; *Quæsivit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum : facta est quasi navis institoris, de longè portans panem*

Prov. 31. 27.

Ibid. v. 13.14.15.

*nem ſuum : de nocte ſurrexit, deditque p*
*dam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.*

*Tituli DEO ſerviendi.*

12. Deinde ad eam, quam dixi, vi
renovationem magno erit adjumento d
norum beneficiorum meditatio, nomin
que innumerabilium, quibus Deo inſer
debemus; ſimúlque illa cogitatio, quam

*De virt. & vit.*

quodam ſermone D. Chryſoſtomus ex
nit : Nihil boni facere, nihil aliud d
quàm facere aliquid mali, quippe cùm
ſtro officio deſimus, & prætermittamus
quod noſtri Inſtituti profeſſio poſtulat,
empli cauſsâ, inquit ille, ſi ſervum h
as non rapacem, non ebrioſum, non c
tumacem, ſed ſobrium, moderatum,
omnis expertem ; idem tamen totos
ſi domi ſedeat otioſus, omittátque ea, q
ad ſuum munus attineant, nónne grav
vapulabit? Atqui nihil maleficii comm
ſed ſatìs maleficii eſt, munus officiúm
ſuum neglexiſſe. Quid? agricola, qui
teris quidem in rebus vacet culpâ, ſed
mi deſideat, non ſerat, non aret, non v
colat, nónne is quoque vapulabit? At
hil injuriæ intulit, nihil damni : verùm
ſationem ipſam injuriam damnúmque d
cimus. Atque etiam in ipſo noſtro co
pore, ſi manus ità affecta ſit, ut non l
guam quidem illa præſcindat, non ocu

eruat, nihil denique detrimenti afferat, sed desidiosa cessèt, reliquo corpori nullo modo inserviat; quis non istiusmodi manum inutilem, & præscindendam potiùs, quàm retinendam putet? Eodem pacto, ait ille, non modò aliquid feciſſe mali; verùm etiam aliquid omisisse boni, magna comprobatur injuria. Porrò divinis in rebus id ipsum multò magìs apparet. Atque haud scio, an ob eam causſàm Deus per Prophetæ personam queratur, *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ*: quòd scilicet terra tam sedulò exculta, tot divinorum beneficiorum imbribus irrigata, tot Solis justitiæ radiis tepefacta, si uberes fructus non ferat, mala retribuat pro bonis ei, qui tot illam benedictionibus dulcedinis prævenit. Psal. 34. 12.

13. Equidem, Patres, Fratrésque carissimi, nescio, quî fiat, ut tantorum beneficiorum consideratione, tantóque divini erga nos amoris æstu, non animorum nostrorum glacies (ut ità dicam) penitùs liquefiat. Quî fieri possit, ut quatuor illa nomina, quæ nos Deo debitores constituunt, à D. Bernardo quodam sermone breviter expensa, considerantes, satisfactionem videlicet peccatorum, quæ sempiternis erant suppliciis vindicanda; creationem, atque *Debita apud DEUM à nobis contracta.* Serm. de quat. debit.

que conſervationem ; quo nomine, quod
mus, quod vivimus, Dei ſumus ; divini
guinis pro nobis profuſionem ; deni
promiſſionem mercedis, ac beatitudinis
ternæ ; neſcio, inquam, quî eveniat, ut
hæc ſecum reputant, non ſe & gratiores
liberaliores præbeant ei, cui ſe totos om
bus nominibus debent. Quis enim m
pertuliſſe, multúmque laborâſſe ſibi v
bitur, ſi ſempiternas inferorum pœnas
ierit animo, quas millies meritus eſt ? Q
queri poterit, ab ſe nimium poſtulari, c
cor poſtulatur, ſi meminerit ſeſe & natu
& conſervationis jure totum ejus eſſe,
ſe tradidit ? Quis aliquid dare ſe exiſti
bit, cùm vitam reddet Deo ſuo, qui eam
tea ſuâ cauſsâ profudit : Et certè nec
vitæ pretium, nec obligationis ratio,
nobis teneretur, nec illorum conditio,
quibus illam profundit, ullam in hac
comparationem admittit. Etenim ſi vit
Dei cauſsâ ponimus, ſuum illi reddim
facimus id pro eo, qui tot modis meri
eſt, ut faceremus ; vitam denique ponim
pro eo, qui poſuit antè pro nobis.
contrà Deus ac Dominus ſanguinem ac
tam dedit, non modò pro vermiculis,
bus nihil omnino deberet ; ſed pro ſerv
pro ſceleratis, pro inimicis ; quod nimir

Ap

Apoſtolus (ùt ſcitis) tantopere exaggerat. Rom. 5. Quis porrò cariùs ducet pretium momentaneum & leve, quo ſibi comparat *ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus*; 2. Cor. 4. 17. *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit*? 1. Cor. 2. 9. Quæ cùm ità ſint, nihil eſt, quod non pro tot immortalibus promeritis tali tantóque Domino anima debeat. Itaque mentem omnem noſtram, cor, oſſa, viſcera ipſa clamare oportet: *Domine quis ſimilis tibi*? ejúſque laudem, ac prædicationem in noſtro ſemper ore verſari. Nempe hoc frenum eſt illud, quod ſe hominum generi Deus injecturum Iſaiæ ore confirmat; *Laude mea infrenabo te, nè intereas.* Dulce verò frenum ac ſuave, quo niſi fortè retractantes ſumus & effrenati, nullo negotio flecti reflectíque poſſumus ad nutum & arbitrium regentis Dei. Iſai. 48. 9.

14. Ac ſanè ſi animus noſter ſui adhuc juris manet, nec totum ſe Domino dedit ac tradidit; meritò ſterilis dici poteſt, qui mala retribuat pro tot ac tantis bonis. Quo mihi ſpectare videtur Deus, cùm apud Iſaiam exclamat: *Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus ſum, ac percuſſi eum. Abſcondi faciem meam, & indignatus ſum: & abiit vagus in via cordis ſui.* Neque enim qualiſcumque avaritia eſt, ſed incredibilis

*Quanta ſit ingratitudo, Deo mala pro bonis reddere.* Iſai. 57. 17.

quædam avaritiæ iniquitas, si neges te cui debes omnia. Atque istiusmodi ho nibus jure accidit interdum, ut Deus scondat faciem suam ab eis, & abeant in via cordis sui. Quæ quidem est p longè gravissima. Id adeò multò mag nos convenit, qui nos totos nova quad voluntate consecravimus Deo, & per quasi holocaustum immolavimus. In ille holocausto gravissimè fert surripi sib liquid ex eo, quod fuerat consecra Huc enim etiam divinam illam vocem

Isai. 61. 8. rivare possumus : *Ego Dominus diligens dicium, & odio habens rapinam in holoc sto.* Nos verò steriles & ingrati erimu nostra in Deum officia exiliter ad calcu revocabimus, quasi verentes, nè major torum sit ratio, quam acceptorum ; si vini obsequii annos, si susceptos labores præsentem disciplinam, si emolumen nobis in proximos profecta numerabi ac pendemus. Hæc enim omnia nova neficia sunt, quibus etiam arctiùs devin

Ser. 83. in Cant. mur. Quare B. Bernardus negat, anim nostram amori cælestis sponsi mutuò spondere ullo modo posse. *Nam & c se totam*, inquit, *effuderit, in amorem, qu tum est hoc ad illius fontis perenne profluviu*

*Amor sit incitamentum amoris DEI.*

Quocirca permagni mihi ponderis vide

qua

quædam D. Chryſoſtomi ſententia, Iſaiæ viſionem tractans, *Vidi Dominum*, & quæ ſequuntur, ait, Seraphinos alis non ora ſolùm tegere, quod intelligentiæ obtutum figere in ſumma illa luce nequeant; ſed pedes contegere, quòd reverentiæ amoríſque ſui exiguitatem erubeſcant; qui non pro ejus dignitate procreatorem ſuum diligant, neque tanta ejus caritate flagrent, quantum præcellentiſſima illa natura poſtularet. Quod ſi Seraphini ipſi beatorum ſpirituum Principes, qui à divini amoris ardore nomen invenerunt, minùs ab ſe, quàm par eſſet, amari Deum erubeſcunt; cujus tandem oris & impudentiæ erit homuncio, ſi in animum inducat ſuum, ſe Dei cauſsâ plùs æquo laborare? Vel hæc animi inductio efficere deberet, ut de nobis ipſis quàm demiſſiſſimè ſentiremus; quippe clariſſimum ſignum perexiguæ, vel divinorum meritorum erga nos cognitionis, vel noſtræ in Deum benevolentiæ. Animus enim divina caritate ardens non contrahit ſe, in anguſtúmque reducit, ſed in dies augeſcens pro amoris acceſſione dilatat ſeſe, & immenſam interminatámque abyſſi magnitudinem in Deo nanciſcitur; ubi infinitè ſe in omnes partes effundat, Et *ſi dederit omnem ſubſtantiam domûs ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.* Iſai. 6. 1. Cant. 8. 7.

*Tempore bene utendum.*

15. Jam verò illud quoque proderi primis, brevem sibi quemque hujus v cursum circumscribere; & simul memi se, quod perfectionis & gratiæ divinæ comparâris in vita, id te comparaturum se numquam. Vitam autem ipsam (ut In sent. Greg. Nazianzenus tradidit) esse quasi catum, cujus dies cùm abierit, tempus pliùs non sit emendi, quæ velis. Hinc Eccl. 9. 10. admonitio: *Quodcumque facere potest nus tua, instanter operare: quia nec opus ratio, nec sapientia, nec scientia erunt inferos, quò tu properas.* Itémque Apo Ephes. 5. lus nos monet, ut *cautè* ambulemus, 15. & 16. *quasi insipientes, sed ut sapientes; redi tes tempus*; hoc est, occasionem negot di; significans videlicet, quemadmod mercator pecuniæ non parcit, ut emat dimátve quod adamavit; ità nos nulli ri parcere oportere, nè merendi occasi labatur, *quoniam dies mali sunt.* Ità fi ut neque laborum brevitas gravis videa neque ullum punctum temporis lucro cuum præterire patiamur. Constat en gratiæ in hac vita partæ gloriam in æte illa vita, & felicitatem proportione respo suram, ut nè minimum quidem lucrum p vi faciendum sit, cui tanta mercedis acc sio sit proposita. Ità quo minùs aberi

meta, eò magìs properabis; & quò magìs accedes ad præmium, eò plùs animi accedet ac virium. Illud etiam ſumma ope vitabitur, nè idem curſui noſtro accidat, quod violentis motibus ſolet; qui ab externa vi atque impulſu profecti, proceſſu paullatim remittuntur ac languent: ſed contra nos ab inſita vi ac virtute acti, hoc eſt, ab inhabitante Spiritu ſancto, (*Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei*) tantò concitatiori curſu rapiamur, quantò viderimus appropinquantem finem. Rom. 8. 14.

16. Hinc ultimum, idémque præſentiſſimum remedium peti licet, ut manum operi admoveamus, & in rebus, quibus caremus, comparandis omnem operam collocemus. Id enim demum eſt (ùt D. Gregorio placet) non modò cor, ſed etiam manus (quod Jeremias monuit) ad Deum tollere. Nam qui ad ſolidas virtutes parandas ſatìs eſſe unam voluntatem arbitratur, is profectò vehementer errat. Quamobrem D. Baſilius docens, in ſolitaria vita & plùs periculi eſſe, & minùs ad neceſſarias virtutes parandas facultatis, ait: *Neque eum ſuæ humilitatis documentum dare poſſe, qui neminem habeat, cui ſubjiciat ſe ac ſubmittat; nec manſuetudinis, qui cum mortalium nullo verſetur; nec patientiæ, qui nullum omnino habeat ſuis* vo-

*Non ſufficit, bona velle, ſed oportet facere.* Lib. 18. Moral. c. 5. Reg. fuſ. diſp. c. 7.

*voluntatibus adversantem.* Ad extrem quo illud adjungit: *Siquis autem ad compon cib dum moderandúmve animum sacrarum lit niu rarum præcepta, doctrinam, meditationém luc satis esse ducit; is similiter facit ut si quis mu sceret ædificare, neque unquam tamen ædi fit caret; disceret æs cudere, & tamen qua per dicisset, numquam in actum educeret.* h re que usu docti scimus non nisi faciendo an tas addiscimus. Quæ tamen ipsæ in externa tu do tum materia cùm versentur, nihil admodu mo habent repugnantiæ. Neque enim Arch ver tecti, neque ceterorum artificum conatib ri, operis materia reluctatur. At nostra h tu Philosophia, quæ in interioribus animi m re tibus perdomandis occupata est; difficul dis tes habet, & impedimenta nec minima, *tia* plurima. Ut enim in quadrando lapide d hu ficultatis aliquid ac negotii fuerit; quadr ne tus certè ad rudem illam asperitatem n fa quaquam redit: at efferatos animi motu ri quamvis edomitos, ad ingenium tamen re ta dire sæpius experimur. Et verò si in vi str tute ac pietate quotidie augenda sedula *fr* nobis opera poneretur, ad majora quotid *de* lucra aditus patefieret; præsertim cùm i qu hoc quoque genere sua sponte lucrum vi cu

De virt. & vit. minimum (ùt Chrysostomus monet) an & mos faciat, & ad lucrum majus alliciat. I m

quo

quod cerni licet, inquit, in pecunia, & mercibus. Lucrum enim, exempli gratiâ, unius & alterius aurei numi, animum addit lucrandi decem, aut etiam viginti. Videmus etiam locupletes, quibus plùs & auri sit & animi, faciliùs ad maximas pecunias pervenire, quàm pauperes locupletari. Quare in eam curam incumbendum est, ut oblatas lucri occasiones nè dimittamus; quandoquidem qualecumque incrementum animos nobis ac vires addit ad majora. Nec verò illas modò virtutes, quæ desunt, parari, verùm etiam quæ sunt, perfici oportet, tum gradu, tum etiam firmitate. Qua de re D. Gregorius ad illa verba Job præclarè disserit: *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.* Librum autem dicit illum, quem humeris ferre, & coronæ instar capiti imponere gestiebat; significans, sacras litteras factis expressas coronam parere nobis victoriæ. Ità Christus Dominus noster (ùt notat D. Gregorius) terram dixit animæ nostræ, ubi Divini verbi semen jactum sit, *fructificare primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.* Hoc utique studium in eo, qui ad perfectam vitam, cumulatámque contendit, vigere opus est; & ad hoc quoque ipsum quotidianum examen referendum est. Ceterùm hæc remedia

Lib. 12. Moral. c. 14. Job. 31. 37.

Lib. 21. Moral. c. 14.

dia libet eâdem sententiâ claudere, q
Divus idem Gregorius eo loco posuit, q
supra indicavi, cùm docerem, mentis
straæ fervorem paullatim veteraſcere, qua

Lib. 19. Moral. c. 16. igitur hæc ille subjicit: *A qua tamen n*
*state, si studio perfectionis invigilemus, u*
*do, legendo, bene vivendo, renovamur:*
*vita nostra dum lacrymis lavatur, bonis*
*ribus exercetur, sanctis meditationibus*
*tur, ad novitatem suam sinè cessatione*
*ratur.*

*In fine nè corrumpas.* Hom. 3. in ver. Isai. *vidi Dominũ.* Psl. 74.

17. Ac nè longior sim, illa nos p
simùm cogitatio adjuvabit, Actiones no
ferè initio fervidiores esse, sed tempore
cedente refrigeſcere. Ideirco enim (ùt
cet Chryſoſtomus) Spiritus sanctus Da
ore nos admonet, *In fine nè corrumpas*; q
niam tum vigilantia desideratur, ut c
maximè. Quippe in actionis ingressu
vires animæ integræ sunt, nemo quantu
vis piger non multum adhibet studii ac
ligentiæ. At in progressione; & scili
in extremo, hæc admonitio necessaria

Psal. 74. in titulo. *In fine nè corrumpas.* Idque hoc etiam
gis, quòd eo præcipuè tempore diabo
omni ope atque operâ nos bonis omnib
conatur evertere. Ut prædones, inquit
le, non solventem è portu navim inanem
& merces aliunde petentem invadunt;

onustam in reditu obſervant, atque diripiant; ità diabolus ubi complures virtutes magno ſtudio collegeris, tum verò in te, quaſi in onuſtam mercibus navim, impetum facit. In quo quidem illius præda non ſolùm magna eſt, quod de noſtris bonis prædatur; ſed etiam quòd offenſio noſtra ad direptionem valet aliorum, qui noſtro exemplo in fraudem ac perniciem inducuntur. Quare omnino humilitatis præſidio tecti ſemper ſimus neceſſe eſt. Nihil enim (quæ naturæ noſtræ eſt infirmitas) ſuperbiam elationémque animi (niſi vigilantiâ comprimatur) æquè gignit, atque innocentiæ ac rectè factorum conſcientia, & induſtriæ fructus ex multorum converſione perceptus: ut rectè Dominus ità præcipiat: *Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus.* Luc. 17. 10. Hoc adminiculo carens Ozias corruit. Nempe cui ſacræ litteræ teſtimonium dederant ſanctitatis, *quod fecerat rectum quod erat in conſpectu Domini.* 2. Paral. 26. 4. Verùm is per ſuperbiam ſacerdotale ſibi munus adſciſcere conatus, teterrimam in lepram incurrit. Ibid. v. 19. At Moſes (id quod obſervavit Theodoretus) non priùs tantæ hominum multitudinis dux eſt creatus à Deo, quàm dextram illam, quæ mare diviſura, & quæ res admirandas editura eſſet, inſertam Quæſt. 10. in Exod.

in

in sinum suum, leprosam animadver
Nimirum ut homines in meditationis t
quam sinu intelligant, qui ipsi per se
quid munere ac beneficio Dei: atque
liquidò profiteantur: *Dextera Domini*
*virtutem.* Ità demum vera germanáque
militate nixi, in vita nostra renovanda
petuò versabimur: & habentes in
ipsis, & non in altero gloriam nostram
est, testimonium bonæ conscientiæ,
nihil spectat aliud præter divinam glor
Job. 29. 20. dicemus cum S. Job: *Gloria mea semper novabitur, & arcus meus in manu mea inst rabitur.* Ut videlicet partim hoc con entiæ testimonium nostræ perfectionis dio, partim zelum salutis animarum stu sè curantes, arcum sagittásque nostræ litiæ instauremus, tamquam veri germ
Psal. 126. 4. que *filii excussorum*, ut animas Divini ris telis sauciatas mundo mortuas Chr Domino mancipemus.

*Implorãdum DEI auxilium.*

18. Neque verò vitiis, quæ in n cernimus (dummodo de hac arcûs, & riæ renovatione, quam dixi, laborem deterreri à suscepto consilio, sed potiùs cationis nostræ gratia freti, animos viré renovare debemus; & nos ipsi jucund ma illa, quæ apud Zachariam est, Dom
Zach. 12. 6. voce consolari: *In illa die ponam Duces*

*ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno: & devorabunt ad dexteram & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu.* Et quoniam hæc ſunt ejuſmodi, ut noſtras vires longè, multúmque ſuperent, accipite, unde animi nobis ac vires addantur: *In die illa proteget Dominus habitatores Jeruſalem.* Magnus verò patronus ac potens. Sed quid tandem ab eo opis afferetur? *& erit, qui offenderit ex eis in die illa, quaſi David. Dextera Domini* faciet *virtutem.* Ut ſcilicet claudus, qui paſſim offendebat, robore alter David exiſtat, uſque eò fortis, ut funda & lapide carneam illam turrim (ſic enim Philiſtæum appellat Chryſoſtomus) nullo negotio dejiciat, ſuo illum gladio obtruncet; victoriam ac lætitiam populo pariat univerſo.

Ibid. v. 8.

Pſal. 117. 16.

19. Atque ut paratioribus animis ſtudiiſque ardentioribus in mentis inſtaurationem incumbamus, Gregorius XIII. Pont. Max. pro ſua paterna in filios omnes caritate, & egregia hæreticorum, ethnicorúmque in Eccleſiæ ovile cogendorum voluntate; partim cupiditate impulſus videndi in Societate noſtra novum in dies ſplendoris incrementum, novóſque fructus noſtrorum operâ colligendi, atque in primis tantam hominum multitudinem, quæ extra Eccleſiæ

*Ad Renovationem conferunt etiam Exercitia ſpiritualia.*

siæ arcam obruitur, conservandi; par
etiam nostris precibus adductus, occasi
januæ, quam initio dixi, in Japone pate
ctæ; his, inquam, de caussis Pontifex
dulgentiam plenariam, Jubilæúmque
plissimum omnibus Societatis homini
largitur, quicumque sacra confessione
communione facta, nominatim pro illo
populorum ad Ecclesiam traductione,
um erunt deprecati. Quo quidem
præstanti munere, ut cum certa stabili
animorum nostrorum utilitate, & ill
atque insigni illius nationis emolume
perfruamur, cohortor omnes in Domi
(quod commodo cujusque ex præscr
Superiorum fieri poterit) in Exercitiis
ritualibus dies aliquot ponant, séque ad
ceram animosámque confessionem com
rent; generalem, scilicet, aut Superio
dumtaxat mensium, initio ab ultima
(uti statis temporibus fieri ex Constitu
nibus nostris solet) aut etiam vitæ to
in Societate actæ, ut cuique commod
erit. Ex quo novam omnes vitam no
animi ardore instituant; sic prorsus, ut
ipsa cujusque appareat instauratio, tum
perfectione sua, tum in zelo animarum.
quoniam etiam perfecti viri aliquid sem
habent, quod renovent, & in quo cresca

neque satis est hac, aut alia, quapiam occasione interdum cogitationem conatúmque conferre; vos vehementer etiam atque etiam hortor, ut animum ad ejusmodi exercitationes spirituales identidem referatis; præcipuè verò post operam aliquamdiu in missionibus, aliísque Societatis muneribus collocatam, Ut nimirum cogitemus vias nostras: &, quo majore deinde animo ac viribus ad opus redeamus, interquiescamus interdum ac respiremus. Ità demum quisque nostrum illam verè Prophetæ vocem usurpabit: *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Illud enim & usus ipse docet, & Societatis nostræ parens IGNATIUS censuit, atque adeò in epistola quadam testatum reliquit, ejusmodi meditationes (quas ille arma spiritualia in Constitutionibus appellat) non modò ad cujusque nostrûm, sed etiam ad aliorum incolumitatem, ac salutem maximo esse præsidio. Hinc porrò magna Dei cum gloria fiet, ut omnes, qui viderint nostros, cognoscant illos, *quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* Quam ille benedictionem pro sua immensa benignitate confirmet, perpetuóque adaugeat in nobis, ut quos & ipso vitæ genere, & purgandi illuminandique alios munere, Angelorum (quorum festum solemnémque diem hac lu-

Psal. 118. 59.

Ibid. v. 131.

Par. 4. c. 8. §. 5.

Isai. 61. 9.

ce celebramus ) in hoc exilio ſocios eſſe
luit, his beneficium ſuum ſtabiliat & cu
let in patria : ubi una cum beatis illis ſpi
bus miſericordias Domini in æternum c
tetis ; & ſimul cum aliis compluribus
dem per vos inductis, ante thronum D
Apoc. 5. Agni concinatis : *Redemiſti nos* Domine
9. & 10. us *in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lin*
*& populo, & natione : & feciſti nos Deo n*
*regnum, & Sacerdotes ; & regnabimu*
ternum. *Amen.* Romæ III. Kal. Octo
anno poſt Chriſtum natum 1583.

*Omnium in Chriſto Servus*

CLAUDIUS AQUAVI

Præpositorum Generalium
Societatis JESU.

VIII.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Tertia,

Ad Patres & Fratres Societatis.

Anno 1586. 10. Maii.

## *De studio perfectionis, & caritate fraterna.*

*Studii perfectionis necessitas.*

1. SI munifici dona largitoris, cujus beneficio vitam, & eam quæ natura nobis inest, & longè diviniorem alteram adepti sumus, primigeniam apud nos dignitatem suam perpetuò retinerent; & si nos, arborum instar, ad vitalis fluvii, qui cælestem lætificat Jerusalem, patriam nostram, decursum consiti; & ab æstu quam

longissimè gelúque semoti, perennem il
irrigationem, & sempiternam velut p
soli cælíque serenitatem hauriremus; n
attineret tam gravem nos & quotidian
in rebus nostris, quæ pæne in horas d
psæ fluunt, aut silvescunt, dijudicandi
prout opus fuerit, repurgandis, novan
& alio atque alio apparatu tuendis, ope
collocare. Jam verò cùm perpetuâ a
infestâ mortalis corporis pugnâ grave
& sarcinâ; cúmque, quasi stirpes quæ
in siticulosos saltus transpositæ, pereg
adversáque glebâ conflictemur, mirum
mini videatur, si necesse sit jugem adh
re solertiam, ac velut artem, quæ nos
colat, erigat, obtegat, adminiculetur
adjumenta conquirere, quæ ad omnem
bis incolumitatem, atque incrementa
sidio sint: non secùs atque teneriores
dam atque opere topiario eleganter in
tæ, aureorum malorum arbusculæ, si
gidiore cæli plagâ, ac perpetuis vexe
nivibus, singularem cultoris vigilanti
laborúmque contentionem desiderant
nativam vim suam & pulcritudinem tue
tur. Cùm præsertim etiam postquam
ligioni nomen dedimus, non rarò reliq
fiat in nobis veterum semen aliquod e
rum, ac velut anteactæ vitæ lolium:

terquam quòd in ea quæ auſpicatò cœpta ſunt, tranſverſa ſoleat incurrere parùm conſtans naturæ noſtræ conditio, quæ quantis ponderib, ad pejora ferè nos deprimit, tantò majoribus vigiliis, & quaſi lacertis eſt obnitendum. Ea de re cùm verba faceret D. Gregorius Nazianzenus, exponerétque cæ- In Apolog. Ad Patrem. læſte donum, quod initio divinitùs accepimus, quàm ægre conſervetur, Saulis Regis pertractat exemplum: negátque ulli dubitandum eſſe, quin per inhabitantem Spiritum ſanctum fuerit ille in ſpiritualem virum commutatus. *Verùm*, inquit, *quia non ſe totum Spiritui præbuit, nec purè alium in virum mutatus eſt, quemadmodum oraculo de ipſo proditum fuerat; ſed improbitatis ſcintilla priſtina, malique ſeminis aliquid in eo reſtabat, erátque in eo pugna ſpiritûs & corporis, notiſſimis illis tandem jactatus eſt tragœdiis.* Et ſubjicit paullo poſt: *Illud tamen hinc animadvertitur, quod tametſi gratia divina non contingat indignis, nec omnino in malum & ineptum inſtrumentum cadat, nam rectè dictum eſt (etiam me aſſenti-* Sap. 1. 4. *ente) in malevolam animam non introibit ſapientia nihilominus propter mutabilitatem habitûs, ac naturæ humanæ, nequaquam minoris negotii ſit, meâ quidem ſententiâ, dignitatem ſuam, & concinnitatem ſervare,*

*quàm ab initio verè aptum concinnúmque di, ac dignum effici: præsertim cùm ipsa tia sæpenumero (ut quod omnium mal nostrorum miserrimum est, & absurdum ximè proferam) fastu quodam animos rens à DEO dejiciat eos, qui non rec ipsum propius accesserant, eóque modo ut dum extollimur, deturbemur, quo p tum fiat supra modum peccans, per rem mihi mortem afferens.*

*DEO se quisq; totum devoveat.*

2. Duas nobis res hoc facto, & gravibus verbis religiosissimus Pater mendat, ambas quidem perneceſlaria qui à despicatis ac stolidis domûs su mentis conquirendis, hoc est, a vecor ac brutis hujus vitæ voluptatibus & abstracti, sese in altioris vitæ genus pêre. Una res est, ut Deo se quisque mente devoveat, nec ullam in seipso cupiditatis sementem reliquam pat Nam propterea sanctissimus Doctor mat, fuisse adhuc in Saule spiritûs & co ris pugnam (neque enim sentiebat, posse nos penitùs immunes esse, dum gili fluxóque corpore destinemur) se lud modò nos monitos voluit, Si ad um, ùt inquit Apostolus, *in plenitudin dis accedamus*, hoc est, Si & nosmet exuere, & induere Deum, ex animo

deamus, ità posse nos, & solere divinis auxiliis confirmari, ut licèt nonnulla resideat rationem inter sensúmque dimicatio, non ea tamen sit, quæ vel internæ civitatis tranquillitatem perturbet, vel in dubium revocet, uter in hac dominetur, atque imperet: sed potiùs invicta mens jus suum tueatur, & impetus concupiscentis animæ, nè longiùs evagentur, coërceat. Contra vero quicumque ità se Deo Religioníque addixêre, ut interea loci neque omnem de se curam abjiciant, neque mundo placere velle desinant, minimè mirum est, si magnis periculorum fluctibus agitentur. Nam hoc quidquid mali seminis in ipsis residuum est, sensim pullulat atque adolescit in culmum: & (quod aliquando sibi D. Augustinus fatetur timuisse) quæ tenuissima licia videbantur, in funes pæne nauticos excrescunt, arctissiméque quos implicuêre, devinciunt. Itaque testatur ille, se tùnc à Deo, ut nequaquam desisteret, exstimulatum, nè, *si non*, inquit, *abrumperetur idipsum exiguum & tenue, quod remanserat, revalescere iterum, & me robustius alligaret.*

3. Altera res est, quòd, esto rebus iis, quas admirantur homines, initio nuntium remiserimus ex animo; tam lubricum tamen, & ad deteriora declive naturæ pondus

*Nullum in se toleret semen cupiditatis.*

dus est, ut quàm facillimam conversion
& inclinationem tranquilli statûs ca
nihilominus laboriosum atque arduum
quàm ad præclaram aliquam animorum
gnitatem, & quasi concentum pervenis
cum præsertim ( quod in malis nostris
ctuosissimum miseriæ genus est ) ipsis
erga nos Dei liberalitas nonnullos interd
plùs nimio jam elatos, sibíque præsiden
ex cælestium copia donorum ( nisi t
quam in gyrum rationis ac modestiæ
cantur ) ab eodem Deo, ad quem non
par erat accessêre, deducat atque abst
hat. Eos igitur præcipites agit, dum
tollit incautos, ut satis indè perspicuum

Rom. 7. 13. at illud Apostoli, *Peccatum, ut appar
peccatum, per bonum operatum est mihi m
tem, ut fiat supra modum peccans peccat*
hoc est ( ùt Chrysostomus interpretatu
peccatum turpitudinis ac nequitiæ suæ
rus satis manifestò prodit, cùm sanctis
mam planè rem per summum scelus, ac
cordiam nostram in strumam vertat ac p
stem. Quocirca, nec mihi, nec vobis m
lestum esse decet, quas possumus, sequi
que urgere opportunitates ad mentem no
stram identidem excitandam, scientes, Fr
tres à Deo dilecti, electionem vestram, cùm
quantò majoribus donis aucti videmur, tan

tò severior eorum ratio reddenda sit ; & quantò copiosiorem miserationis suæ vim erga nos Deus ultro profudit, consequens etiam sit, ut tantò graviùs nostræ tarditati inertiæque succenseat, ut, si hoc spectetur, hominum ceterorum, qui se pæne totos tenebris mersêre, delictis vix commoveri videatur. *Quis cæcus* (inquit per Prophetam quemdam) *nisi servus meus ? aut quis surdus, nisi ad quem nuntios meos misi* ? ac si apertè profiteretur, ceteros neque cæcos esse censendos, si offusis cælo tenebris videant nihil ; neque surdos, si, quibus nihil loquere, non audiant : verùm si qui sint, qui in clarissima luce caligent, & ad nuntiorum clamores obsurdescant, id demum cæcitatis esse, id surditatis argumentum. Isai. 42. 19.

4. Id quod ut planiùs explicem, (tametsi de vobis dilectissimi meliora, quin etiam altiora confidam) nego, ullam nobis excusationem in Dei conspectu profuturam, nisi eum teneamus vitæ cursum, eámque lucem sequamur, quæ nobis, id agente Deo, per famulum suum IGNATIUM ex Constitutionibus, ex nostræ Societatis instituto, ex ejusdem denique optimi parentis, dum in humanis ageret, gravissimis monitis, & salutaribus affulget exemplis. Cùm præsertim Dei præterea benevolen- *Constitutiones observet.*

tissima sedulitas quotidie mentibus nos variè præluceat, & stimulos ad meliora s jiciat. Neque nobiscum velut cum ser agat, exponens dumtaxat, quid à nobis rili more depoſcat, sed ùt carissimos liberos instituat, consiliorum etiam suor communicatione dignatos. Atque, ut sa alia faciamus, una vox illa Redempt

Joan. 14. 15. nostri, *Si diligitis me, mandata mea ser* cujusnam pectus non emolliat? sanè a dixisset, non pœnas denuntio, pollicita nes meas non inculco, non meorum e vos meritorum rationes exigo, non p ob oculos præmiorum amplitudinem; illud unum: Si diligitis me, perficite q jubeo. Quis tam ferus ac ferreus sit, q secum ipse reputet, quis loquatur, & q bus id verbis commendet, inusitata m tis dulcedine non liqueſcat ac fluat; cer que statuat alacri atque erecto animo gredi, quidquid perspexerit illius aut luntati gratum, aut honorificum majes

Psal. 15. ti? *Hæc est pars mea, & hereditas mea;* nebat S. David. Sequantur alii quæ m ximè velint: suas licèt, quàm longè la que nôrint, proferant cupiditates; mea rò pars fuerit, Domine, custodire lege tuam.

*Divina* 5. Verùm majora adhuc atque il

str

ſtriora jura ſunt, ùt Divus annotat Baſilius, quæ nobis quaſi Prætorianis militibus, aut Regiis cubiculariis ſanciuntur, quàm quæ promiſcuè feruntur in vulgus. Eam ob rem noſtræ quæ ſint partes, attendamus. Sunt autem illæ, in quibus figenda noſtra omnis mens & locanda eſt, nimirum ut in omnem vitam divinæ voluntati obſequamur & gloriæ: neq; Dei ſervus alia in re ulla ſuam poſitam eſſe exiſtimet vitam, delicias, beatámq; tranquillitatem, quàm ſi totum ſe fingat & accommodet ad arbitrium nutúmque Dei; cujus voluntas totius eſt juris ac recti certa lex; cujus ſtudium, ut ei nos, noſtræ ſolùm felicitatis cauſsâ, morem geramus, cujus obſequium jucundiſſima quies: ab eo verò recedere, extremum malorum omnium. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam*, ajebat Pſaltes. Cùm enim os aperuiſſet neceſſariæ refrigerationis gratiâ, teſtatur duxiſſe ſe vitalem auram de cælo, hoc eſt, perficiendi, quæ Deo placent, deſiderium, quod ſolum reſpirationis loco velit habere, dum vivat. Deus meus (ùt ità loquentem David faciamus) in quo vivo, moveor, & ſum, meo quidem in ea, quæ jubeas, obſequio, tibíque obtemperandi ſtudio perinde ſuſtentor, atque animantes reſpiratu. Itaque

*voluntati obſequatur.*

Pſal. 118. 131.

que ſicut corpus quovis temporis punc
frigidiorem auram hauriat oportet, nè
tivus calor intercluſus extinguatur; ità m
to etiam magis pæne in horas, aut in m
menta potiùs explendæ tuæ voluntatis
more, ac pietate meus animus recreat
Hoc itaque deſiderio, quaſi quodam o
hiatu, ſuaviſſimam requiro aſpiration
& quidem quanto poſſum creberrima
prout hujus fœneæ domûs, quam inhab
to, patiuntur anguſtiæ. Neque immer
tò ait: *Os meum aperui.* Nam, ùt Sapie
tes tradidêre, aſpiratio meatu oris exci
trajicíque non ſolet, niſi cùm permagnu
& præſentiſſimum influentis aëris ſubſid
um, vita nè opprimamur, expoſcit. Iis ig
tur verbis ſanctiſſimus vates declaravit, no
ſinè maximo melioris vitæ periculo, ull
unquam momentis piam hanc aſpiration
qua ſub divinæ jus voluntatis noſtram ſub
jungere cupimus, intermitti: aut fortaſſ
ità vehementibus incenſíſque ſtudiis ad De
voluntatem capeſſendam ſeſe inflammatum
animadvertebat, ut propterea ſe reſpirand
viciſſitudine, tamquam gravis æſtûs allev
mento, reficiendum putaverit. Hoc de
nique illud eſt ſtudium, quod noſtræ voca
tionis ratio nobis imponit: hoc conſilio So
cietati Jesu nomen dedimus, ut Patris ac

Do-

Dominatoris noſtri voluntate nihil habeamus antiquius, & reipſa præſtemus id, quod ex graviſſima Conſtitutionum aſſeveratione, & ex primis adeò tirocinii noſtri rudimentis, tamquam cum lacte nutricis exugere viſi ſumus, nempe, ut Dei voluntatem, cujus interpretes Præpoſiti noſtri ſunt, noſtram eſſe, arbitremur. Qua in re frequens ac perennis exercitatio eximiam quamdam vim habet efficiendi, ut & in dies majorem ex illa capiamus voluptatem, & neſcio quo ſapore, admirabilique luce, quæ naturæ facultatem atque aciem exuperat, perſpicuè dignoſcamus, hoc diſciplinæ genus hauſtum decerptúmque fuiſſe de cælo. Id tamquam pro teſtimonio dixit Salvator noſter iis verbis: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina mea, utrùm ex Deo ſit.* Hoc eſt eam doctrinam ſi vitâ ac factis exprimere ſtudeamus, arcanos quoſdam ſenſus, & inuſitatos afflatus ſupra conſuetudinem, ſupra mortalitatem nanciſcantur, ut propterea ſapientiam iſtam divino ſatu fuiſſe ortam, facilè in animum inducamus. Joan. 7. 17.

6. Verùm hujus ſuavitas argumenti meam longiùs, quàm oportuit, provexit orationem: voluiſſem enim, non ùt alias feceram, pluribus agere, ſed breviter id dum- *Quænam conferant ad bonum Societatis conſervãdum?*

ta-

taxat, quod hoc tempus postulabat, ex
nere. Scripseram namque aliàs impu
ea, quæ tunc nuntiabatur, Japonicæ Ec
siæ bona fruge, & cohortatus unumquem
ut renovaretur spiritu mentis suæ; misi
am, quod nobis ad eam rem promoven
piæ memoriæ Gregorius XIII. concesse
Jubilæum. Nunc cùm non ità pridem ex
narum regnis recens orta esset occasio, ut
ejus rei lætioribus initiis, quod Dei mu
est, cognoscere potestis; alterum putavi
tendum, quod à Sanctissimo Domino no
Sixto V. impetravimus. In quo illud ad
ampliùs est, quod ad bonũ Societatis nost
statum, ejúsque feliciores progressus à D
impetrandos concessum est. Indè plan
fit, & quanta sit hujusce rei magitudo
quantò officii nostri major obligati
quanta denique in unoquoque nostrum
posita vis ac facultas, ut eorum, quæ
mus, secundos exitus consequamur.
*magnitudo*, inquam: neque enim solùm
Dei obsequium per se valet quàm pluriu
prosperitas, ac perfecta pietas Societatis
stræ; sed etiam, si cogitationem inten
in omnia studia, quæ nostrates in Japon
rum, Sinensium, aliarúmve gentium sa
tem conferunt; certè nec ad animarum
cra, nec ad Dei gloriam, ùt oportet amp

ficandam, conatus noſtri momentum ullum habituri ſunt, niſi ſuâ ipſa Societas vi, ac firma valetudine cohæreat. Nam imbecillum ſi fuerit, nec probè affectum corpus, ejúſque membra in ſuis obeundis muniis langueſcant, nullum cum laude curſum ſeu pugilatum adorietur. Dixeram adhuc, *Officii noſtri major obligatio*: nam ſi (ùt ſuperioribus litteris de ſpiritu renovando fuſiùs diſputavi) religioſiſſimam vitæ rationem à nobis Deus exigit, ut proximis adjuvandis Societatis induſtria ſit ſalutaris; quantò ſeveriùs repoſcet, ut ipſa Societas non modò nihil per nos de ſtatu declinet, ſed ut vigilantiâ potiùs & contentione noſtra ad ampliora ſe tendat atque erigat?

*Vitium unius redundat in totũ corpus.*

7. Quam ſanè ad rem nec leve nobis calcar acceſſerit, ſi cogitemus, ex nobis univerſis corpus unum coagmentari; eámque eſſe membrorum inter ſe conſenſionem, ut unicuique pertimeſcendum ſit, ſuo nè vitio in reliquum omne corpus aliquid redundet periculi. Mirum atque horribile planè eſt, dignúmque ob quod ambæ audientium aures (ùt ſcripturæ loquuntur) meritò tinniant, meminiſſe apud Iſraëlem, duce Joſue illuſtrem, Deo autem Principe ac moderatore gloriantem, & tunc ejus juſſu eductum in aciem, propter unius Achan fur-

1. Reg. 3.

furtum de anathemate Jericho, quam totis pæne castris turbatum sit, fusis ab iste tribus millibus fortissimorum Israël. Deo severè denuntiante: *Non poterit is stare ante hostes suos, eósque fugiet, quia lutus est anathemate:* &, quod longè ma horrificum est, *Non ero*, inquit, *ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est.* Et quamvis unius esset sacrilegium, universos tamen (ùt annotat Augustinus) afflixit ac perculit: *Ut non, inquit, se solum quisque curet in populo, sed invicem sibi adhibeant diligentiam, & tamquam membra unius corporis, & unius hominis alia pro alia sint membra sollicita.* Quo sanè facto sempiternus Judex indicavit, quanta sit singulorum in aliquo cœtu ac sodalitate communitas, cùm eorum nullus seorsim sibi censeatur, sed singuli sint quarumdam partium instar in toto. Vides, inquit Chrysostomus, qnomodo unius peccatum in populo vindictam accersit? Quomodo Deum adversùs multitudinē hostem reddidit? Sed bona sunt tua judicia, Domine, & nostram utilitatem dispensata. Lues quædam est peccatum: per ultionem evulgatur ac traducitur apud omnes, nè corrumpat omnes; ut ubi cognoverint, quantas miserias una peperit transgressio, fugiant ultionem

Josue 7. 12.

Quæst. super Josue lib. 5. quæst. 8.

De verbis Isaiæ: *Vidi Dominum.* hom. 1.

de multis alioqui sumendam æternam vindictam. Eam ob rem viri sanctissimi, qui & veræ humilitatis spiritu præditi, se nunquam humanis exutos vitiis agnovêre, & caritate incensi proximorum zelô fervebant, sua peccata (quod de Catharina Senensi, aliisque proditum est) malorum omnium, quibus Ecclesia vexabatur, caussam dedisse putabant. Jam verò nobis, quos non modò communis illa unius Ecclesiæ necessitudo connectit; sed adhuc proprius quidam ejusdem instituti ac vocationis nexus astringit; quantò magis metuendum est, ne quod privarim à singulis delinquitur, gravi totius corporis malo luatur ac vulnere? Neque luatur modò, sed periculosa etiam imitatione exempli serpat longiùs: ea namque res proclivius ad perniciem, cùm semel cœpit, labitur. Hac porrò de caussa paullo antè dixeram, in unoquoque nostrûm magnam positam esse vim ac facultatem, ut eo sit loco Societas, qui nostrum omnium respondeat optatis; cùm non modò possimus à Deo cattissimis precibus id impetrare, quemadmodum & veram exteris gentibus religionem, & Ecclesiæ splendorem pristinum; sed etiam nobis, qui vinculo consociamur arctiori, divinam demerebimur benignitatem, quo plenis miseri-

Epist. 7. & aliis.

cordiæ oculis aliquando reſpiciat ac ſub
vet Societatem univerſam.

*Similiter & Virtus*

8. Hinc & illud exiſtet, ſi unumqu
que hujus corporis membrum meliore
tu ſeipſum perpoliat atque exornet, co
quens eſſe, ut ex ſingularum partium or
mentis totius etiam nitor ac pulcri
ſplendeſcat. Ex iis planum fit, & qua
obligatio ſingulorum, & quæ hujus op
magnitudo, utque totius corporis robu
valetudo cum ſtatu cujuſque partis in
cita ſit & cohæreat. In eum igitur u
curatum eſt, ut Sanctiſſimus Dominu
ſter Sixtus V. ex Eccleſiæ theſauro
læum illud noſtræ promeret Socie
Quod ſi nequiſſimus Satan, cùm indig
mè ferat, divina manu, & Societatis o
tam multis orbis terrarum regionibus
dari ſe tam multiplici ſpe prædæ & ra
rum, facturus eſt, quod in ipſo erit, fi
nullum hujus vineæ ſepta diruendi, o
rendi vites, quatiendi turrim; ſatis p
quanta nobis vigilantia, quàm forti an
ac virtutibus exaggerato, perditis ejus
natibus obviam ſit eundum. Itaque
videndum eſt, ſi qua irruptio facta ſitu
am, ut ad repugnandum accurramus
verſi, iiſque malis non in præſens modò
etiam quoad ejus fieri poteſt, proſpicia

in posterum. Quin etiam ut sedulí vinitores non cavent solùm, ne exterminet vineam aper de silva, & singularis ferus depascatur eam; sed in novos etiam satus, traduces, repastinationes, propagines, quibus vitium feracitas ac decor augeatur, incumbunt; ità nobis quoque omni ope atque opera elaborandum est, ut non modò nihil detrimenti Societas capiat, sed ut in dies uberior ex ea proventus ac vectigal redundet. Psal. 79. 14.

9. Porrò, quoniam singulari Dei beneficio (id quod & mihi & toti Societati accidit jucundissimum) renovatio spiritûs, & piæ meditationes, quibus superiore Jubilæo vacatum est, mirificos nostris fructus peperêre; dubitandum non est, fore, ut minimam hanc familiam eâsdem, quas antea, exercitationes iterantem, nova Deus liberalitate ac misericordia prosequatur. Quocirca consimili nunc ritu modóque pervelim (qua de re Præpositis Provincialibus mandata perscribentur) ad hoc alterum Jubilæum nos comparemus, eóque avidiùs, quòd nunc agimus de conservando, amplificandóque Societatis statu: sed & quidquid hac de re tunc à nobis delibatum est, ad idem denuo gustandum magìs ac magìs nostram acuet aviditatem. Deum itaque etiam at-

*Reiterantur scripta in epistola praecedente.*

que etiam ſupplex obteſtor, nè meâ cau
culpáve, pii conatus ac cogitationes ve
concidant aut retardentur: vóſque pro
qua omnes ex animo complector, bene
lentia, oro vehementer atque obſecro,
gravem acrémque curam ſuſcipiatis de
ſtris ad abſolutam pietatem progreſſioni
Et quamquam ſuperioribus de ſpiritu re
vando litteris meis denuo attentéque
legendis, multò verò magis Examine, C
feſſionibus, Spiritualibus Exercitiis, & p
lo prolixioribus cum Deo congreſſibus
eundis, ex ejus incredibili beneficentia
ſecuturos vos confido, ut & planè int
gatis, quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & q
ſit ambulare dignè Deo; non commit
tamen, nè hanc nactus opportunitat
duas ſpeciatim ad res vos etiam atque
am adhorter: quæ ad id quod nunc agi
**Propoſitio.** opitulante Deo, ponderis plurimum va
tur habituræ.

*Studia Nationũ ſunt peſtis charitatis.*

1o. Quarum prior eſt, ut ità nobis
tua inter nos caritas curæ ſit, expurg
penitùs abjectíſque ex animo velut p
bus, parùm benevolis Nationum inte
ſtudiis, aliíſque id genus; perinde atque
una re contineretur (nam verè continet
Societatis incolumitas omnis ac proſpe
res: ſtudeamúſque optimam parentem
ſtr

ſtram reſtituere in antiquum (ſi qua ex parte is veteraſceret) nitorem ac jucundiſſimam benevolentiam, quæ naſcentis Societatis membra vinciebat. Nam ſi Sociorum multitudine aucti ſumus, caritatis tamen amplitudo nec hominum numero, nec locorum diſtinguitur intervallis. Quin etiam legere me memini apud D. Macarium; Sancti Spiritûs caritate in eam interdum hilaritatem, atque amoris vim excitari inflammaríqne pectus humanum, ut omnes homines nullo proborum improborúmve diſcrimine, intimis, ſi fieri poſſet, præcordiis ſuis condere vellet & collocare. Quantò magis hoc tamquam penſum iis reddendum eſt, quibus cum fraterna nobis neceſſitudo multis nominibus intercedit? quæ non qualemqualem à nobis amorem, ſed eximium quemdam repoſcit ac vegetum, ut S. Baſilius tradit: qui cum quæreret, quanam inter nos benevolentiâ copulari nos oporteat? Eâ, reſpondet, quam Chriſtus Dominus declaravit iis verbis: *Diligite invicem, ſicut dilexi vos: majorem dilectionem nemo habet, quàm ut ponat animam ſuam quis pro amicis ſuis.* Quod ſi ponenda anima eſt, quomodo non multò magis in iis, quæ minoris pretii ſunt, neceſſariò adhibenda eſt animi promptitudo non ea re, ut humanis officiis

Hom. 18.

Reg. bre. in interr. 162.

Joan. 15. 12. 13.

faciamus satìs, sed eo consilio, ut Deo
ceamus, & utilitati cujusque consulam
Id quod haud molestum ac difficile
erit, si reipsa præstemus, quod amant
Par. 3. c. mus Pater Noster Ignatius tertia p
1. §. 26. Constitutionum (id quod etiam in d
mamseptimam Summarii regulam trans
ptum fuit) commendat: Crebrò, in
admoneantur, ut in omnibus quærant De
exuentes se, quantùm fieri potest, am
omnium creaturarum, ut affectum uni
sum in ipsarum Creatorem conferant,
in omnibus creaturis amando, & omn
eo, juxta sanctissimam ac divinam ip
voluntatem. Quæ cùm ità sint, non
scurè intelligitur, quantùm à recta via
errent, qui privata quadam communio
vel generis, & consanguinitatis, vel co
milis naturæ ac morum, vel gentis, aut
triæ, abduci se sinunt ab eo nexu, at
animorum conjunctione, quæ inter nos
se debet.

*Hortatur ad unionem.*

11. Et quamquam primis meis ad S
periores litteris (quibus exposui, quam
ratione Nostris inter se, & cum exter
agendum sit) attigi nonnihil ea de re,
breviter indicavi, quanta & P. Ignati
fuerit, & mea nunc sit sollicitudo, nè q
adversùs hanc spiritûs unitatem peccetur

utpote multò magis quam credi possit necessariam; pro rei tamen magnitudine, & nè zizaniorum auctor, dum aliud agere videtur, simulatâ nescio qua specie recti, supponat aliquid suorum seminum; hic etiam paucis vos ea de re commonefaciendos putavi. Valde namque formidandum est, nè sicut olim paucorum culpâ, ùt loquitur D. Hieronymus, quamquam in re dissimili, *Ingemiscens orbis terrarum Arianum se esse miratus est*; ità vitiô eorum, qui in sedandis animi motibus non multum operæ posuerunt, quique, ùt ait P. IGNATIUS, nec ordinem, nec unionem ferre possunt, cum lacrymis aliquando miretur Societas, non eam se esse quæ fuerat, sed tamquam effœto jam corpore defloruisse. Cùm enim ab ortus sui primordio, nulla habita dissimilium nationum ratione, ex mutua animorum conjunctione & coagmentata sit & adoleverit; si aliò paullulùm deflecteret, Ægyptum non egressa sanè, sed ingressa, *linguam, quam non noverat, audiret.* Huic tam pernicioso, támque pestilenti morbo opportunè medetur, si castè integréque servetur memorata Constitutio; ut quanti sit ea momenti, facilè appareat, cùm possit, si ejus usus exolescat, tam gravis nobis labes & calamitas impendere. Itaque monemur, *DEUS in*

P. 8. Con. c. 1. §. 2.

*omnibus amandus, & omnes in DEO.*

in omnibus amandum esse Deum, & om
in Deo. Id quod si vigeat, & nationum
personarum ruet omne discrimen ac de
ctus. Nam si Deus in iis, quos diligim
diligendus est; is ubicumque fuerit, e
notter amor tendat ac porrigat oportet:
quidem vehementior in eos, apud quos
culentiùs diligendi ratio, qui Deus est.
lucet atque eminet. Itaque piè diliget
animus, sive Dei donis, quibus enitesc
alii, delectetur; sive alios iis, quibus
rent, ornamentis cupiat honestari; in ut
que sanè Dei, eorúmque, quæ Dei sunt,
amans & appetens est. Eam ob rem ne
ex alienis virtutibus, ceteríque rerum
ne gerendarum facultatibus (in iis en
Deum purior animus intuetur) invide
obtrectandíve, sed agendi gratias potiu
Deíque munificentiam collaudandi, ca
sam nactum se esse putat: neque illi ea, q
peccantur ab aliis, indignationem ac ti
machum movent, sed benevolentissima
potiùs commiserationem, & vehemens
dium, ut ad virtutum decora, quæ in
desiderantur, paranda proximus convalesc
Atque in hoc posita est omnis laus adama
tis, & quærentis Deum in fratribus, ut cu
agnoscat, & complectatur, ubicumqu
sit: percupiat vicissim, ut uberiore man
sua

ſuas ille opes impertiat, & tamquam præſentem ſe præſtet, ſicubi minus adeſſe videatur.

12. Hanc amandi viam ſi inſiſtamus, erit in improbis etiam, quod amemus, nempe naturam, & conditoris imaginem, optantes, ut Dei ſimilitudo rurſus in eis eluceſcat. Eorum autem, qui Dei amicitia gratiáque dignantur, hoc ſingulare ac cæleſte ornamentum feremus in oculis: avebimus etiam, ut iidem tam pretioſarum mercium pleniore copia cumulentur. Sicut autem divinæ gratiæ cõmunio tam latè patet, ut in ea nihil barbaros, Scythas, ceteráſque gentes interſit; ità ſi quis cogitationem defigat in Deo, in nullo hominum prorſus deſiderabit ac requiret, quod diligat, cùm ex Deo, qui præſto eſt omnibus, dimanet ad univerſos ſatìs magna cauſsa, & quaſi communis fons amoris; non ſecùs atque ad conſpiciendos colores quoſvis communis aliqua ratio ſuppetit, ſive lux ea ſit, ſive color. Ad hæc ſentiendi appetendíque vim (ùt à Philoſophis proditum eſt) ea re, in quam percipiendam intenditur, oportet eſſe vacuam, ut multas ad res adverti adhiberíque poſſit: alioquin ad aliud nihil pateret, quàm ad id, quod in ea fixum eſſet atque inditum.

*Et ideo etiam in improbis inveniemus, quod amemus.*

*Comparatio ab oculo colore imbuto.*

13. Sicut oculorum ſenſus ſi colo
uno aliquo eſſet infectus, ad reliquos c
garet, nam ſi viridi imbueretur, virel
putaret omnia; rubeſcere, ſi coccineo;
que in eumdem planè modum de aliis, q
rum ſi quempiam naturâ ſibi inſitum na
eſſet, non poſſet ceteris oblectari. N
aliter ſanè niſi voluntas noſtra privato
mores, ac propenſiones deponat atque e
at, benevolentiæ ſuæ vim in res unive
propter Deum, ex quo omnia, per qu
omnia, & in quo omnia ſunt, derivare
poteſt. Sed ſi ad patriam gentémque ſu
animus adhæreſcat, eorum modò colet a
citias, quibuſcum patriæ & gentis comm
nione copulatur. Idem eveniet, ſi nec
ſariorum ſuorum conſanguinitate delini
carni tantùm & ſanguini deſerviat. Par
reliquis judicium. Quòd ſi infeliciter
putaremus cum oculis, quorum videndi
ſuper colorem unum videret nihil, quid
voluntate, ſi amando ſimiliter affecta
ſentiendum? Certè neque corporis ocu
quos cum muſcis, & culicibus commun
habemus, ad quærendum, videndúmve D
um uſui poſſunt eſſe; neque ulla ocul
rum, ſicut voluntatis, virtute boni nom
namur & ſumus. Itaque ſumma ope
tendum eſt, ut denudetur voluntas, &
om

omnibus vindicetur affectibus, quo liberiùs eam curam & cogitationem induat, quæ Deo soli quærendo amandóque dicata est. Hac enim amor & defæcatur liquidùm, & omnes ampliatur in partes.

14. Huc pertinet celsitudo illa animi, & ampliſſima caritas Apostoli Pauli, cujus D. Chrysostomus non modò egregium laudatorem ac præconem, sed & præsentem quodammodo se præbuit spectatorem. Digna planè res, quæ nobis afferat admirationem, & pudorem incutiat. Ea verò mirificè licèt in tot vigiliis, ærumnis, periculísque aditis animarum caussâ, quas Christo parere studebat, eluxerit; privatim tamen, ac præter modum (ùt idem sanctus Doctor observavit) vim suam exprompsit in amorem, sedulámque curam, qua complexus est Onesimum. Servus is erat, & quidem profugus ab herili domo, quam & furto vexaverat: eum tamen Apostolus, quamvis omnium Ecclesiarum pressus sollicitudine, unicè dilexit. Nam illi & veniam deprecatur à Philemone, & tam inusitatum habet honorem, ut eum & filium suum in vinculis, & viscera sua, & alterum se nominare non dubiter. Hæc ei præstabat Apostolus, quia, ùt ait Chrysostomus, non hoc considerabat, quòd unus esset, qui peccaverat, &

*Exemplũ universalis amoris in S. Paulo.*

Hom. de profectu Euang.

Epist. ad Phile.

& præsidio egeret, sed quod homo esse homo dignissimum Dei animal, & prop quem, nec unigenito suo Pater pepere Non enim mihi hoc dicas, quod sit fug vus quispiam, vel latro, vel fur, vel f noroſus, vel quod sit pauper, abjectus, lis, & nullius frugis: sed cogites, quod ipso mortuus est Christus, sufficiátque bi, utpote idonea sollicitudinis causa. C gita quantum illum esse necessarium f quem tantus Christus ità appretiatus est nec sanguini suo pepercerit. Neque en opinor, si Rex pro aliquo occidi vell quæreremus argumentum aliud, num gnus quispiam ille sit, quem Rex tanti cit. Jam verò perpendamus, quanto gnandi sint amore, qui non servi, sed fra nostri, non fugitivi, aut fures, sed fact sunt contemptores abdicatis ob Christ omnibus, in eamdem nobiscum conscr militiam, iisdem castris, signisque cer riati, ad quotidianos labores atque excu as in Dei tandem adoptationem, & here tarium regni jus adsciti. Nihil igitur n hi antiquius, nihil in optatis magis e quàm, ut quanto maximo possumus studi conglutinemur inter nos mutuæ necessit dine caritatis, quæ ab Apostolo meritò d

Coloss. 3. 14. citur *vinculum perfectionis.*

15. Na

15. Nam & tum demum præstitisse nobis videbitur Deus, quod desponderat per Sophoniam: *Reddam*, inquit, *populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & serviant ei humero uno*, Labium verè electum, neque enim in linguis omnibus ulla pretiosior, neque ad loquendum, audiendúmve jucundior, neque ad res bene gerendas valentior, quàm id linguæ genus, quod animorum, consiliorum, operúmque conjunctione fraternus amor format atque instruit. Hinc enim existit Deo famulantium tanta consensio, ut uno quasi humero, quidquid est onerum portare videantur. Sed & illud memoriâ repetendum, cùm Deus sacrilegos turris Babel architectos ac molitores ab opere quod stultè, & adverso Numine machinabantur, arcere, & tamquam deturbare statuisset; id demum non aliter perfeciſſe, quàm dissimilium confusione linguarum, Tantùm valet ad res interturbandas dissidium quodvis, etiam linguarum, tametsi magna foret inter illos consiliorum voluntatúmque conspiratio. Nos contrà si vivas ac spirituales domos, juxta S. Petri sententiam, in nostris, proximorúmque mentibus extruere contendimus; & ad muros felicioris Jerusalem, pro quibus ut benignè faceret Dominus in bona voluntate sua, David

*Dissidium linguarũ turbat charitatẽ.* Sophon. 3. 9.

1. Petr. 2. 5.

Psal. 50. vid castissimè precabatur, exædificandæ liquid afferre momenti, idem jugum tra mus oportet, & ad unius linguæ consu um redeamus: alioquin labores quidem gni, laborum fructus pæne nullus.

*Rerũ naturalium concordia.* 16. His expositis, perspicuum est (q & initio dixeram) quàm exitialis sit illu lut linguarum varietas, & quàm severe eos animadvertendum, qui tantam luem portarent in familiam nostram; cùm malo grassante, & structuræ tam illust & divinæ gloriæ feliciter provehendæ bor omnis, atque apparatus noster fra tur & concidat. Multa quidem in h sententiam possent adduci, non modò Euangeliis, Patrúmque libris, atque ex plis, quæ ad nihil ferme aliud nos inst unt; nec solùm ex nostris Constitutionib quæ nullam in rem gravius aut creb amplificandam excurrunt, perinde at hoc Societatis esset columen ac firmam tum; sed etiam ex omni rerum natura. quidem cælum, terra, ùt egregiè disp

Orat. 1. de pace. Gregorius Nazianzenus, elementorum m tiones ac temperaturæ, membrorum p portiones & conjunctiones, animalium trimenta, ortus, habitationes distinct quorum quædam imperant, quædam sub cta sunt, quædam sub jugum à nobis

tuntur, quædam libera sunt. Hæc igitur omnia cùm ità se habeant, ac secundùm primas causlas harmoniæ, sive conjunctionis, & mutuæ concordiæ regantur ac moveantur; quid aliud putare debemus, quàm prædicare amorem & concordiam, suóque exexemplo conjunctionem animorum inter homines sancire? Contrà verò sublata consensione, quam vocat ille pulcerrimum & utilissimum Christianæ sapientiæ decus, rerum vastitas continuò desævit, & ordinis perturbatio. *Quæ*, ut illius verbis utar, *in aëre quidem fulmina, in terra succussiones, in mari exundationes, in urbibus ac familiis bella, in corporibus morbos, in animis peccata, quasi novas res moliendo, introduxit.* Veniat illud in mentem, Patres ac Fratres desideratissimi; *Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maximæ dilabuntur.* Cujus enim navis tam constans est ac firma compactio, ut evulsis clavis, quibus tabulæ & trabes agglutinantur, non statim fatiscat, ac recidat in struem lignorum, cujus sit usus in re nautica nullus? Cujus verò aut turris aut arcis tam septa atque munita firmitas ac robur est, quod soluta compage saxorum non continuò ruat, atque ex propugnaculo degeneret in acervum, temerè congestis in unum lapidibus? Non enim ex saxis & cœ- Salustius.

men-

mentis, sed ex apta & quasi demensa su
rum cœmentorúmque structura turris
murus assurgit. Quin etiam de Regnis
Luc. 11. 17. vator clarè demonstrat : *Omne regnum*
*ipsum divisum desolabitur, & domus*
*domum cadet.* Profectò sicut concor
Societatis statum, quæcumque irrum
extrinsecùs, labefactare non possunt,
vicissim si concordiæ inter suos jacturam
ciat, nullis poterit extraneis cohærere
sidiis.

*Dissidii incommoda.* Serm. 29. Cant. 17. Et quoniam D. Bernardus,
illud Canticorum exponeret, *Filii m*
*meæ pugnaverunt contra me*, præclare,
assolet, de hoc toto argumento disputat
cèt ab omnibus sermonem illum perlegi
lim, quò magis tamen ad magnum uni
que sit, hic illius partem aliquam disputa
nis adscribam. Cùm igitur de gravissi
dissidiorum incommodis ageret, *Longè, g*
*so*, inquit, *à nobis facite semper hoc tam*
*minabile, & detestabile malum vos, qui*
*perti estis, & quotidie experimini, quàm*
*num sit, & quàm jucundum habitare fra*
*in unum; si tamen in unum, & non in sc*
*dalum; alioquin nec jucundum planè, nec*
*num, sed pessimum ac molestissimum. Va*
*tem homini illi, per quem unitatis vincu*
*jucundum turbatur: judicium profectò por*

bit, quicumque est ille. Antè mihi contingat mori, quam audire in nobis quempiam justè clamitantem: Filii matris meæ pugnaverunt contra me. Nónne præsentis congregationis tamquam unius matris filii omnes vos estis, singuli alterutrum fratres? Quid ergo aforis vos conturbare aut contristare possit, si intus bene estis, & fraterna pace gaudetis? Denique quis nobis nocere poterit, inquit, si boni æmulatores fueritis? Quamobrem æmulamini charismata meliora, ut bonos vos probetis æmulatores. Charisma peroptimum caritas est, planè incomparabile, quod novæ sponsæ cælestis sponsus toties inculcare curabat, nunc quidem dicens: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Nunc vero: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem: &, Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. Itémque orans unum eos fore, sicut ipse & Pater unum sunt. Et vide, si non ipse Paulus, qui te ad charismata meliora invitat, inter cetera caritatem in summo ponit; sive cùm fide & spe dicit eam esse majorem, & supereminentem scientiam; sive cùm enumeratis pluribus ac mirabilibus superna gratiæ donis, tandem ad superexcellentiorem viam nos mittit, haud aliam profectò illam quàm caritatem definiens. Denique quidnam huic comparandum

Joan. 13. 35.

1. Cor. 13. & 14.

*putemus, quæ ipsi præfertur martyrio, ac transferenti montes? Hoc igitur est, quod co, Pax vobis à vobis sit, & omne quod ex secus minari videtur, non terret, quia non cet. Nam è contrario quidquid foris diri apparet, nulla est profectò consolatio intus (quod absit) seminarium discordiæ minaverit. Proinde, dilectissimi, pacem bete ad vos, & nolite lædere invicem, non cto, non verbo, non signo qualicumque.* T dem ut hac de re, de quâ, cùm nostra v menter interfit, pluribus egi, quàm c târam, scribendi finem faciam; magnop cupio secum quisque reputet, quod P Noster decima parte Constitutionum dit, & refertur trigesima regula inter c munes: *Caveant*, inquit, *sibi omnes a affectu, quo aliæ de aliis nationibus sin sentire, aut loqui solent: quin potiùs, & ne sentiant, & peculiari affectu diversas nationes prosequantur in Domino: ac pr de nemo bella contentionésve inter Christia Principes in colloquium inducat.* Usque a planè abhorrebat ab hoc malo, ut nè quidem sermones suis licere vellet, qui aut de Principum agatur simultatibus, aliis aliæ nationes obloquantur.

*Charitatis indi-*

18. Nè quid igitur resideat inter inimicum concordiæ, sive id ex studio

tionum, sive ex aliis redundet fontibus sanè amariſſimis, cùm ad lætiores progreſſus omne nobis iter atque aditum intercludant, unuſquiſque velim in ſe ipſe acriter inquirat, & attentè diſpiciat, quàm ſedulò fraternam colat conſenſionem: neque leviter eam rem decurrat, ſed cujuſmodi ſit ſua caritas, exploret ad Lydium lapidem, & exigat ad eam normam, quam Apoſtolus præſcribit his verbis: *Caritas patiens eſt, benigna eſt: caritas non æmulatur, non agit perperam: non inflatur, non eſt ambitioſa: non quærit, quæ ſua ſunt: non irritatur, non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Hoc igitur modo ſi quaſi ad Lydium, ùt dicitur, lapidem exploretur caritas noſtra, ſi qua harum laudum effectorúmve careat, nondum omnes virtutis numeros complexa cenſeatur: ſed quot ornamentis ab Apoſtolo commemoratis deſtituta ſit, tot eam gradibus, & quaſi notis ab eo, quod ſummum optimúmque eſt, abeſſe arbitremur. Enitendum igitur eſt, ut eam ad id, quod perfectum, ſuíſque omnibus partibus expletum ſit, perducamus: & ſi laude patientiæ careat, vel benignitatis, vel alicujus ex reliquis, eam, quæ deſideratur, comparemus.

*cia, & effectus.*

1. Cor. 13. *Caritatis ſigna.*

Nec facilè mihi venit in mentem, quamn
ad aliam libellam ista res exigi possit,
qua magìs appareat manifestò, vel quid
cuique desit in hoc genere, vel quæ sib
tio ineunda sit, ut rectè amandi legem
tegram inviolatámque conservet, quàm
positoli memorata præscriptio. Illud de
que habeamus, fructum, quem Domin
Joan. 15. 16. nobis reposcit iis verbis, *Ego vos eleg
eatis, & fructum afferatis, & fructus v
maneat*, aliud nihil esse quàm caritatem
Trac. 86. in Joan. D. Augustinus exponit. *Maneat*, inq
*dilectio: ipsa est enim fructus noster.* (
circa etiamsi sanguinem profundamus,
Angelorum etiam linguis loquamur,
montes solo verbo transferamus; nisi
damus hunc fructum, nihilominus ùt in
ctuosi palmites præcidemur. Cujusc
crimen si jure plectendum est in omnì
(nam ex sterili ficu testari voluit Domin
quæ supplicia in desides homines ac p
steriles constituta sint) quibus tandem
curibus, quibus flammis sævietur in ea
bores, ex quibus nec soli, quod occup
uberrima feracitas, nec siderum, quibu
flantur, benignissima vis, quidquam bo
frugis expressêre.

*Et fructus.* 19. Neque prætereundum puto q
ad hanc rem maximè, de Euangelica

scribit Ambros. *Quod de Judæis*, inquit, *dictum, omnibus cavendum arbitror, & nobis maximè, nè fœcundum Ecclesiæ locum vacui meritis occupemus, qui quasi malagranata benedicti, fructus ferre debemus internos. fructus pudoris, fructus conjunctionis, fructus mutuæ caritatis & amoris, sub uno utero matris Ecclesiæ inclusi, nè aura noceat, nè grando decutiat, nè æstus cupiditatis exurat, nè humoris imber elidat.* Lib. 7. in Luc. 13.

*Charitas malo punico est similis.*

20. Animum jam referamus ad opimum istum ac pulcerrimum Ecclesiæ agrum, & in ejus amplitudine meminerimus partem esse nullam, aut feraciorem, aut frigoris & caloris modo temperatiorem, aut majore agricolarum opera subactam atque excultam, quàm Religionis statum; & facilè intelligemus, quantò gravioris culpæ rei efficeremur, si hanc ipsam partem vacui meritis occuparemus. Perspiciamus deinde, quid mali Punici typo sanctissimus Doctor indicet de commoditatibus ac præsidiis, quæ nobis suppetunt ex religiosæ disciplinæ tamquam velamento aut cortice, qua contecti verendum non est, nè ventis impetamur, nè decutiamur grandine, nè stultarum æstu cupiditatum torreamur, nè dejiciamur imbribus aut procellis. O quàm optatam & expeditam securitatem religio

nobis præstat! ô quot utilitates & com
da nobis in hac tamquam penuaria cella
posita sunt, si ea cognoscamus! Verùm
pluribus persequi neque loci neque tem
ris hujus est. Sed quàm tutò agamus,
divimus: audiamus jam, quæ nos vicissi
cujus in tutela ac præsidio sumus, de
mus. Debemus verò fructum malo P
co quàm simillimum, fructum sane no
umbratum ad speciem, & variis pate
injuriis, sed constantem, & in intimi
pressum sensibus: fructum ingenui pud
mutuæ fructum conjunctionis, atque
ris, Punicorum instar granorum, qua
& conceptaculum intrà corticem, &
cundus decor, & dispositio concinnior
que adeò verò alia ex aliis annexa tacte
tuò cohæresunt inter se, ut eorum
in uno aliquo potiùs, solidóque corpor
scripta videatur, quàm ex diversis verm
lata corpusculis.

*Commendatur Devotio erga B. Virginem.*

21. Ac nè longior sim hac in re,
que ad alteram ex duabus, quas propo
ram, gradum faciam, omnes ad extrem
iisdem, quibus inceperam, verbis oro
que obtestor, nempe ut consensionem
tuam, eo studio, quo Societatem salvam
pimus, tueamur. Altera res, qua si m
ma Societas nostra nitetur, fore confido

(quæ Dei beneficentia est) etiam atque etiam in dies efflorescat; est præcipua quædam religio ac pietas erga Sanctissimam Virginem MARIAM. Ea namque cùm parens fuerit ejus, qui omne cælum, omnémque naturam molitus est, verè ac proprie, ùt ait Damascenus, in res universas Heræ ac Reginæ nomen & jus adepta est. Itaque velim in omnibus rebus, ac temporibus, sive publicis Societatis, sive propriis singulorum, præstanti quadam veneratione, ac singulari fiducia, quæ nullam vereatur repulsam, ad hoc laborum omnium ac sollicitudinum perfugium supplices accurramus. Equidem mecum dum reputo, quanto devotionis affectu hanc cæli Reginam complexi sint, quantúmque ex ejus pio & assiduo cultu, ad omnem profecerint sanctimoniam multi sancti viri, ac privatim P. IGNATIUS quantam rerum nostrarum spem ac tutelam in hac velut arce collocârit, magno teneor studio, ut & nos eam propensissimis animis atque obsequiis prosequamur, deposcentes, ut ipsamet deprecante hæc pietas velut suavissima nardus nostris mentibus innascatur. Certè sive spectemus Deiparæ Virginis dignitatem auctore Deo in tam illustri excelsóque loco sitam, ut per seipsam & religionem & admirationem moveat; sive Beneficio-

Lib. 4. de fide c. 15.

ciorum illius in nos magnitudinem, qu
gratiam, quam possumus, referre fas
sive inopiam ac mendicitatem nostr
quam oportet tam salutari patrocinio sub
temus, potiora semper sperantes in p
rum; hæc, inquam, omnia si spectem
ea sanè quàm maximas à nobis & honor
amoris significationes erga cælestem
præsidem & custodem nostræ salutis
poscunt. Quapropter meritò D. Ber
dus: *Totis*, inquit, *medullis cordium*,
*præcordiorum affectibus, & votis om*
MARIAM *hanc veneremur, quia sic*
*luntas ejus, qui totum nos habere volu*
MARIAM. Denique cùm tot natur
egestates & ærumnæ levari nequeant,
ab ea quæ polleat & caritate, qua vel
potestate, qua laborantibus queat opitu
quantum in utroque MARIA valeat, ex
quod præpotentis Dei mater est, ma
sto perspicitur. Id D. Bernardus tradi
verbis: *Nihil enim sic potest vel pietati*
*vel potestatis commendare magnitudinem*
*fortè aut non creditur Dei filius honorare*
*trem, aut dubitare quis possit in affectum*
*ritatis transisse* MARIÆ *viscera, in qu*
*novem mensibus ipsa, quæ ex Deo est, car*
*corporaliter requievit.* Verùm quia long
giori aut cohortatione aut laudatione

gustissimam Virginem celebrare mei consilii non est, ut ad calcem aliquando decurrat oratio, illud addidisse satis sit, quod Germanus Constantinopolitanus Patriarcha in homilia quadam, brevissimè quidem, sed gravissimè, de piè ac benevolè colenda Deipara Virgine pronuntiavit, eam compellans: *Quo modo*, inquit, *corpus nostrum vitalis signum operationis habet respirationem; ità etiam sanctissimum tuum nomen, quod in ore servorum tuorum versatur assiduè, in omni tempore, loco, & modò non solùm lætitiæ & auxilii est signum, sed ea etiam procurat & conciliat.* Ego sanè, immensa Dei largitate fretus, facilè in animum induco, ex hac posteriore renovatione, cui non minùs sedulò, plùs etiam quàm priori vacandum esse confido, omnibus Societatis membris præstantem quemdam splendorem, atque incrementa pietatis accessura, præsertim si seriò, atque enixè studeamus duobus iis ornamentis, quæ jamdudum commendo, magìs ac magìs abundare, nimirum, fraterna inter nos consensione, & perquam honorifico in Beatissimam Virginem studio ac pietate. Quam si deditissima mente complectamur, suam illa in fidem & clientelam nos adsciscet, augebítque velut sedula deprecatrix, iis virtutibus, quæ ipsam quasi deliciis

affluentem, cælitibus ipſis ſpecioſam at
admirabilem præſtitêre ; & quibus no
portet collucere, ut ejus filio placeam
qui earum veſtigiis ac velut lineamentis
rarum orbem primus impreſſit, verám
docuit humilitatem, puritatem, patient
animarum zelum, & rerum, quæ in te
ſunt, deſpicientiam ; ut ſua nos aliqua
ſimilitudine, conſpectúque dignatos in ſe
piternæ lucis & gloriæ domicilio coll
ret. Romæ 10. Maii, 1586.

*Omnium in Chriſto Servus*

CLAUDIUS AQUAVIV

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

IX.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Quarta,

Ad Provinciales Societatis.

Anno 1587. 28. Martii.

## *De quibusdam mediis ad Societatis conservationem facientibus.*

1. QUanti momenti sit Societatis nostræ conservatio, felixque in omni virtutum genere progressio; quanta etiam nobis incumbat obligatio, vel sanguinem ipsum, si opus fuerit, ad hæc consequenda profundendi; non est quod hoc tempore apud RR. Vestras scribendo commemorem. Illud tantùm ad memoriam revocabo, hæc ipsa magna ex parte, *Plurimũ pendet à vigilantia Superiorum.*

te, ab ea una pendere, ut Superiores soll
ti sint ac vigiles omne genus incommo
rum, priusquam augeatur, removendu
& ad ea damna maturè prævenienda, q
futuris temporibus succrescere poss
Persuadere enim nobis debemus, nullam
se apud homines rem vel per se tam sancta
vel tantis præsidiis firmatam ac munita
quæ tempore non labascat. Quod &
multorum operum experientia splend
non exiguo magnáque sanctitate incep
rum plùs satìs demonstrat. Unde non
diocriter quidem cupio, ut ad illud rest
randum ac perficiendum omni studio en
mur: quod D. Gregorius Nazianzenus o
tione 1. in Julianum admonet. *Quem*
*modum*, inquit, *in corporibus cùm unum*
*alterum membrum condoluit, reliqua mem*
*haud difficulter emergunt, partíque ma*
*sanitatis bonum conservatur; interdum ea*
*accidit, ut partes ægræ convalescant, at*
*ad ceteras redeant; at cùm plura mem*
*inter se dissident, acerbéque laborant, s*
*non potest quin totum corpus ægrotet, atque*
*perspicuo periculo sit; ad hunc modum in su*
*ditis quoque singulares morbos commodiu*
*totius Reipub. valetudine occultare contingi*
*pluribus autem exulceratis, & morbo affligi*
*atque oppressis, tota jam Respub. in pericul*

ver

*versatur.* Quæ eò à me allata sunt, ut significem, dum pauci erunt in Societate nostra, qui ab illa perfectione spirituali degenerent quæ requiritur, & tamquam membra quædam infirma impedient valetudinem integram & unionem totius corporis, fieri potest per Dei gratiam, ut reliqua membra non solùm indè non inficiantur aut corrumpantur, sed ut hi etiam ipsi perfectæ aliquando sanitati restituantur. Verùm si acciderit, quod avertat Deus, ut istiusmodi hominum invaleſceret valde numerus, manifestum esset universi corporis periculum. Proinde nullo modo contemni debet aut negligi defectus spiritûs ac disciplinæ in quocumque homine particulari, sed medicina potiùs ei adhibenda est, qua reducatur ad reliqui corporis conditionem ac statum. *Turpis est enim omnis pars*, inquit Augustinus, *suo toti non congruens.* Alioqui sinè dubio futurum est, ut quemadmodum numerus ex unitatibus coaleſcit, ità negligentiâ nostrâ Societatis multitudo, ex singulis istis infirmis infirmetur, & priùs damnum sentiamus, quàm oculis prævideamus.

Et mihi sanè videtur perinde contingere in iis Religionibus, quæ longè latéque diffusæ sunt, multásque regiones ac homi- *Similitudo à ripa fluminis.*

mi-

mines complectuntur, ut in ſpatioſo qu
dam terræ tractu aut agro, ad ripam alic
jus magni fluminis conſito, ad cujus tam
repellendam vim non paucos aggeres
munitiones habet. Si enim ad aquarum il
rum impetus, ac conatus continuos, quib
modò in hanc, modò in illam partem fe
ſinuant, continua etiam non adhibeatur
ligentia ad ea reparanda, quæ fluminis al
vione atteruntur ac debilitantur; certi
mum eſt, venturam aliquando repentin
aliquam inundationem, ídque cùm min
expectatur, quæ univerſa diſſipet au
demergat. Atque in hunc ipſum planem
dum, affirmat Gregorius Nazianzenus, c
bolum ſe ùt aquam immittere, exili quo
foramine primùm, quo tamen paullatim
ducto atque laxato, toto impetu influit
que illabitur. Quam etiam ob cauſſam
hi planè neceſſarium viſum eſt, vehem
ter ac ſedulò RR. Veſtris commendare
eo amore quem in Societatem habent,
zelo quem ad ſalutem ejus tuendam ſen
unt, nonnulla capita earum rerum quæ
praxi conſiſtunt, & in perfecta obſervati
ne illorum mediorum, quæ ad conſervati
nem totius corporis pertinent. Jam en
ſatìs conſtat ordinationem, præceptorum
Regularúmque multiplicationem nec m

lis ipsis mederi semper, nec in Societate nostra necessariam esse, cùm habeamus Constitutiones tanto spiritu, ac cælesti lumine conditas, regulásque tam plenas, claras, atque perfectas, ut manifestum sit nullum esse defectum, qui ex aliqua istarum prætermissione non nascatur; & qui è contra ex diligenti harum observatione efficacissimum non accipiat remedium.

*Socii tales formandi, quales requirunt Constitutiones.*

2. Atque ut ab hoc ipso capite nostrarum Constitutionum ordiar, illud nobis certum, ac persuasum esset debet, Societatis institutum, modum gubernandi, occupationes, ac ministeria constituta ac fundata esse in perfectione quadam spirituali minimè vulgari aut superficiali; sed exigere potiùs abnegationem veram, expoliationémque affectus proprii, studium etiam ardens solidarum perfectarúmque virtutum, ut §. 2. par. 10. B. P. N. Ignatius S. Mem. declarat. Hinc est, quod si in Societatis hominibus fundamentum hoc bene positum non fuerit, in pluribus rebus impedimenta magna occurrent, quibus idoneum satis non erit remedium, si difficultas tantum quæ præsens est, tollatur aut superetur; hoc enim nec firmum, nec diuturnum est, nec universam mali naturam attinget: sed ad ipsam radicem adhibenda est medicina. Itaque

que si in diversis hominum gradibus, q
Societas complectitur, suboriuntur aliqu
do tentationes aliquæ, aut amaritudines
in distributione officiorum ministerior
que, ùt sunt concionandi, prælegendi,
cipiendi confessiones, docendi litteras
riores, aliisque rebus ejusmodi; in co
ptionibus itèm, pœnitentiisque ferend
viliſſimis quibusque humilitatis ac paupe
tis amore libenter accipiendis nonn
reperiantur subinde difficultates; eæ om
sinè dubio ab unius hujus fundamenti d
ctu proficiscuntur. Ac proinde, cùm
fendit quis è Nostris, aut difficilem se
hibet in istiusmodi rerum aliqua, & S
rior remedii causâ id tantùm agit, ut F
in præsentia se vincat, nec studium adh
ut interiùs emendetur aut juvetur, n
quam assequetur quod desiderat: is e
ipse qui modò se accommodavit temp
deficiet postea in multis aliis, imò & in
ipsa per aliam occasionem, & fortasse e
si prematur, non difficulter rumpe
quemadmodum in formanda cera aut
contingit. Ut enim illa ad arbitrium
strum flectamus & efformemus, neces
um est, ut materia mollis ac tractabilis
Nam qui postquam ea jam obdurueri
formare ac flectere velit, quidquid ille

tis ac industriæ adhibeat, non modò non id consequetur, sed potiùs dirumpet. Ità ad observationem Constitutionum regularúmque nostrarum præcipuum in eo ponendum est momentum, ut homines Societatis tales sint, quales ipsæ Constitutiones ac regulæ requirunt.

*Superior omnẽ curam dirigat ad rectam gubernationem.*

3. Quibus consideratis, primum maximúmque Superiorum studium, ac præcipua eorum diligentia, tum etiam vigilantia in eo esse debet, ut qui iis subsunt, in veris solidísque virtutibus progressum certum stabilémque faciant, quem ad finem summopere conducet, ut toto animo Superiores ad gubernationis curam se applicent, reliquis omnibus omissis, quæ eos impediant ac distrahant; nec sese vel amicis invisendis, vel juvandis proximis, imò nec ipsâ concionandi frequentiâ occupari sinant; multo minùs rerum temporalium sollicitudine: qua tamen certè ità Rectores nostros gravatos cernimus atque oppressos, ut vix respirent. Facilè quidem video Collegiorum necessitates, egestatémque non exiguam cum numerosa personarum multitudine conjunctam (qua levari tamen non possumus) hujus incommodi magna ex parte extitisse causam; sed video etiam gravissima damna, quæ indè consequuntur. Et pro-

pterea cupimus omnino, ut boni rerum te
poralium Procuratores istiusmodi Colleg
assignentur; quorum industriâ Rectores
parte sollicitudinis exonerati, quæ ad te
poralia pertinet, attentiores esse possint
illa, quæ longè majoris sint momenti, Q
in re cum Nostri ea præstiterint, quæ
cii nostri sunt quoad res spiritnales, ac
vandos proximorum animos, confi
debemus sanctissimam Dei providen
necessitatibus etiam temporalibus minù
se defuturam: quod & S. Augustinus ad
net, cnjus verba ad hoc ipsum pertine
ex epistola quadam ad Episcopum suum
lerium subjicere placet, quibus ostend
arbores vivæ, quæ homines sunt, dil
tiùs colerentur, faciliùs multo ac fel
ipsos Dei pauperes pascerent, quàm agr
ditúsque Ecclesiastici; sic enim Dom
ad se loquentem introducit: *Serve neg*
*si villa aliqua Ecclesiæ calumniosum ali*
*pateretur, cujus fructibus colligendis m*
*opera impenditur, neglecto agro quem r*
*sanguine meo; si quid agere pro ea pos*
*pud judicem terræ, nónne omnibus consen*
*tibus, nonnullis etiam jubentibus atque co*
*tibus pergeres, & si contrà judicaretur,*
*am trans mare proficiscereris, atque hoc m*
*vel annum vel amplius, absentiam tuam*

*la querela revocaret, nè alius possideret terram non animæ, sed corpori pauperum necessariam, quorum tamen famem vivæ arbores meæ multo facilius mihique gratius, si diligenter colerentur, explerent?* Quod si tantopere expedit ut Rectores aliíque nostri earum etiam rerum, quæ ad nostrorum hominum victum ac sustentationem necessariæ sunt, quantum possunt, sollicitudinem fugiant; facilè cernitur quanto minùs qui Superiores sunt, externorum caussis negotiisque sæcularibus implicari debeant, quæ non tantùm professioni suæ in universum, sed particulatim etiam officio rectè gubernandi adversantur.

*Apti Superiores eligendi.*

4. Et quia bona maláve capitis affectio ac dispositio in totum corpus facilè redundat, & quales fuerint Superiores, tales, ùt plurimùm, reperiri solent subditi, ùt 10. parte §. 8. dicitur, hinc fit ut bona Societatis gubernatio à bona Superiorum electione non parùm dependeat. Quæ quidem electio etsi ad nos pertinet, nec quidquam magis desideramus, quàm hujusmodi Superiores ubique constituere, quales 4. parte c. 10. & par. 9. c. 6. describuntur (qua etiam in re, juvante Domino, omnem industriam diligentiámque nostram adhibebimus) duæ tamen res ad Præpositos Provinciales in

hoc ipso pertinent. Prima ut post om
nem ad Deum habitam, sollicitámque
vestigationem, ac consultationem cum
quibuscum oportet, diligenter nos in
ment de hominibus idoneis ad guber
dum, juxta eam instructionem, quam
ipsa de re in Provincias misimus. C
executionem, id est, informationem fa
ad illam normam, quæ ibi præscrib
cupimus omnino ut Procuratores, qui
mam jam proximè sunt venturi, perfec
completámque ad nos deferant. A
res est, ut Provinciales sibi subordinato
periores diligenter instruant, dirigant
manu quasi ducant, forméntque ad om
gubernandi virtutem, quo meliùs p
utiliúsque præesse iis, qui sub eorum
mine serviunt Deo in hac sacra milit

*Quænam Provincialis de superioribus cura?*

5. Ad quam etiam rem non medi
ter interest, ut Provinciales in visitatio
suis supra cetera omnia, id in primis re
ciant, ut Superiores bene fungantur of
suis, præsertim (ùt est dictum,) in re
spiritualium promovendo studio, cui &
dediti & non mediocriter etiam in eo
sati esse debent. Quod si subditorum
in eos querelæ vel amaritudines, exami
oportebit, ut ipsis etiam adhibeatur co
ctio & emendatio, in quibus erit opus.

habeantur omnes subditorum querelæ pro tentationibus, sed audiantur cum caritate, ac deinde, ùt opus est, in Domino dirigantur.

*Idoneos Spiritûs Præfectos cõstituat.*

Majori etiam quàm hactenus diligentiâ constituantur in Collegiis Præfecti rerum spiritualium, præcipuè autem in iis, quæ nostrorum hominum Seminaria sunt, eligantur quàm aptissimi, etiamsi aliis ministeriis eam ob caussam incommodare oporteret, in quibus eos fortè occupatos esse contingat. Permittatur etiam eis tempus, quo cum Nostris commodè tractare possint, auctoritásque conservetur, ut majori fructu idipsum præstent, quandoquidem revera universum ædificium nostrum, quod molimur, sicut jam dictum est, hoc maximè fundamento spirituali nititur.

*Selectum in admittendis adhibeat.*

Haberi debet non mediocris cura in admissione Novitiorum, ut nonnisi digni & idonei admittantur: quique hujusmodi vocationem habent, quæ ad Instituti nostri constantiam est necessaria. Perfectè etiam observare oportebit in iis instituendis, quæ de probatione ipsorum in regulis Magistri Novitiorum traduntur, nec erit dispensandum in secundo tertióve probationis anno, nisi gravi aliqua urgente necessitate, juxta id quod aliàs à nobis, hac ipsa de re, ad Pro-

vinciales ſcriptum eſt. Providendum am diligenter, ut ſatis tempore, ac ma dimittantur ii, qui (ſecundum Conſtitu nes) utiles futuri Societati noſtræ non cabuntur.

*Curet, ut Scholares bene formentur.*

6. In Scholaribus Societatis omni do nitendum erit, ut conſervetur ſpiri devotionis fervor: curandum etiam ut pus habeant vacandi ſtudiis, & ut libe tur ab omnibus aliis occupationibus, hoc ipſum impediant. Videndum in primis erit, nè ii ullo modo permitt in litterarum ſtudiis progredi, qui ſupe inquieti, aut malè mortificati anima tentur, de quibus probabiliter exiſti poterit, ſi ſcientiis & doctrinâ orne non aliud eſſe, quàm eos armare in S tatis damnum, ſive nobiſcum manſerint ve potiùs diſceſſerint, quod aliquand ceſſàriò futurum eſt, niſi ſe emendave Quocirca invigilandum eſt primo quo tempore ad verum in eis ſpiritum exci dum ac renovandum. Quod tentari p rit removendo illos ab occupationibus diorum, reducendo ad ſolitas Noviti probationes, exercendo in rebus humil ac contemptibilioribus, aliiſque ejuſm exercitiis ac modis: è quibus tamen, ſi fuerint, minùs proficere, aut emenda

nem seriam ac sufficientem non consecuturi, præstat maturè ut è Societate dimittantur : vix enim credi poterunt damna atque incommoda, quæ ab ejusmodi hominibus Societas patitur, non tantùm ob molestias illas, quas in dies afferunt (quanquam & hæ permagnæ sunt) sed & multò magis quod progressu tandem temporis, nisi ad Sacerdotium promoveantur, murmurant facilè ac tumultuantur. Si verò promoveantur, majores longè difficultates exhibent, nec potest Societas de eis esse secura : dilabuntur postea ad prætensiones graduum, obloquuntur palàm, alienant animos simpliciorum ab Instituto, scandalizant alios, & denique gravissimè periculosissiméque nocent ; quod tunc maximè etiam faciunt, cùm operarii jam aut Concionatores constituti, alliciunt sibi animos Prælatorum populorúmque, quo fit ut sæpe eos aliquamdiu tolerare, cum incommodis jam enumeratis cogamur, & tandem dimittere majori cum ipsorum amaritudine, minoríque proximorum benevolentia ac ædificatione.

*In dimittendis neque festinet, nec nimium cunctetur.*

Sed quoniam tamen ad hos ipsos lucrandos omnia priùs ex caritate remedia tentanda nobis sunt, quàm ad extremum illud deveniatur ; nec in promptu est, aut facilè, quæ mensura patientiæ præstanda cui-

que sit, dijudicare; Provinciales aliqui
strûm etiam hac in re judicium, tamqu
universalem quamdam instructionem ac
rectionem petierunt: quibus quod resp
sum fuit, non erit fortasse alienum hoc
co subjicere: Nimirum perdifficilè esse
perire modum, quo difficultates istiusm
penitùs tollantur, certámve regulam in
niversum constituere. Hoc enim pra
unctionem Spiritûs sancti, quàm simil
in rebus procurare debebunt diligen
Provinciales, ( cùm ad Deum recurre
per orationes ac sacrificia, tum etiam
ferendo cum immediatis Superioribus,
rúmque Consultoribus) dependet pluri
ex particularibus circumstantiis pers
rum, affectionúmque quæ in eis cern
tur; nonnihil etiam ex qualitate reme
rum jam adhibitorum, aut verò quæ a
beri poterunt. Quæ omnia cùm ab is
cilìùs dijudicari possint, qui rebus ipsis p
sentes intersunt; hoc tantùm in univer
dicendum videtur, experientiam ip
ipsásque has difficultates docere, probe
nem illam, quàm diximus, dimissioni
dilationem ex emendationis futuræ spe
diuturnam esse non debere, ut numq
aliquid certi constituamus: sed viden
est suo tempore ac maturè, quamnam s

factionem præstent de se Societatis subditi. Quod si aliqui satis cogniti ac perspecti non fuerint, tentandi sunt probandíque, idque in iis maximè rebus ex quibus non tantùm Societas intelligat, quantarum virium ac virtutum sint, sed etiam ipsi se ipsos cognoscant. Et quando sinè fructu cernuntur alicui adhibita remedia, exoneranda est Societas ab inutili arbore. Qua in re ut celerem nimis aut præcipitem esse non convenit Superiorem, ad determinandum judicium, quod aliquis Instituto nostro sit ineptus, nisi priùs ad exemplum misericordiæ Christi, multùm ac diligenter circumfoderit, simúmque apposuerit, aliáque adjumenta opportuna applicaverit; ità ex altera parte non est opus vel tam cupidum esse illius commodi aut auxilii, quod ab iis posset Societas accipere; vel nimis timidum aut scrupulosum, nè videlicet dimittatur is, qui fortasse aliquo tempore emendare se possit: nisi enim hæc emendationis spes moraliter intelligenda ac limitanda sit, per universam vitam expectari debebit, cùm nullum sit tempus in quo mutare se homo in melius non valeat.

7. Quoad Concionatores, adhibeatur diligentia ut observentur Ordinationes ac regulæ, aliàs à nobis datæ ad conservatio- *Observãda Concionatoribus.*

nem ſpiritûs, & ad fructus in auditor uberiores faciendos : ſeriò ſe applicent ſtudium ac meditationem divinarum Sc pturarum, Sanctorúmque Patrum, pra miſſis conceptibus ac inventionibus qui dam propriis minoris momenti, ut ma cum dignitate ac utilitate, non ſolùm cietatis ac proximorum, verùm etiam i rummet, rectè tractent verbum Dei. putetur efficaciter ambitiò locorum ac pitorum honorabilium, humiliúmque temptus : & aſſuefiant omnes ad eam mo ſtiæ & humilitatis normam, quæ Socie noſtræ eſſe ſolet & convenit.

*Quæ à Confeſſariis?*

8. Animentur Confeſſarii, ut vero mi affectu accingant ſe ad tam ſanctu neceſſarium in Eccleſia Dei miniſteri Magni etiam intereſt ad Dei gloriam ſervitium, ut per aliquot menſes in varia ca fructificatum mittantur. In quo etia efficacia poni debet, ut difficultates, q ejuſmodi in rebus oriri ſolent, ſuperent quod ità commodiſſimè fieri poſſe videa ſi bini tantùm vel etiam ſinguli per vic mittantur pro numero operariorum, qui d mi erunt, aliíque loco abſentium ſubſtit antur. Quod ſi erunt fortè nonnullæ qu relæ devotarum feminarum, aliorúmq pœnitentium, qui iſtis ordinariè confite

solent ; iis non difficulter occurri poterit per ipsos Confessarios, si ii, ùt veri Societatis ac Obedientiæ filii, rem seriò in se suscipient, reddéntque pœnitentibns hanc veram rationem, ità omnino in Domino expedire, ut ipsi tempus etiam aliquod in Missionibus ponant, quò pluribus prosint ; ac nonnulla Domini ac Salvatoris sui caussâ foris patiantur, redituros autem brevì ; nec alios interea suo loco defuturos : non expedire verò ut vel pœnitentes sic ipsis adhæresçant, vel ipsi uni sedi locóve ità sint affixi, ut majorum commodorum caussâ, non fiant aliquando mutationes. Hæc & ejusmodi si Nostri efficaciter ac syncerè dixerint, probabile est pœnitentibus satisfactum iri. Quod si aliter evenerit, aut si Nostri hoc ipsum præstare noluerint, indéque cerneretur, nimio eos affectu huic loco officióve inhærere, tum major esset necessitas eos separandi. Et profectò, ut verè dicamus, res est commiseratione digna, nec sinè scrupulo, quod Operarii, ad res maximas pro animarum salute idonei, sedeant totos annos uni alicui sedi affixi, paucarum feminarum confessionibus occupati, quæ illuc ex sua tantùm particulari devotione ter quatérve in hebdbmada ventitant, cùm interea per oppida, vicos, ac castella tam mul-

multæ animæ reperiantur & auxilio in gentes, & ad auxilium accipiendum bo dispositæ.

*Indifferentia ad Gradus, & ministeria.*

9. Interest multum ad pacem cùm cietatis, tum hominum etiam particul um, ut explicetur bene, serióque Nov inculcetur quantum pertinet ad resigna nem indifferentiámque ad omnia minist Societatis: præcipuè verò quod Consti tiones nostræ habent de graduum in Nostros diversitate, ut dum mollis adh cera est, eam judicii formam apprehend ac imprimant de rebus nostris, ut existim re postea nequeant rectè se non intellex se, aut fuisse deceptos. Provinciales tem nos admoneant tempestivè, ac inf mationes mittant de promovendis ad g dus juxta instructionem à nobis jam m sam: & particulatim meminerint, ut q bus gradum Coadjutorum spiritualium d ri oportebit, id maturè fiat: ac ordinarie bona alioquin satisfactio habita fuerit, ut septennium prorogandi non erunt.

*Malè dispositus qui juvãdus?*

10. Quando aliquis animadvertit non jam defectibus tantùm communibus ordinariis obnoxius esse, unáque aut alt ra in re minùs satisfacere, sed in ipso ve procedendi modo malè esse dispositus, si, verbi caussâ, constaret nimis vivam bo

bere passionem honoris, judicii tenacitatem, aut aliud hujusmodi impedimentum grave; ad hunc juvandum, sive scholaris sit, sive operarius, expediens fore videtur, si ab occupationibus liberetur, tempúsque habeat cogitandi de se suísque rebus: qua durante deliberatione, paternè omnino admoneri debebit de rei gravitate; ac invitari ut ipse media cogitet ac proponat, quæ efficaciſſima existimat ad se juvandum. Inducì etiam oportebit, ut verum suæ emendationis desiderium concipiat, ità ut nullo modo Superiorem se tamquam adversarium habere existimet; sed potiùs ipse ex una parte, & Superior ex altera idem se onus portare existiment, ac ambò in unam eamdémque rem voluntate ferantur.

*Ordinationes cõmunicandæ.*

11. Provinciales juxta regulam suam 14. procurent omnino, ut ordinationes, quæ hinc mittuntur, Superioribus aliis, qui in universa Provincia sunt, ac etiam Consultoribus manifestæ fiant. Nam præter instructionem ac lumen quod indè concipient ad exequenda illa quæ ordinantur, proderit etiam multum ut nos à pluribus certiores reddamur de rei successu in unoquoque Collegio.

*Notitia, & praxis*

12. Maximi momenti res est, cognitio Instituti tum in Superioribus qui gubernant,

*Instituti acquirenda.*

nant, tum etiam in Consultoribus qui a
stunt : ideóque Provinciales præcipu
quamdam de eo curam habeant, ut freque
ter ab eis legantur, rectéque intelligan
Constitutiones ac regulæ : de quibus etia
expedit, ut in visitationibus suis, se præs
tibus, fiant collationes ad rectam inte
gentiam, verámque praxis rationem per
piendam : credántque majorem indè fru
ram utilitatem, quam existimatur : quem
modum è contrario non mediocre damn
affert Societati earum ignoratio, aut sicu
illarum exercitium in usu non fuerit. P
suadere enim nobis debemus Societat
nostram perinde se habere ac ædificium m
gnum exquisitissima quadam architect
designatum ; quod ità compingat colli
que ad invicem diversa membra ejusd
molis ac structuræ, ut si una pars defici
cetera cohærere ac componi non possi
ut ad artificis ideam ac intentionem per
niatur. Exemplum sit, si aliquis in ædi
cando hoc sibi proposuerit, ut tectum
tantam altitudinem perducatur, necessa
curare debet, ut murus proportionatam h
beat latitudinem ac crassitiem, alioquin q
tenuiorem fecerit, non poterit ædificiu
ad designatam altitudinem elevare : idipsu
contingit in ceteris partibus. Quod etia
fier

sinè dubio & in ædificio spirituali Societatis nostræ animadvertitur, ubi ex defectu observationis unius regulæ, impedimur sæpenumero nè observari possint aliæ. Ut ex defectu praxis eorum, quæ in prima parte Constitutionum habentur de admittendis, & in secunda de dimittendis, & in tertia de rectè instruendis quoad spiritum, & in quarta quoad litteras, eveniet nè fieri possit illud, quod parte quinta præscribitur de cooptandis in ipsum corpus Societatis: & tunc consequenter, si, qui incorporantur, ejusmodi non erunt, quales ibi describuntur, observari non poterit quod parte sexta de perfecta Obedientia dicitur: nec successum habere quod parte septima de instituendis Missionibus declaratur. Multò minùs quod differitur parte octava de unione animorum ac vinculo caritatis inter Nostros conservando: nec denique quod decimâ de corporis Societatis tuendo bono statu. Ità ut defectus alicujus partis in hoc nostro ædificio, æstimari tantùm non debeat ex particulari damno aut incommodo quod infert, quantum ex conjunctione ac proportione, quam habet ad cetera structuræ membra, & ex commodis majoribus quæ impedire potest. Ac proinde valde commendatam esse cupimus intelligentiam praxímque Constitutionum

num ac Regularum, tamquam rem pro
plurimúmque ad officium Provincialis p
tinentem in ſua Provincia, quemad
dum & ad Generalem in univerſa Socie
Nominatim verò cupimus ut hæ ſequ
tes regulæ particulari ſtudio perfectè ob
ventur: ex Regulis Provincialis, 4
100. Præpoſiti, 3. 16. 26. 48. & 72.
ſunt in officio Rectoris, 2. 15. 25. 6
70. Sacerdotum, 16. 17. & 18. Mag
Novitiorum, 56.

*Seniores bonô præeant exemplô*

13. Ponatur in eo diligentia, (
contrarium vehementer ſolet Religion
nocere) ut qui antiquiores ſunt in Socie
exemplum præbeant aliis veræ humil
& affectûs optimi erga paupertatem,
dientiam, ſuíque contemptum: junio
nim ac recentiores, quibus ante oculos
fari deberent ſemper virtutes ac labore
tiquorum ad imitationem, his prætern
libenter (pro naturæ noſtræ inquinatæ
ruptela) conſiderare ſolent ac imitari d
ctus. Ex altera autem parte non pera
tatur juvenibus ac novis obliviſci illius
deſtiæ ac reverentiæ, quam hujuſmodi
tiquis Patribus exhibere debent, conſi
ratis eorum laboribus pro Chriſto toler
officiiſque plurimis rectè ac utiliter in S
cietate præſtitis. Ad quam rem non

rùm conducet, ut ipsi Rectores exemplo suo præeant, procurantes ut ejusmodi bene meriti Patres sic in omnibus tractentur, ùt eorum conditio ac virtus postulat: quod si fecerint ultra debitum caritatis ac officii, id etiam consequentur, ut tantò eos majori efficacia fructúque admonere possint, ad hoc ipsum exemplum præbendum, quod diximus, quantò majorem de eis curam habere se monstraverint.

*Superior cum subditis agat paternè.*

14. Invigilandum seriò Provincialibus est, ut Superiores pro paterno affectu subditos gubernent, nulla inordinatæ benevolentiæ in hunc magìs quàm in illum significatione data. Et quemadmodum desiderandum est, imò etiam efficaciter procurandum, ut assuescant inferiores ad ferendas nonnullas Superiorum suorum imperfectiones, & conditiones quasdam naturales (certè enim non est ferendum, esse ità quosdam delicatos ac morosos, ut re quavis minima in Superiore offendantur) ità etiam justum est, ut ipsi Superiores intelligant, præcipuam officii sui partem in eo esse positam, ut Patres se exhibeant; id quod subditi experiri debent, atque planè animadvertere, non tantùm in suarum necessitatum commoditatúmque cura ac sollicitudine, aliísque amoris signis; verùm in ipsis etiam re- *Quis in*

*correctione modus adhibendus?*

prehensionibus, mortificationibus, ac p
nitentiis, quæ sibi imponuntur. Qua
re etsi copiosè satìs scripsimus in Epist
nostra prima ad Superiores (quam ab om
bus haberi, atque etiam aliquando re
cupimus) hoc unum tamen hoc loco
jungendum videtur, nullo modo comm
tendum esse, ut subditi quavis in causa
ulcerentur aut verò exacerbentur: hoc
nim non solùm ad emendationem non p
est, sed effectum planè contrarium pro
cit; averſionem nimirum talem, quæ o
viam aditúmque obstruit, quo juvari
sint per ejusmodi Superiores. In quam
tentiam scribit D. Gregorius Nazianze
filiorum suorum nomine, ad Vitalia
quemdam, expedire Patribus, quo f
conservent, & majori erga se obedientia
tineant, multa dissimulare. *Quo fit, inq*
*ut multa quæ vident, videre se dissimul*
*multa se minimè audivisse fingant, quæ*
*bus infixa habent. Verendum enim sil*
*intelligunt, nè si ob quævis errata filios c*
*guant, frontem tandem ipsi perfricent ab*
*sóque omni pudore (qui non leve parent*
*adjumentum affert) temerè in scelus o*
*prorumpant. Contumacia enim impude*
*am atque audaciam parit: clementia con*
*hoc efficit, ut ii quibus noxa condonata*

*parciùs in posterum peccent. Quod cùm in omnibus hominibus locum habet, tum præsertim in filiis, qui cùm propinquum paternæ gloriæ exemplum habeant, non tam violenta manu coërcendi sunt, quam benevolentiæ vinculis constringendi & retinendi.* Nec tamen eâ caussâ hoc dico, quòd velim Superiores omnia in filiis errata dissimulare, permitteréque ut in dies in pejora ruant (hoc enim damna gravissima inferret non tantùm Religioni, sed ipsis etiam qui sic tolerarentur) sed ut considerent non esse perpetuò urgendos delinquentes: semper enim premere, nervúmque stringere, semper offensionem præ se ferre, parem etiam in impaparibus inæqualibúsque peccatis diffidentiam quoque ostendere, suspiciones alere, temporis præteriti commissa exprobrare, ac denique desperationem emendationis insinuare, nihil aliud est quàm errantes præcipitare, omne frenum timoris disrumpere, & ipsas habenas, quibus regebantur, sibi ipsis de manu excutere.

*Læsiva charitatis funditus extirpanda.*

15. De unionis ac fraternæ caritatis necessitate ad Societatis nostræ conservationem, utilitatémque animarum, quæ indè sperari potest, non pauca diximus postremis nostris litteris. Hîc illud addam, ponendum esse omne studium, ut radicitus evel-

evellatur quidquid eam offenderit. Il
autem in primis manifestum est, propri
cujusque existimationem, honorúmque
fectationem, invidiam ubique ac æmula
nem gignere. Disparitas etiam judicio
non potest quin animorum etiam disjunc
nem parturiat. Murmurandi consuetu
& nimia loquendi licentia, qua nonnull
nè scrupulo in Fratrum suorum neg
utuntur, venenum quoddam concordiæ
bendum est. Quapropter si occurrat
tè aliquid (ùt homines sumus) quo inte
tas istius unionis violetur, curabunt S
riores ut curetur penitùs: nec satìs esse
cent, tamquam fasciâ quadam plagam
præsens obducere, ità ut operiatur po
quàm sanetur. Periculum enim est,
paullatim recrudescente animus odio
ceretur: & proinde in similibus rebus
tia parva non sunt parvi facienda. Id
S. Augustinus ad Profuturum scribe
gregie quidem explicat, affirmans co
planè faciendum esse in istiusmodi anim
fectibus, atque in peregrinis hospitio
cipiendis. Illic enim præstat aliquando
malum aliquem hospitem in domum ad
tere, quàm per nimiam examinandi dilig
tiam bonum aliquem excludere: hîc
contrarium planè agendum. Deinde

de modo, quo generatur in nobis odium, sic infert : *Subrepit autem odium dum nulli irascenti ira sua videtur injusta : ità enim inveterascens ira fit odium, dum quasi justi doloris admixta dulcedo diutiùs eam in vase detinet, donec totum acescat, vásque corrumpat.* Hæc S. Augustinus : qui post hujusmodi comparationem, hæc ipsa pulcerrima verba subjungit : *Nam incomparabiliter salubrius est etiam iræ justæ pulsanti non aperire penetrale cordis, quàm admittere non facilè recessuram & perventuram de surculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere citiùs quàm putatur : non erubescit in tenebris, cùm super eam sol occiderit.*

16. Quandoquidem autem vita nostra ea est, quæ mixta dicitur, nostríque Instituti finis non tantùm salutem perfectionémque propriam, sed proximorum etiam, quoad fieri per nos poterit, complectitur ; necesse est ut omnem diligentiam industriámque adhibeamus, quò errantes animæ ad suum Creatorem reducantur, per illa media ac caritatis opera, quæ in nostri Instituti formula Constitutionibúsque describuntur. Et qui recipere se vellet ab hac consuetudine ac communicatione cum proximis, ut sibi tantùm vacaret, & ut fugeret distractiones ac molestias, quæ genus hoc vitæ

*Proximi juvandi sunt modò, ac mediis Societatis.*

concomitari ſolent, clarum eſſet tentat
nem eſſe, quam ſpiritus alienus à noſtra
catione ſuggerit. Illud tamen diligen
advertendum eſt, ut modus is in juvan
proximis teneatur, qui noſtræ vocatio
proprius eſt. Nam cùm duo ſint ab In
tuto noſtro præſcripta, auxilium nimi
proximorum, modúſque juvandi; ſæpe
mero fit, ut nonnulli rem ipſam ab In
to accipientes, contemnant ejus agendi
dum: id quod decurſu temporis perni
ſum valde Societati noſtræ eſſe poſſet.
Quæſt. circa reg. 9. 19. vus enim Bonaventura affirmat, inter
cipuas cauſſas Religiones evertendi,
tiſſe nimiam externarum occupationum
quentiam, quæ, ùt inquit ille, corda di
hit, & omnem affectum devotionis e
guit. Quo circa ſi ipſi nos conſervare
lumus, neceſſarium erit, ut & in mod
gendi, & in ipſo etiam tempore modera
nem adhibeamus. In agendi modo,
in ipſis etiam mediis occupationibus me
niſſe debemus cùm divinæ præſentiæ,
níſque qui nos ad occupationes illas in
xit, tum Religioſæ etiam profeſſionis
ſtræ; & quid perſonam noſtram deceat,
denique earum omnium circumſtantiaru
quæ ad illud opus rectè præſtandum re
lis noſtris præſcribuntur Verbi gratia

accipiendis infirmorum Confessionibus, ut socius eo loco sit unde videre nos possit: Dum ad populum concionamur, non oblivisci vitæ etiam exemplô auditores instruere, ùt Regula 18. Sacerdotum ac Concionatorum 3. admoner. Atque ità quoque ceteris in rebus: adeò ut si rectam in omnibus intentionem habentes, præsidiisque idoneis auxiliisque utentes, quæ nostra nobis Religio subministrat, nobis ipsi non defuerimus, sperandum sit per divinam gratiam, & per influxum illum cæleſtem, ac restaurationem spiritualem, quam Salvatoris nostri bonitas ità laborantibus impertire solet, majoribus nos viribus, consolatione, ac securitate, progredi posse per semitas istas alioqui difficiles: in quibus quidem duarum rerum nos admonet Jeremias Propheta illis verbis: *Prohibe pedem tuum à nuditate, ac guttur tuum à siti*, quarum utraque sinè dubio summopere nobis necessaria est. Nam nisi in hoc itinere pedes nostros bene munitos præsidiis his, quæ jam diximus, custodiamus, periculum est non tantùm, nè mundi hujus luto inquinentur aut vulnerentur spinis, sed (ùt notat S. Hieronymus in illum ipsum locum) nè à venenatis etiam serpentibus mordeantur. Ex altera etiam parte nisi rore aliquo ac refrigerio cæleſti, in

Jerem. 2. 25.

his aliquando laboribus reficiamur, ac c
solationibus sustentemur; certum est,
bilitatem nostram futuram tantam, ut m
tum itineris conficere nequeamus. Sed
men cùm ad vires colligendas recipi
nos ad interiores animi motiones, De
contemplationes, & ex iis egredimur
proximorum necessitates: non est diff
retinere in eadem actione cùm tranqui
tem, tum vigorem etiam animi nostri.

Epist. 116. de D. Augustinus ad Nebridium scri
cùm dixisset ex separatione à tumultu
pitúque rerum istarum, gigni in anim
lidum quoddam gaudium, cui nullum
manum gaudium ulla ex parte comp
potest; subjungit etiam hæc verba: *
*si in naturam humanam talis vita non c
cur aliquando evenit ista securitas? cur
tò evenit crebriùs, quantò quis in menti
netralibus adorat Deum? cur in actu
humano plerúmque ista tranquillitas ma
ex illo adyto ad agendum quisque proc*
Ecce ab experientia propria demon
nobis hic sanctus Pater, tum securitatem
rámque lætitiam reperiri, quando in pe
tralibus cordis cum Deo tractamus; t
pacem etiam ac tranquillitatem in actio
bus retineri, quando ex interiori hoc co
quio, tamquam armati ac splendentes

c

consortio Dei, eximus ad quærendas animas ipsius gloriæ divinæ caussâ. Ex quo facilè cernitur, quanta sit orationis necessitas, & quantum nostra interfit diligenter ac fructuosè facere, quod ex regula quotidie facimus.

*Tempora certa sacro recepiui danda.*

17. Præterea in ipso tempore moderationem adhibendam esse: quia præter hanc diligentiam jam explicatam, quam ob infirmitatem nostram certum est nec omnibus facilem esse, nec à plurimis tam perfectè præstari posse, quàm expediret, necessarium est quandoque tempus nobis vacuum à negotiis concedi, licèt sanctis ac utilibus; quo respiremus aliquantum, ac vires spirituales restauremus: simúlque nos & nobis ipsis & proximis nostris utiliores reddamus. Neque hoc est ullo modo aut spiritus peregrinus, aut contra Instituti nostri rationem, sed valde potius consentaneum, ac regulis Constitutionibúsque nostris, & B. P. N. Ignatii menti ac desiderio quàm maximè consonum. Nam sculptores ac lapicidæ, qui marmora aliáque petrarum genera incidunt formántque, cùm non ignorent ex continuis ictibus ac collisione rerum durissimarum retundi aciem suorum instrumentorum, paratam habent semper apud se cotem qua acuantur; & aliquando etiam

ignem, quo novum eis temperamentum
ſtituatur. Nec ipſi aut quiſquam alius
cti judicii exiſtimare poteſt, id tempus
perditum, cùm alioquin non ſolum lapi
illi formari non poſſent, ſed & ipſa et
inſtrumenta licèt ferrea remanerent obt
Lib. 30. Moral. c. 2. ac penitùs inutilia. Id quod D. Grego
divinè planè ad noſtrum explicat prop
tum commentariis ſuis in Job ſuper illa
Job. 38. 35. ba, *Numquid mittes fulgura, & ibunt*
*revertentia dicent tibi, Adſumus? Mittu*
inquit, *& vadunt cùm de abſcondito ſpec*
*tionis intimæ in activæ vitæ latitudinem*
*funduntur. Sed revertentes dicunt D*
*Adſumus, quia poſt opera exteriora, qua*
*agunt, ſemper ad ſinum contemplationis*
*currunt, ut illic ardoris ſui flammam re*
*ant, & quaſi ex tactu ſuperna claritatis*
*ſcant. Citiùs enim inter ipſa licèt bona*
*teriora frigeſcerent, niſi intentione ſolli*
*ad contemplationis ignem inceſſanter re*
*rent.* Et paullo inferius: *Niſi enim ad*
*templandum Deum ſollicita ſemper mente*
*currerent, nimirum interna cæcitas etiam*
*teriora prædicationis eorum verba ſicca*
Verùm quoniam hac de re jam aliàs ſcrip
mus, oſtendimúſque quanti momenti ſit
etiam neceſſarium, nonnulla tempora
ceptui ac ſolitudini in Societate etiam

ad meliorem spiritûs restaurationem per exercitia quædam spiritualia; nihil ultra hoc tempore adjiciam, nisi ut ipsum iterum vobis commendem, idque eo vehementiùs, quo jam per Dei gratiam experientiâ didicimus, universales illas renovationes, quæ jam non semel factæ sunt, non minùs utiles fuisse per totam Societatem, quàm divinæ bonitati ac majestati gratas.

*Amici Societatis cõservandi.*

18. Postremo loco præter illa quæ par. 10. §. 7. 8. & 9. dicuntur, non parvi æstimanda sunt, quæ undecimo habentur de retinendis externis Societatis amicis, ac reconciliandis iis qui ullo modo à nobis alieni fuerint. Manifestum enim est, Societatem non paucos adversarios habere, quos ut timere non debemus, cùm ea præstamus quæ officii nostri sunt (*imò beati sumus, cùm maledixerint nobis homines*, quod ad humiliationem, exercitium, ac meritum nostrum non parùm prodesse potest) nihilominùs *ut per hujusmodi hominum externorum benevolentiam*, quemadmodum Constitutio illa loquitur, *magis in omnibus rebus Dei obsequium ac gloria crescat*; curandum nobis est diligenter, per ea media, quæ prudentia religiosa subministrabit, ut qui aversi sunt, recuperentur. Maximè

Matth. 5. 11.

*Inimici reconciliandi.*

au-

autem ſtudendum eſt, nè ullam ex p
noſtra cauſſàm præbeamus, dum vel c
ditatis & avaritiæ notam non effugim
vel aliquam occaſionem præſtamus, ut
ſuperbos aut arrogantes, vel negotio
ſæcularium cupidos eſſe putent, quiqu
Principum aulas, & in omnia loca & o
negotia nos ultro ingeramus. Quo in
nere, etſi dubium non eſt, quin multa
ſa injuſtè nobis imponantur; debemu
men hinc majoris cautionis anſam ſum
nec quidquam facere quod iniquam il
opinionem confirmet: ſed omni potiùs
humilitate ac circumſpectione ambul
ſecundùm gratiam vocationis ac Inſt
noſtri.

*Commendatur dictorũ executio.*

19. Ecce, Patres cariſſimi, ſen
affectúmque animi mei quàm potui pl
ſimè his verbis expreſſum: judicium
am de iis rebus, quæ Societati noſtræ
cere poſſint; & quid etiam faciendum
ejus conſervationem. Hoc illud eſt q
in præſentia mihi occurrebat poſt aliq
menſium meditationem, quibus & d
næ bonitati per orationes & ſacrificia
commendavi, & cum Patribus his mei
ſiſtentibus contuli. Executio ad RR.
ſtras pertinebit, ad quam cupio ut R

Vestræ quàm primùm manus admoveant, virili animo, ac suavi efficacia; quemadmodum facturas scio, nec dubito quidquam ex ipsarum parte defuturum. Negotium non mediocris momenti est. Agitur enim de conservatione illius rei, quam qui impugnat, pupillam tangit Altissimi.

*Quomodo ad hæc filios suos hortetur Mater Societas?*

20. Reliquum ergo est, ut omnes auscultemus Matrem nostram, quæ nos iis vocibus appellat, quæ cujusvis pectus commovere queant, quibus iisdem olim illa Sanctorum Machabæorum mater filium suum fortissimum animabat: *Fili mi, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem istam perduxi.* Misericordia autem, quam ipsa sibi à filio precabatur, illa erat, ut ille viriliter in certamine se gereret. Unde infert: *Sed dignus fratribus tuis effectus suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus te recipiam.*

2. Mach. 7. 28.

v. 29.

Jam verò eò majoribus ac ardentioribus vocibus hortatur nos Societas, Mater nostra, quæ tantis laboribus ac vigiliis, tantáque caritate nos genuit, lactavit, educavit in Christo, quod illa à nobis postulat, ut non solùm ipsi viriliter, ac fortiter in hoc prælio dimicemus; sed alios etiam fratres no-

noſtros, filios ſuos, ad idem certamen a
memus ac dirigamus: quo aliquando t
cum iis ac aliis fratribus noſtris majori
natu, primis videlicet Societatis noſtræ
tribus, qui fortiſſimè, ſummáque cum a
ficatione ac fructu certamen hoc ſuſtin
runt, glorioſos tandem in cælo nos recip
Orationibus, ſanctiſque RR. Veſtrarum
crificiis plurimùm me apud Dominum co
mendo. Romæ 28. Martii, 1587.

RR. VV.

*Omnium in Chriſto Servus*

CLAUDIUS AQUAVIV

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
X.
R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Quinta,

Ad Patres & Fratres Societatis, in Indiis Orientalibus constitutos.

Anno 1590. 12. Januarii.

## *De fine illius Missionis.*

*Quanti momenti sit cõversio Ethnicorum?*

1. INter multa, eáque mirabilia, quæ fidei nostræ oculis Dominus noster exhibere dignatus est spectacula, non est in postremis, tot barbararum gentium conversio, Ecclesiæ per omnes longè latéque mundi plagas propagatio, in tam densis tenebris errorum & ignorationis Dei & inscientiæ, clarissimum Euangelii lumen illatum;

tum; perduellium, & inimicorum in fi
gratiæ & regni adoptio. Quod licèt nu
quam attentâ mentis cogitatione comp
hendatur, nisi cum multa divinæ suavit
dulcedine, sapientiæ admiratione, & pot
tiæ singularis laude atque veneratione;
sce tamen diebus, quibus æterni Verb
hanc carnis mortalitatem adventum sole
cultu celebravimus, commodior sese n
dedit opportunitas, sacrarum pagina
oracula, & Prophetarum de eo vaticin
nes majori studio evolvendi, & atten
cura meditandi.

*Hanc Isaias vaticinatus est.*

Isai. 35. 42.

2. Ex quo factum est, ut, dum ing
tes promissorum thesauros volutarem,
ostentat Isaias & aperit modò sub figu
litudinis ad culturam extricatæ, exu
tis, lætabundæ, & florentis quasi lili
modò sub persona cœcæ illuminatæ,

35. viam quam nesciebat, & semitas quas ig
rabat, deductæ; nunc sub umbra scis
in deserto aquarum, & torrentium in
arida & inaquosa apertorum; nunc sub

65. 19. nitis aliis figurarum, quæ vos non lat
integumentis; sed maximè dum dic
prædicit fore, ut gloria Domini prædic
gentibus, illorum ministerio, qui ad i
las longè, ad eos qui non audierunt de
nec viderunt gloriam ejus, summittent

ut, inquam, hæc eo majori cum admirationis sensu, animo mihi repræsentârim, quo non præteritorum illa modò, sed præsentium & futurorum esse vaticinia videbantur; quoniam non uni fiebant Europæ hujusmodi pollicitationes, neque fines aut Ecclesiæ termini, vel eorum qui ad tam ingens convivium erant convocandi, angustis cujuscumque provinciæ limitibus fuerant coërcendi, cùm idem ipse Propheta prædixisset: *Faciet Dominus exercituum in monte hoc convivium grande omnibus populis.* Isai. 25. 6. Quapropter mentis oculos attentiùs defixi, ut intuerer quasi prælucentibus illis verbis, *Quia & hodie impletur hæc Scriptura in oculis nostris, & adhuc implebitur*, etiam industriâ laboribúsque vestris (Patres Fratrésque carissimi) quos ex omni membrorum Societatis nostræ numero, ad tam altam vocationem singulari privilegio delegit, potentíque manu conservat idem ille, qui vos pridem ab hujus seculi fluctuantibus undis liberavit. Hinc meum animum insignis enata subiit alacritas, cum animadverterem Fratres meos oraculo Prophetæ designatos, rei tam sublimis cooperatores, & administros. Simul etiam confidenti juncta confusioni, clarior mei statûs illuxit mihi cognitio, cùm & vos illuc ab Europa delegan-

di, & duces præficiendi, & in opere
scepto vos dirigendi curam, æterna sapi
tia vili huic & inexperto ministro dem
dârit.

*Ad conversionem gentiũ idonei reddimur per vota religiosa.*

3. Quin etiam ulteriùs adhuc gradu
cto simul cogitavi Religionis statum no
lem illum satis & sublimem (qui vobis c
reliquis Societatis Fratribus præsertim i
stituto communis est) à Domino cæle
& divinum magis mirabiliter in vobis c
ctum fuisse. Vestra siquidem castitas,
tantùm ad propriam perfectionem, ve
pem proximo qualemcumque suppedi
dam refertur; sed eò etiam penetrat, ut
idoneas reddat operas, quæ Apostolici
scurrant ad Gentes vinculis, quibus in
catæ sunt, exolvendas. Paupertas
dum vos ab omni terrena sollicitudin
gregat, & rerum humanarum affecti
exuit, pedes vestros ad annuntiandum
angelium pacis veloces reddit. At obe
entia sancta vos dirigit: & quoquove
ad oras illas fidei lumine illustrandas de
cit, ut cæli motus terris lucem portare
let & advehere. Perinde ac si in vobis
ta illa, Religionisque statum divina pro
dentia constituere voluerit, ut omnibus
pedimentis expediti, eorum quos Proph
recensuit, albo adscribi possetis, & cen

ministri ( quo nobiliùs quidquam aut excellentiùs nec dici potest nec cogitari ) gloriæ Plasmatoris vestri, odoris Christi Domini dispensatores, & salutis animarum egregii procuratores.

*Epistolæ hujus scopus.*

4. Quamobrem ardentissimo cœpi flagrare desiderio, partes quoque meas obeundi, & vos ad vestras alacriter explendas animandi atque excitandi : quod ut facerem eò magìs sum adductus, quòd acceperim pares aliquando monitiones injectas animis bonis & optimis, quales vobis Deus pietate sua largitus est, non omnino sinè fructu in cassum abiisse. Sed quoniam me temporis angustiæ, solatio desideratissimo vobiscum frui diutiùs non patiuntur ; hac perbrevi contentus epistola, alterius eadem super re, ad Nostros in India Orientali degentes, à me nuper datæ exemplum vobis summittam. Etenim quod in vobis requiro ad summam, id unum est, ut attentè perpendant singuli, videántque, quo tandem consilio tot operas Europæ subtrahimus, quorsum multa hîc admittere Collegia recusamus, & tamen tantis cum periculis & difficultatibus, ad tanta maris & Oceani spatia emetienda vos mittimus, in quo nihil spectamus aliud, quàm ut accurate indigenarum & fidei lumine destitutorum conver-

sioni vacetur, cujus gratiâ nec barbaror
idiomatum perdiscendorum laboribus,
itinerum asperitatibus, nec quibuslibet
tradicentium obstaculis, nec cujuscum
discriminis timori, nec ullius acerbit
sensui, vel parcendum est, vel succumb
dum.

*Motiva convertẽdi gentes.*

5. Quod tantò studiosiùs est curand
quantò natura (si sibi suæque indoli
quatur) libentiùs fertur, & sive propter
joris momenti negotia, sive propter
liorem agendi rationem inclinat, ut
tam impendat Lusitanis: quod tamen
sinè gravi tot animorum instituendor
mno committeretur. Et sanè dum
rum cogito, & eorum præcipuè qui
curæ subsunt, ad Deum adducendi
tatem perpendo, magnopere vereo
Dominus aliquando rationem à nobis
Luc. 19. 25. rissimè reposcat; *Quare non posuerim cuniam ipsius ad mensam, ut ipse venien usuris exigat.* Hic agitur de re maxi
gravissima, ut illi nempe sint absque
cujus ignoratione, ut nihil Divinæ M
ti est injuriosiùs, ità nihil rationali cr
ræ infeliciùs. Agitur, ut quantum
ad eos quibuscum illi non communic
Passionis Dominicæ labores, quos
capropter mortalitatem ingressus Ser

noster toleravit, inutiles & irriti efficiantur. Et in hunc sensum sub persona Christi illa Jeremiæ verba D. Hieronymus declarat: *Non fœneravi nec fœneravit mihi quisquam*; ubi 70. interpretati sunt, *Non profuit mihi quisquam*, quasi Dominus conqueratur, *Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideravi. Idcirco vix mihi quidquam profuisse videor. Nec profuit mihi quisquam: salus enim creaturæ lucrum est Creatoris.* Itaque lucrum meum salutem illius æstimans, non mihi prosunt, qui non illam pro viribus procurant. Idipsum de Christianis improbis, qui Domini beneficiis, & expectationi non respondent, pronuntiari potest. Jam vobis considerandum permitto, quantò illud majori cum ratione de Gentibus verè dici possit, quæ non noverunt eum, neque laborum aut sanguinis à Dei filio fusi, vel copiosæ redemptionis participes factæ sunt, neque tam desideratos salutis suæ fructus ei reportant. 15. 10.

6. Non possum tamen facere quin vobis ob oculos ponam peregregium & appositissimum ad mentem nostram D. Ambrosii sermonem, qui dum in Lucam agit de unctione, qua Salvatoris corpus ungi debet, hæc habet præclarissima, ex quibus juxta propositi vestri institutnm colligere licebit, *Ministerii hujus dignitas.*

quod vobis in manibus sit ministerium, apparatum, quem ad illud per statum R ligiosum feciſtis; nec non obligationem, illi satisfaciendi intelligere rationem: C *pus ejus Eccleſia eſt. Corporis ejus odor mus, & ideo decet ut mortem corporis ornemus: etſi noſtros illa non requirat or tus, ſed requirunt pauperes, Ornabo cor ejus, ſi fiam ſermonum ejus prædicator, & ſim gentibus Crucis aperire myſterium. navit ille qui dixit: Quia prædicamus C ſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandal gentibus autem ſtultitiam, ipſis verò voc Judæis, atque Græcis, Chriſtum Deum vir tem, & Dei ſapientiam. Ornatur Crux id quod per imperitiam ſtultum putatur, Euangelium ſapientiùs æſtimatur, ut poſſ docere, quemadmodum virtus adverſaria Crucem Domini deſtruatur. Miſi in Dom corpus unguentum, ſpirare incipit, quod m tuum putabatur.* Ecce miniſterii quod bis commiſſum eſt, dignitatem. Quid bis faciendum incumbat attendite. *Ide nuſquiſque adoriatur emere labore ſuo mi que virtutum alabaſtrum unguenti, non aliquod atque commune, ſed pretioſum u guentum alabaſtri, & unguentum piſticum enim quis fidei congreget flores, & prædi* Jesum Christum *crucifixum, in omne*

*Obligatio ad hoc noſtra.*

Ecc

*Ecclesiam, quæ corpus ejus est mundo mortua, requiescens Deo, fidei suæ transfundit unguentum.* Sequitur deinceps fructus: *Olere incipit tota domus passionem, olere incipit resurrectionem, ut possit unusquisque ex hoc sacræ plebis numero dicere: Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri JEsu Christi.* Jam studiosè perpendite, quales demum esse debeant qui spirant, sed maximè, qui odorem illum spargunt. *Spirat odor, redolet unguentum in corpore, si quis possit, (atque utinam ego possim!) confidenter loqui: Mihi autem mundus crucifixus est. Non amanti divitias, non amanti homines sæculi, non amanti quæ sua sunt, sed quæ JEsu Christi; non amanti quæ videntur, sed quæ non videntur; non cupido vitæ, sed ei qui festinat dissolvi, & cum Christo esse, crucifixus est mundus. Hoc est enim crucem tollere, & sequi Christum, ut & nos commoriamur, & consepeliamur cum eo, ut unguentum, quod ista mulier in sepulturam ejus misit, olere possimus.* Sed videte quàm pretiosum & salutiferum odorem: *Non mediocre istud unguentum est, quo Christi longè latéque diffunditur nomen: unde etiam Prophetice dictum est: Unguentum exinanitum est nomen tuum. Ideo exinanitum, ut majore fides odore fragraret.* Et ut finiam, ad alterius epistolæ exemplum

vos remittens, hoc tantum dico; non
ratione, à sanctis quibusdam Patribus in
verba Canticorum, *Odor vestimentorum*
*rum sicut odor thuris*, differi; tum dem
sponsæ (quæ Sancta Ecclesia est) vestim
ta incensum redolere, quando reipsa
vertendis reducendísque animis se totam
pendit, cùm in hoc maximè Deo, & o
suo per incensum designato, assimileto

*Quæ sint ad hoc ministerium necessaria?* Serm. 16. in Cant.

7. Sed ut hoc percommodè fiat,
cessarium est triplicem illum habere
contextum, bene tortum funiculum, q
D. Bernardus exprimit; qui dum ag
miraculo Elisæi, in quo, ut puerum a
tam revocaret, posuit oculos suos super
los ejus, & os suum super os ejus, & m
suas super manus ejus, ait, simillimè
cum diebus singulis Dominum agere,
de fit ut sentiamus, *Cordi tribui in*
*gentiæ lumen, & ori ædificationis verbum*
*manibus opus justitiæ. Dat sentire fideli*
*dat proferre utiliter; dat efficaciter ada*
*re: & est funiculus triplex, qui difficilè*
*pitur, ad extrahendas animas de carcere*
*boli, & trahendas post se ad regna cælesti*
*rectè sentias, si dignè proloquaris, si vir*
*confirmes.* Quod si quid horum desit,
est ità accommodatus funis, nec aptus,
sertim si primum desideretur, aut terti

Sed quoniam totum hoc à continua cum hoc Elisæo nostro, qui verè Deus est, nos salvos faciens, conjunctione dependet, ideo B. P. N. IGNATIUS 10. part. §. 2. monet, media illa, quæ cum Deo instrumentum conjungunt, efficaciora esse animis ad ultimum & beatissimum finem suum perducendis. Quæ verba, ùt in Constitutionibus scripta continentur, sic ego maximopere percupio, ut in nostrum omnium cordibus spiritûs sancti digito descripta & altè impressa perseverent. Vobis à Domino cælestium thesaurorum abundantiam precor, & me, omnémque Societatem sanctis orationibus vestris ex intimis visceribus enixè commendo. Romæ 12. Januarii, 1590.

*Omnium in Domino Servus.*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XI.

R. P. N.

# CLAUDI AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Sexta,

Ad Provinciales Societatis JESU.

Anno 1590. 12. Maii.

*De Jubilæo & Missionibus.*

*Iram Dei tot flagella indicant.*

QUantùm in generis humani fi tia Divinæ vindictæ furor ex ferit, satis apertè tot ubique cis nobis incusa flagella testantur: neq tamen, quod pejus est & magis dolendu ad mores corrigendos quisquam anim applicat, vel tot verberum causam obs vare, aut ea sublata cum lacrymarum im bre continuò pacem ac veniam exposcere

& iram

& iram, quæ minatur acerbiora, quàm infert, satagat ullo pacto placare. Contra potiùs videre est, ad litteram reipsa expressum, quod olim Dominus pæne (ut humano more dicam) fatigatus per Jeremiam pronuntiavit: *Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.* Jerem. 6. 19. Cùm enim Divina Majestas hoc tribulationum igne scelerum nostrorum sordes perpurgare statuisset, tam exilis tamen pietas lucet, tam modicus Religionis fervor exardescit, tantúmque vis amoris proprii cepit incrementum, ut in extremis & salus propria, & divinus honor reponantur.

1. Hæc ea mente loquor, Patres carissimi, ut intelligamus, non jam nobis gradu solito incedendum; sed ardentiùs multò incumbendum in orationes, pœnitentias, & quod caput est, in studium perfectionis propriæ, rationibus omnibus, quæ ad hoc conducere judicantur efficaciter adhibitis; sic ut non modò tum temporis, cùm in proximi rebus occupamur, verùm etiam cùm ab omni consortio segregati, nobismetipsis vacamus, ejus necessitati sanctorum desiderio-rum præsidio, ferventibúsque nostris precibus opitulari, & à Divina bonitate peccatorum modum aliquem, & verberum finem ex- *Ira DEI placanda.*

exorare valeamus. Enimvero, quid Ec
ſia ſancta irati Domini oculis, quod cu
juſto furore mitigatum ad lenitatem tra
cat vel miſericordiam, poterit exhiber
in tanta totius corporis infirmitate, n
liores potioréſque partes, Religioſi, inqu
(ſic enim eos meritiſſimo D. Greg
Theologus appellat) ii ſint, qui Domi
nec demulcere poſſint nec delectare
ſacrarum paginarum acta relatum legi

Mach. 1. 3. Populum Dei, cùm Machabæorum
graviſſimis vexaretur calamitatibus,
longa multorum dierum jejunia, poſ
cretas iteratáſque ſupplicationes, in co
ctu Dei libros legis expandiſſe; ornam
ſacerdotalia, & Nazaræos ei conſecrato
moviſſe, demúmque voce magna in ca

Ibid. v. 50. exclamâſſe: *Quid faciemus iſtis, & qu
ducemus?* Volebant quippe, dum ſic a
no Patri, quidquid ei vehementiùs offe
di cenſebant, offerrent; indignationis
flammam ità violenter omnia depaſcen
mitigare. Quod ſi nos non ii ſimus, qu
gnè Divinæ Majeſtati ſuæ offerri valeam
non video cur ab eo miſericordiam m
impetremus, quàm irritatum graviùs a
cerbiores pœnas à nobis repoſcendas p
vocemus. Subit animum illius tempe
memoria, cùm filii Iſraël, Domini man

vindicem reformidantes, quod Tribus ali- Josue 22.
quæ altare sacrilegum ædificâssent, prudenter veterem superiorum sæculorum Historiam repetentes, ex inflicta toti populo propter culpam unius pœna, eam collegerunt quæ ob multorum delicta metui debebat & expectari. *Nónne Achan*, inquiebant, Ibid. v.
*filius Zare prætériit mandatum Domini, & super omnem populum Israël ira ejus incubuit?* 20.
*& ille erat unus homo, atque utinam solus periisset in scelere suo.*

*præsertim à Religiosis.*

2. Jam verò in tanta eorum multitudine, qui furorem Altissimi provocant & accendunt, si nos Religiosi, qui apud eum sequestres, & pacis cum hominibus faciendæ interpretes esse debemus; non in uno, aut altero nostrûm, sed in multis, oculos illius acerrimos, & Sole perspicaciores offendamus; vobis considerandum permitto, quid sperare jam liceat, præsertim cùm ad illud officii vinculum, quo tenemur in ejus conspectu mundi semper & alacres apparere, misera temporis hujus conditio, & funesta rerum præsentium facies accedat. Quamobrem duo nobis in mentem potissimùm succurrerunt, quæ duo & in Ecclesiæ sanctæ quadantenus emolumentum redundabunt, & tum à nostræ Professionis Institu-

to,

to, tum ab urgente nostrorum tempor calamitate necessariò exiguntur.

*Quæ præparatio ad impetrandum Jubilæũ necessaria?*

3. Primum erit, ùt dictum est, c tioni, pœnitentiis, fervori, & perfect propriæ vacare diligentiùs: quem in fin promulgatum est Jubilæum, à Sanctiss Domino Nostro aliquot antè mensibus petratum, sed hactenus dilatum, quòd dies universale expectaretur, & maxi quòd non ità pridem ejusdem modi fu indictum. Hoc ego vehementer à vo nunc requiro, ut omni alacritate & fer re, spiritualium commentationum exer tiis, aliisque circumstantiis studiosè cura juxta præscriptam aliàs formulam, desig to per Superiores tempore, quod sinè l ga procrastinatione videbitur opportun excipiatis.

*Missiones ad vitia extirpanda instituendæ.*

4. Alterum est, ut ad extirpand parte vitia, quæ in mundo latè domin tur; & homines ad ampliorem Dei not am, & conditoris sui amorem pellicien singulis in Provinciis aliquæ Missiones, Instituto, & Professionis nostræ form instituantur. Quarum numerus ineatur uniuscujusque Provinciæ viribus: & u Sacerdotes duodecim poterunt emitti, m ximi res erit fructus atque compendii; u verò tot mittere non licebit, saltèm om

no sex, superatis omnibus difficultatibus, ut delegentur, exopto. Hi Apostolico more bini & bini progredientur: ubi peculiaris non postulabit necessitas, pedibus, & ùt veros pauperes decet pergere, non multis onusti libris, aut grandi supellectilis sarcina gravati, pleni tamen inflammato zelo incedant, ad tolerandum comparati, ádque fructum incitato desiderio succensi, discurrent per vicos & castella, minori hominum frequentia habitata, & proinde opis illius magìs indiga, tantùm in locis singulis immorando, quantùm prudentia & fructus operæ spes desiderare videbitur aut suggerere. Inter prædicandum solito caveant accuratiùs, ut nè pompam, verborúmque lenocinia, aut reconditiores doctrinæ sensus consectentur, sed hoc unum sibi ante oculos constituant, ut auditores suos ad Pœnitentiam, odiúmque peccati compellant, in S. Vincentii exemplum intuentes, cujus etiam conciones, & ejusdem styli libros aliquot, post Prophetarum & sacrarum paginarum oracula, ad manum potiùs habere debent, quàm alia quæpiam sensa, subtiléve argumentationes. In Pastorum benevolentiam insinuare se penitùs enitantur, omnem ab eorum animis suspicionem depellentes, quòd ad eos velut Censores aliqui, mo-

*Modus Missiones obeundi.*

morúmve Correctores, proficiſcantur. C
Religioſis verò, ſicubi eodem in loco v
ſabuntur, omni prorſus cum ſubmiſſio
& animorum ſententiarúmque conſenſi
ſe gerent: nè fortè nonnullis videantur
illud quod ceteri non præſtant, vel præ
re nolunt, exequendum perrexiſſe.
rùm illud in primis optimum erit fac
Prælato, vel Diœceſis illius, in quam
operandum profecturi ſunt, Vicario G
rali teſtatam ſcripto ſibi fieri poteſ
impetrare, & bona illorum cum venia
tiáque omnia adminiſtrare.

*Quales ad Miſſiones deligendi?*

5. Qui verò ad hanc expeditio
eatenus Apoſtolicam, ſunt deligendi, e
dit, ut probata ſpectatiſſimáque fide &
turitate ſint inſignes, quique ad hoc
cælitus evocati aliqua propenſione fera
Ad quod ſuſcipiendum ſperamus in D
no propter Profeſſionis noſtræ oblig
nem vocationiſque gratiam, fore ut ad
nimum Superioris nutum promptos &
cres ſe quàm plurimi ſinè ulla tergiver
ne exhibeant. Præſtabit etiam, ut pe
plam habeant facultatem ad exercend
cietatis noſtræ miniſteria, & auxilia ani
rum adhibenda. Quòd ſi quid aliud
currat admonendum, id pro ſua prude
Provinciales, habitâ locorum & perſon

ratione, edocebunt. Tantùm addo, maximi ponderis totum hoc esse negotium, urgentissimam Ecclesiæ necessitatem, tempora calamitosissima, ignorationem Dei, & æternitatis oblivionem incredibilem: indè verò vim fidei insuperabilem, verbi Dei efficaciam admirabilem; vulgi & imperitæ multitudinis desiderium inexplebile, eam denique in tenui plebecula docilitatem, quæ vel in provectioribus posset desiderari.

*Motivum applicandi se se Missionibus.*

6. Illud autem, per amorem Dei, advertamus, quàm severam à nobis Dominus rationem repetet, si vota nostra, litterarum studia, tot labores in informandis operis, & necessario commeatu cogendo tolerati, postmodum angustis parietum nostrorum finibus coërceantur, tribus aut quatuor mulierculis omnem operam impendendo, cùm interea temporis ceteri universim miserabili fame conficiantur: aut si pariter omnis nostra ad medendum industria in quatuor sexve jam refertissimo omnium medicamentorum narthecio curandis contrahatur, dum interim innumeræ gentes insanabilibus confectæ vulneribus, omni remediorum subsidio destitutæ cruciantur. Et quod tandem in tempus arbitramur labores nostros Dominum reservâsse, aut qua mente in eum ordinem hunc exercitum distribuisse, vel ei

tantum robur indidisse cogitamus, nisi u
Ecclesiæ sanctæ obsequium, & anima
utilitatem, quidquid in nobis boni, quid
esset proficui, sponte proferremus, & lib
ter impenderemus. Equidem ità sem
cùm infernus ille tenebrarum princep
festam aciem eduxerit, ad hanc Domi
reditatem, qua hæreseos machinis, qua
catorum tormentis, qua dissoluta viv
consuetudine, qua altissima rerum à fi
bus remotarum oblivione oppugnand
nobis qui sub ejus signis auctorati mere
stipendia, leves aliquas & umbratiles
debere satis esse velitationes, sed insti
acie, ei egregiè occurrendum. Ea
hoc de divina bonitate mihi polliceor, q
tanta cum gratiarum copia & ubertat
biscum esse concursuram, ut felicissi
res tota sit exitum habitura. Itaque e
nimo, & quanto possum majore studio,
tribus Provincialibus negotium hoc o
exequendum commendo: simúlque m
litteras de destinatis huic operi certio
faciant: & quàm bene in dies succeda
peditio, admoneant, postulo. Quan
enim officio meo defunctus esse mihi vid
& omnem de cetero curam habendam
los deonerâsse, cùm ità præcisè, & fi

jure de tota re constitui; non possum tamen omnem ejus, quod mihi incumbit, sollicitudinem & cogitationem deponere, quatenus hoc felicem eventum sortiatur ad majorem Dei Creatoris gloriam; à quo RR. Vestris gratiam uberem peto. Romæ 12. Maii, 1590.

RR. VV.

*Servus in Christo*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XII.

R. P. N.

# CLAUDI
# AQUAVIVA

Præpositi Generalis V.
Septima,

Ad Patres Societatis.

Anno 1594. 4. Augusti.

*De fervore, & zelo Missionu*

*Missiones commendantur.*

1. DUm apud me tacita mentis
tatione præsentem Eccles
ctæ statum, Societatis
corpus, officii mei curam perpendo;
mihi videor ad excitandum novis ac
rum stimulis, Missionum per univers
ligionem nostram studium. Equide
in altera epistola vobis animos addidi,
quoniam postea Romam ad Congreg
tionem convenire Provinciales oportu
in magis opportunum tempus dilata

non sinè singulari, ùt sentio, Dei maximi nutu atque providentia. Cùm enim ea res in Congregatione Generali tractata, & super ea decretum factum sit ( in quo planè non mediocris solatii fuit materia, consentientes & congruentes in unum ardentissimos Patrum omnium animos intueri ) in spem venio fore, ut tanto majori cum studio, & voluntatum contentione in id unum omnes alacriter incumbamus. In arenam ergo descendendum est, & ad gementium atque plangentium hujus mundi calamitates hominum instar, armandæ nobis frontes, & salutifero Tau, sacrosanctæ nimirum Crucis signo, muniendæ sunt : tum quòd ad hanc expeditionem nos mortificatos & ad gravissima quæque perpetienda promptissimos comparare & exhibere debemus ; tum quia hæc ad majorem Dei gloriam actio videtur esse referenda : sed maximè quod omnis præclarè quidquam & laudabiliter agendi fiducia, virtute, facultate, favore, & Crucifixi auxilio fulcienda est atque sustinenda. Ità signatos descriptósque, perinde ùt verè milites, qui sub hoc vexillo, & glorioso Jesu nomine stipendia facimus, decet manu corripere zeli gladium ancipitem, & ex utraque parte acutum. Hinc enim peccati nos odium ad illud stirpitus

evellendum inflammat; indè quasi calc
bus admotis illius amor, qui nobis, & s
sum dedit reddidítque, nos ad gloriam c
omnibus animi nervis promovendam ex
*Zelus quid?* mulat. Unde mihi propriè zelus videtur
fervor quidam, & motio efficax ab am
profecta, cujus impulsu ad ea quæ dilecto
versantur, utpote quæ nostra multum in
sint, removenda atq; depellenda, move
*Zeli proprietates?* 2. Sed cum tribus præsertim modi
lecto contrarium quippiam patrari po
nempe quòd aut illius, quem amore c
plectimur, honoris, nominísque dignit
imminuat; vel ejus quæstum & emolu
tum retardet; vel denique quòd minùs
ceat, ejúsque desiderio satisfaciat; ab
liquet quo tandem pacto veri Chris
latores, ad radicitus exstirpanda vitia,
móstque juvandos, ferri debeant, & in
ri. Quandoquidem nec ulla unquam in
te, à mortali homine Divina gloria m
habetur contemptui, quàm dum se to
terrenis affectibus penitùs immergit, D
que suo terga nefariè vertit. Et ipse D
præpotens, ùt refert D. Augustinus, I
nullius egeat, lucro delectatur, suúm
deputat, quod nostrum est; ea ratio
qua D. Hieronymus locum illum Jere
Jere. 15. 10. explicans, *Non fœneravi, nec fœneravi*

*hi quisquam*, ubi juxta Septuaginta legit, *Non profui*, dicit in persona Christi: *Nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideravi: nec profuit mihi quisquam, salus enim creaturæ lucrum est Creatoris.* Id etiam ex eo facilè deprehenditur, quòd in hoc lucro faciendo, ùt notat S. Bernardus, majus dispendium fecerit, quàm in cælo terráque condenda, & hac universitate fabricanda. Nos verò cùm animadvertamus, ùt illius emolumenti percipiendi, paterníque honóris amplificandi ergo, factus est ipse opprobrium hominum & abjectio plebis; ùt reputatus est quasi leprosus, & percussus à Deo, & humiliatus; ùt nec usquam nisi cruore vitáque liberaliter profusa conquievit: læti & resides rebus omnibus undecumque instructissimi quietè consistemus? non verò omni studio illius amore succensi, & genium defraudare, & voluntatem in omnibus generosè domando mortificare annitemur? Quantum verò attinet, ut supremo isti Principi nostro, Patríque amabilissimo satisfiat, certissimum teneo, ei, qui verè & perfectè diligit, non tantùm graviores culpas, sed etiam levissimos quosque defectus, ut qui purgatissimos illius oculos offendant, maximi ponderis existimari: perinde ùt fidelem servum, vel bonæ indo-

Serm. 2. in Cant.

lis filium, non solùm injuriæ & contu
liæ domino illatæ, vel parenti, verùm
minima quæque, quibus ille vel tantil
suboffendatur, angunt incredibilem in
dum & excruciant. Denique ut in un
omnia contraham, zelus est argumen
certissimum, & amoris indicium eviden
simum : tantúmque, ùt arbitror, hic q
quoversum distenditur, quantùm illius
plitudo longè latéque protenditur. I
ille est, qui vos indesinenti stimulo pu
& excitat, qui omnes difficultatum m
stias superat, qui nec acerbitates ullas
pericula capitis reformidat, qui nec l
progreditur, nec remissè, sed qui nu
non movet lapidem, ut quacumque tan
industria poterit, quod dilecto suo cor
se intelligit, viriliter exequatur; contr
rò quod aliquatenus ei displicere depre
dit, removeat accuratè & depellat; aut si
nùs impedimenta prohibere liceat, ve
mentissimis interiùs amoris penitissimi fl
mis exardescat, & saltèm Domino co
quefactum, atque ad gloriam ejus omn
proximorúmque salutem alacriter para
offerat.

*Tria ad excitandũ zelum necessaria.*

3. Neque verò alia mihi videtur ess
la sartaginis oblatio, in qua cum zeli & am
ris igne, & misericordiæ erga proxim
ole

oleo, homo spiritualis (granum planè à Christo electum, & in pulverem desiderii patiendi, continuæque in rebus omnibus mortificationis redactum) seipsum in odorem suavissimum Creatori suo, ùt præclarè testatur D. Gregorius, religiosissimè offert. Nec aliud quidquam ab electionis vase vocem illam expressit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Aut quid causſæ fuit cur Prophetа, imò Christus ipse exclamaret: *Zelus domus tuæ comedit me*? Hic autem ut faciliùs exsuscitetur & exardescat ignis, tria potissimùm ad id insigniter facientia mihi occurrunt. Primum est præsentis rerum statûs, in quo universus orbis versatur, cogitatio: alterum professionis nostræ obligatio: tertium talenti à Deo liberali bonorum omnium dispensatore nobis donati recordatio.

Levit. 6.

Hom. 12. in Ezech.

2. Cor. 11. 29.

Psal. 68. 12.

4. Nam quod ad primum spectat, qui perpendet attentè, quàm miserabilem in modum rerum omnium divinarum sensus obstupuerint, cùm alta rerum terrenarum demersum caligine mortale genus tam parùm in cælestibus videat; quàm universa gens humana, ad Dei vocem præclusis auribus obsurduerit; quàm nihil suavitatis sentiat; quàm non tantùm obduruerit ad flagella, sed etiam ad vulnera & ignis ardores

1. *Præsentis rerum statûs cõsideratio.*

violentiſſimos occalluerit ; quàm alacri
in exitium ruat voluntarium , & ſponte
plagis peccatorúmque aculeis concide
dam & confodiendam objiciat ; quàm
benter exitiabili cupiditatum incendio
conflagret ; ut etiam in cineres pæne
ſoluta ſinè ullo tamen doloris ſui ſen
computreſcat ; qui ponet ob oculos tan
rei tenebrarum principis acerrima pra
tot animarum jacturam, illam denique m
di imaginem ad exemplum illius , qu
ſub finem ſexti de Sacerdotio libri ta
ſtrage & horrore terribilem depingit
aureum Chryſoſtomus , animo repræ
tabit ; qui luctum , & lugubres in m
corporis complorationes cogitabit, & n
ob interitum animæ fieri ſolitas lamen
tiones, quas primo de Compunctione li
idem ille commemorat, illis componet;
poterit pudore maximo non ſuffundi, de
quàm multa illius ergo, quàm pauca hu
gratiâ uſurpentur, animadvertet: dum
ſervabit quantis lacrymarum imbribu
quàm implacabili luctu corporis interi
proſequamur, & mortem animæ, quæ v
gratiæ infeliciſſimè ſpoliatur , vix omni
doleamus. Atque niſi me conjectura f
lit, ea fuit non inter poſtremas cauſſa, c
in Lazaro à mortuis ad vivos revocando m
ſter

sterii plenissimas illas lacrymas Salvator effuderit, quòd magnum illum doloris sensum viderit, quem super extincto cadavere gens illa testabatur id temporis, quo vix erat ullus, qui tot animorum inter ipsos extinctorum perniciem lamentaretur. O quis Jeremiam imitabitur, qui tam multiplici lesio lamentatur aurum obscuratum, mutatum colorem optimum, dispersos lapides sanctuarii, filios Sion inclytos, jam purpurâ & auro primo amictos, reputatos in vasa testea, & amplexatos stercora? Sed quam dispar unius ab altero ratio, & ea re quantò magis sub his figurarum involucris animæ ad eum statum redactæ conditionem miseram Propheta lugebat? Hæc & hujusmodi certa claráque quicumq; secum attentè considerat, nec tamen, ùt inquiebat Psaltes Regius, tabescere se, & quasi detectione teneri persentiscit, non satis intelligo quàm profundo somno devinctus sopiatur. Alterutrum enim pronuntiandum est, eum, quisquis ille sit, aut tantorum malorum præconcepta gravitate, quod statu nostro foret indignissimum, non affici; aut eum leviculo valdè, & prima superficie tenus Deum & proximum amore complecti. Quod tamen noxium nimis & damnosum esset iis hominibus, qui ex animi sui sententia, scientes pru-

Thren. 4. 1.

prudentésque, ut hoc meliùs exequerentur se mundanis affectibus & cupiditatibus e uerunt, séque totos in hac Religione Cr tori suo in holocaustum consecrârunt.

*2. Professionis nostræ obligatio.*

5. Jam verò quod ad secundum; semper inhæreret animo vocationis, & Pr fessionis Instituti nostri memoria, omnes tique actiones nostras ad eum scopum, qu hæc Religio ad majorem Dei gloriam sp ctat, possemus facilè revocare. Etenim B tus Pater Noster in Instituti formula edi ut quicumque in hac Societate voluerit Crucis vexillo Deo militare, proponat in animo, se partem & membrum esse S cietatis ad hoc potissimùm institutæ, u fidei defensionem & propagationem, & p fectum animarum in vita & Doctrina Ch stiana, publicas prædicationes, lectio spiritualia Exercitia, Christi fidelium Confessionibus audiendis, ac ceteris Sac mentis administrandis consolationem p cipuè intendat. Itèm in eadem form præcipit, ut Præpositus Generalis cum mni diligentia curet tradendæ doctri Christianæ exercitium, quippe quod p ma quidem fronte minùs speciosum & pla sibile, sed tamen maximopere sit neces um in usu frequentissimo esse. In Con tutionibus autem parte septima, de Missi

nibu

nibus agens, primo statim capite dicit, Nostros quocumque gentium ad majorem Dei gloriam & animarum auxilium se conferre debere. Et ut Nostri parati esse possint, ad discurrendum per quaslibet orbis plagas, sexta parte, capite tertio, statuit, propter graves & frequentes Instituti nostri occupationes, quia semper esse debeant expediti ad quasvis mundi partes, quo missi fuerint, obeundas; non debere rerum aliquot alioqui piarum & religiosarum curam suscipere. Quarta verò parte, capite secundo, decernit, Professam Domum, quoad ejus fieri potest, rebus omnibus expeditam ad Sedis Apostolicæ Missiones obeundas, aliáque opera ad Dei obsequium, & animarum auxilium esse debere. Denique Vocationis nostræ gratia non desiderat homines uni loco particulari, ùt stabili & continuæ habitationi, inhærentes & illigatos. Sed eo fertur intentio voti illius, quo se obedientiæ summi Christi Vicarii sine ulla excusatione Societas obstringit, ut diversa loca peragremus, & vitam agamus in quavis mundi plaga, ubi major animarum necessitas videbitur postulare. Quæ profectò tanta est, ut vix sine magno dolore cogitari possit, quòd in tanta operarum multitudine, sive propter multa Collegiorum onera,

sive

sive propter modicum fervorem nostrum & acerba tolerandi desiderium elanguidum fructum tamen illum de Missionibus, quem debemus, quem Ecclesiæ sanctæ necessitas, & vocatio nostra postulat, non reportemus.

*Quam Deus ipse secundabit & promovebit.*

6. Erigamus animos, Patres dilectissimi, & studia nostra novo cum fervore exsuscitemus: videbimus profectò, & re experiemur, si nos divinæ gloriæ cupidos & animarum salutis avidos præstiterimus immensam illam bonitatem vicissim repe-

1. Reg. 2. 30. dere: *Quicumque honorificaverint me, glorificabo eos: qui autem contemnent me, erunt ignobiles.* Quin etiam imperscrutabilis sapientia variis illis persecutionum, quas liquot ante annos subivimus, flagellis, nos metipsos perpurgabit, efficiendo ut in nobis verum sit, quod olim Sapiens prædi-

Prov. 25. 4. rat: *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Hoc ut studiosius etiam fiat, petere videtur insuper & exigere præteritæ vitæ damna relarciendi necessitas. Cùm enim ipso statim principio, à quo primum per rationis usum, eum cognoscere possumus & amare, referre debeamus fructus laudis, gloriæ, obedientiæ, amoris

Rom. 7. 5. & perpetuæ servitutis; passiones peccatorum, ùt ait Apostolus, operantur in membris

bris nostris ut fructificent morti, ità ut non solùm præsentis statûs ratione, sed etiam præteritorum reparandorum caussâ, fructus uberes nobis ferre conveniat. *Et ad hæc quis idoneus?* Hoc ego vehementer expeterem, ut omni cordis affectu, sterilitatem, imò & acerbitatem & turpitudinem fructuum nostrorum plangentes, alacriter aliqua saltèm ex parte tot nomina dissolvere conaremur. Et licèt mihi se campus ingens aperiat, & incentivorum, quæ nos ad illud præstandum hortari valeant & impellere, seges offerat; lubet potiùs, ùt etiam magìs expedit singulis, hæc in divino conspectu discutienda & consideranda permittere.

7. De tertio verò, talento nimirum extra omnem dubitationem & controversiam situm est, omnem illam diligentiam culturámque, quam Societas in nobis instituendis in virtutum & litterarum studio & informandis adhibet, ad aliud non spectare, quàm ad finem assequendum, qui primo salus & perfectio propria, deinde proximi censetur, ut instrumenta iis, quibus nos Deus applicare dignabitur, idonea reperiamur. Ut enim de litteris seorsum dicam, constat, etiamsi rerum cognitio varia disponat, & ad usus nostros animum illustret, longè tamen ampliùs eam ad aliorum utilitatem promo-

3. *Talenti à DEO nobis dati recordatio.*

movendam intendere, ideóque ſtatim in ip
ſtudiorum carceribus nobis illa regula p
ponitur, quæ jubet animi puritatem cu
dire, & rectam in ſtudiis intentionem hab
re, nihil aliud in his quàm divinam gloria
& animarum fructum quærentes; ad hu
enim ſcopum ſtudia Societatis dirigun
Miſerum quippe foret, poſt aliquod ta
laboribus, tot annorum ſtudiis, talen
comparatum, cujus adminiculo animas
lucrari valeremus, opportuno ejus de
mendi & exercendi tempore imminente
lud involutum in linteo, aut in terram de
ſum occultare. Quod ſi quid ego tal
nomine velim, tacita apud vos quæſtion
terrogetis; juxta D. Chryſoſtomi & c
ſtantem Doctorum aliorum ſententiam
lentum interpretor quidquid omne c
proximorũ fructu & utilitate proferri po
& impendi. Unde fit ut etiam naturæ do
ſcientiæ, & hujuſce generis animi vel c
poris ornamenta, nobis à Domino mun
erogata, talenta meritò nuncupentur.
ſanè in Societate noſtra, quantumvis u
& idem non ſit omnium modus & ratio
men veriſſimè profiteri poſſumus, nulli
eſſe qui donum aliquod & talentum juv
do proximo accommodatum, divina lar
tate conceſſum non poſſideat. Deinde

*Talentum quid?*

rò cùm in idem vocationis gratia, finis instituti, & quæ nos ad illud dirigit obedientia referantur; multum profectò pungere nos deberet & movere illa de servis parabola, quibus Dominus peregre proficiscens bona sua tradidit ea lege ut quidquid lucri facturi essent, id totum reditibus suis & emolumentis accederet. Illic enim eorum, qui se ad quæstum faciendum constanter impenderunt, mercedem & luculentam remunerationem, simul & irrogatam ei contumeliam & pœnam, qui vel abjecto & humili præpeditus animo, vel pigritia retardatus, nihil Domino suo fructûs repræsentavit. Ubi primò venit observandum, hunc à Domino malè mulctatum fuisse, non quòd bona sua dissipâsset, sed quòd nihil emolumenti retulisset. Deinde si tanta cum severitate plectat eum, qui pauxillum illud otiosum remanere passus fuit, quantò sæviet vehementiùs in eos, qui non talentum modo, sed talenta à Dei benignitate receperint quàm plurima. Tertiò solerter animadvertendum est, spem omnem & fructûs exspectationem, non tam in industria nostra, quàm in accepto à Divina manu dono sitam esse & collocatam. Unde nobis hinc omnis animum dejiciendi causa tollitur, indè multum arrogantis superbiæ fastus in-

ſoleſcens retunditur. Eapropter D. L
cas ſervos illos utiles Domino ſuo dixiſſe
Luc. 19. 16. fert: *Domine mna tua decem mnas acquiſi*
&c. perinde ut ſi illud Apoſtoli vellet
1. Cor. 15. 10. primere: *Plus omnibus laboravi, non au*
*ego, ſed gratia Dei mecum.* Ad hæc qua
notandum accedit, à Domino rationem
de fructu reipſa reportato, ſed de cura &
ligentia in bonis ſuis fideliter adminiſt
dis adhibita, repoſci.

*Deus laborē penſat, non fructum.*

8. Quamobrem, ùt advertit D. C
ſoſtomus, non dicit Apoſtolus: *Plus o*
*bus lucratus ſum*, ſed *plus omnibus labo*
Ideoque Dominus prænuntiat fore, u
adventum ſuum fructus à nobis ex
Quæ cùm ità ſint, contendamus enix
virili parte noſtra: licèt enim fructus
rem non conſequatur, ejus erit curare
à ſingulis quod perſolvere tenetur, rep
re; ſimul etiam deſideria contention
noſtras juſta compenſatione munerari. P
terea ſollicitè conſiderandum eſt, quo
Dominus ità ſe lucri ſtudioſum præb
& metat & colligat ubi non ſeminave
multò magìs ex eo agro fructum percip
volet, in quo tot jam annis, tanta c
gratiæ cæleſtis benedictione, ſanctor
deſideriorum ſementem injecit, útque m
ſem uberem referret, largiſſimum tot

neficiorum imbrem è cælo immisit. Enimvero si præpotens illa Majestas, non quòd dura sit vel austera, ùt perperam servus ille piger objiciebat, sed propter admirabilem summæ bonitatis & potentiæ abundantiam, metit interdum ubi non seminavit (cùm ad gloriam suam, suorúmque servorum utilitatem etiam ea mala, quæ ab ipso non profecta sunt, refert) quanto magìs existimandum est, eum in votis habere, ut quæ ab ejus manu dona gratiæ, in bonum & obsequium Ecclesiæ sanctæ convertenda, dimanârunt, cum fructu impendantur & exerceantur?

*Talenti bene impensi fructus.*

9. Postremò non est illud cursim prætereundum, sed accuratè pensitandum, quod ab eo talentum aufertur, qui illud occultando pariter se gerit atque si nusquam illud attigisset. Ait enim Salvator: *Ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo*; cùm tamen è contra ei qui jam plura possidebat, alia insuper affirmet elargienda: *Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit.* Deinde remuneratio, & honorifica illa prædicatio, simul & dignitatis super tot civitates, in gratiam lucelli tenuis, potestatem habendi, ex parte nobis illud adumbratum ostentat, quod paratum ei Dominus asservat, qui humili &

Luc. 19. 26.

Ibid.

ardenti animo, exiguum illud quod sibi co
cessum est, fructuosè collocare elabor
Ex quo omnis, quæ hinc colligitur uti
tas, in usum nostrum maximam partem
dit. Verùm, ut hoc non ità sit, amor
men præstat, ut avidè votis omnibus co
cupiscamus, ut ab omnibus intelligatur p
ter, & diligatur infinita illa per omnem
dum Dei bonitas & pulcritudo, cujus e
vehementi amore animas prosequi de
mus, & ad hunc bonorum omnium fon
omni studio allicere, ùt admonet D. Au
stinus: *Rape ad eum tecũ quas potes, & du*
*hunc amemus, & ipse fecit nos, & non est lo*

Lib. 4. Conf. c. 12.

*Deus ipse ad Missiones nos allicit.*

10. Sed finem aliquando faciamus,
dò priùs attentè cælestis sponsi vocem
ceperimus, qui vicem suam dolens, &
gerrimè ferens se propter obstinatam a
duritiem à suis non admitti, sic loqui

Cant. 5. 2.

*Aperi mihi soror mea, columba mea, p*
*cta mea: quia caput meum plenum est r*
*& cincinni mei guttis noctium.* Quem

Tract. 17. in Joan.

cum discutiendo D. Augustinus, rorem
lum & guttas asserit esse eos, qui jace
amore divino destituti, in nocte iniqui
refrigescentes, portantur quidem in cr
bus Christi, quòd adhuc in Sacrame
Ecclesiæ visibilibus tolerentur, sed tam
finè gratia, mortalis peccati sarcinâ p
gr

gravati, vitam infeliciter trahunt. Pulsat ergo Servator ad ostium, & ad Ecclesiæ caulas eos advocat, quos ad illud exequendum idoneos arbitratur, eósque perhumaniter compellat, ut interrupta quiete propria, curas & studia sua ad animarum salutem promovendam convertant. *Aperi mihi de sanguine, soror mea; de spiritu meo, columba mea; de sermone meo, quem plenius ex me didicisti, perfecta mea; aperi mihi, prædica me, ad eos quippe qui clausérunt contra me. Quomodo intrabo sinè aperiente?*

*Et invitat.*

11. Quod si nihil nos hæc commoveant, fierine potest ut fiduciam aliquam in languidis frigidísque desideriis reponentes, familiaritatem cum Deo conjunctissimam, multámque tum professionis nostræ, tum Divinæ voluntatis cognitionem nobis polliceamur? Equidem non me fugit D. Bernardi sententia; Ut nempe is, qui ex officio animarum saluti habet intendere, quoties hominem suum interiorem sensérit, ad has revisendas, corrigendas, instruendas, & salvandas permoveri, toties pro certo sponsum adesse intelligat, toties se ab illo sentiat invitari. Porrò invitatio ipsa quid est, *nisi intima quædam stimulatio caritatis, piè nos sollicitantis æmulari fraternam salutem, decorem domûs Dei, incrementa lucro-*

Ser. 58. in Cant.

*rum ejus, incrementa frugum justitiæ ejus, l*
*dem & gloriam nominis ejus?*

*Missioni S. Exercitia præmittenda.*

12. Hæc habui (dilectissimi Patr
quorum memoriam ut vobis per litte
(quia coram non licet) refricarem, va
rationibus adductus sum. Unum hoc tu
tum à vobis desidero, ut ad partes nos
perfectiùs intelligendas, ad recentes
mos concipiendos, & vires ad hoc rei
randas, quicumque in Missiones erunt
mittendi, per aliquot dies se piis spir
lium Exercitiorum commentationibus
erceant, iis præsertim, quæ de Regno C
sti, déque Vexillis duobus agunt, alia
generis ejusdem, quæ ad excitandos
mos, & ad tam generosam expeditione
flammandos videri possunt opportunæ.
Provinciales utique perscriptum est,
præscriptum, ut juxta ordinem anno n
gesimo datum Missiones renoventur, d
eas omnium voluntates accendantur.
spem venio fore ut plerique se alacriter
ferant, Professi potissimè, quippe qui
eas peculiari quadam ratione obligan
Ego sanè Divinæ bonitati tantum confi
ut credam totum hoc, quemadmodum
& merito vertetur & coronæ, ità in Ecc
siæ proximorúmque fructum insignem,

Divinæ Majestatis gloriam tot animarum conversione non mediocrem cessurum esse. Hoc ipsum ceteráq; munia,ut ad feliciorem exitum perducatis, vobis abundantem gratiarum copiam ab immortali Deo precor, simúlque me VV. RR. orationibus, sanctísque sacrificiis multùm commendo. Romæ 4. Augusti, 1594.

RR. VV.

*Servus in Christo*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XIII.
R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Octava,
Ad Provinciales Societatis
Anno 1599. in Majo.

## *De modo Instituendarum Missionum.*

*Præfatio.* 1. CUm Missionum ministerium non solùm sit vocationi atque Instituto nostro maximè consentaneum (unde & in Congregationibus generalibus, atque in hac præsertim ultima, tanto opere nobis earum cura demandatur) sed ingenti passim, quæ Dei est benignitas, cum animarum fructu ad spiritualem, non privatorum hominum tantùm, sed integrarum

etiam urbium, civitatúmque consolationem exerceatur; cúmque spiritualis hæc proximorum necessitas major in dies appareat ob penuriam hominum, à quibus erudiantur & adjuventur; tametsi aliàs sæpe tum litteris nostris, tum indulgentiarum, quas hoc nomine obtinueramus, occasione hortati Superiores sumus, ut accensum in Nostris hoc studium, spiritúmque excitare ac fovere nitantur; Missionésque in suis Provinciis, pro cujusque facultate crebras instituant; attamen re sæpius Domino commendata, & cum Patribus Assistentibus deliberata, novum quoque nunc stimulum addendum censuimus; novúmque in omnium animis ardorem resuscitandum: prolatis simul in medium rationibus, modísque quibus tam sanctum, & tam fructuosum opus stabiliri posse videatur.

*Singuli Patres áliquam quotannis missionem obeant.*

2. Et quia nonnulli abierunt anni, cúm integras hac de re litteras dedimus ad singulas Provincias, omnes hortando, ut magno animi studio ministerium hoc complectantur; operæ pretium fuerit, si R. V. nè in iisdem nunc hæream, relegendas curet, quas mense Augusto anno 1594. scripsimus, quia cupio prorsus, ut quam efficacissimè poterit, spiritum hunc Missionum in suis accendere, ac magis magísque in-

flammare ſtudeat. Ut igitur in praxi
púſque res faciliùs deducatur, expedire
detur, ut ſinguli Sacerdotes noſtri (iis
ceptis, qui vel propter infirmitatem, vel
aliud juſtum impedimentum idonei ad
præſtandum R. V. non videbuntur)
ſionem aliquam deinceps quotannis per
ces obeant, nullúſque ex iis qui præ
id poſſunt, eximatur. Ac primi in hoc
nere ſint Profeſſi, ad quos profeſſionis
us cauſsâ propriè magis ſpectat hoc
citium: quique aliis exemplo hac in re
& duces ſe illis præbere debent. Qu
qui fortaſſe vel propter ætatem, vel
pter valetudinem, occupationéſve alia
giores obire Miſſiones nequeant, no
circo prætermitti debet, quin breves
aliquas ſuſcipiant paucorum dierum,
locis propinquioribus juxta vires, &
tatem uniuſcujuſque.

*Modus ad miſſionem eundi.*

3. Modus autem eundi in Miſſion
iſtis ad animas juvandas, uberiorémque
ctum colligendum, is erit, quo Apo
utebantur, ut bini eant, & quoad fieri
terit pedibus iter faciant, ſicut aliàs co
ſiùs ſcripſimus litteris 12. Maji, anno 1
datis, quas nunc etiam legere licebit, ne
dem repetamus.

Porrò ut difficultas omnis tollatur,

nè unquam desint, qui ad Missiones has destinari possint; atque ut ineatur stabiliatúrque ratio, qua prompti paratíque semper sint ad hoc ministerium, cupimus ut è singulis Societatis domiciliis aliqui, ac duo saltem circa Missiones occupentur: qui si per vices cum iis operariis mutabuntur, qui domi residents, facilè ad manum semper erunt, qui Missiones obeant: & quia vicissim alii atque alii foris versabuntur, non magno erunt oneri Collegiis.

*In quibus locis instituendæ.*

4. Sed quia non ignoramus, quàm difficilè esse soleat, ut moveantur è Collegiis operarii qui in iis habitant, unde retardari, & impediri ex parte Missionum usus solet, minùs certè frequentes fiunt, quàm & Instituti nostri, & fructûs ipsius causâ optandum esset; venit in mentem post diuturnas preces, maturáque consultationes, rationem quamdam experiri quæ præter alias varias utilitates, multum, ùt in Domino speramus, sanctum hoc opus promovebit; nimirum ut R. V. in sua Provincia duo vel tria loca designet ex iis quæ Collegia non habent, ubi cum bona civium & Prælati venia, Residentiam ad tempus collocet, quæ Missionibus tantummodo deserviat, tum ejusce loci, tum vicinorum, ità ut mutari subinde possint hujusmodi Residentiarum sedes, atq;

ex

ex uno loco in alium transferri, quo pl
bus locis prosint, nè paucis aliquot opp
urbibúsque circumscribantur.

In his Residentiis vivere Nostros
eleemosynis oportebit perinde ac in Do
bus Professis. Quod si locus quispiam
aptus alioqui & opportunus censeatur,
neus non erit ad eos eleemosynis susten
dos qui sedem in illo fixerint, quod qu
vix continget, præcipuè si Nostri,
curare debent, eo victu, qui paupere
ceat, contenti erunt, nec superfluas
moditates consectentur; tum R. V. p
rare poterit, à piis personis, Prælatis a
eleemosynam quampiam, qua illorum
cessitati subveniat.

In singulis ergo Residentiis octo
nimum esse oportebit, sex Sacerdotes
binis Fratribus, quorum quatuor per
circum loca, bini ac bini proficiscan
Deinde statis temporibus juxta Super
præscriptum ad Residentiam redeant,
quò commorentur, aliis vicissim foras p
gentibus. Superior autem, qui Resi
tiæ præficietur, spiritu fervens esse deb
ac rerum peritus, ut Missiones quò & qu
diu rectè instituat. Sacerdotes itèm qu
Residentiis agent; mutandi post aliqu
tempus erunt, aliíque in eorum locum s
stitue

stituendi ex iis qui in Collegiis versantur: sic enim ex æquo distribuentur labores, & singulis locus dabitur atque occasio fructificandi.

*Non agatur de novis Collegiis erigendis.*

5. Ceterùm necessarium ducimus, ut R. Vestra iis, qui ad Missiones ibunt, & in Residentiis hærebunt, disertè inhibeat, nè de novis Collegiis erigendis ullo modo tractent, aliorúmve sermones audiant, quia è re Societatis in præsentia non videtur augeri numerum Collegiorum. Quod si fortè in aliqua civitate Domûs Professæ erigendæ sese occasio præbeat; V. R. erit monere Nos, quibus in animo est, si commoda omnia fuerint, eam acceptare.

*Commendatur prædictorum executio.*

6. Denique ut fructum, quem ex Missionibus istis speramus, primo quoque tempore consequamur, cupio ut R. V. simul atque has litteras acceperit, cum suis Consultoribus deliberet de modo ac ratione exequendi quæ diximus: seligat è sua Provincia decem aut duodecim Sacerdotes, qui idonei sint Missionibus obeundis, eorúmque pro consolatione nostra, nomina ad nos mittat, ac locorum simul quæ ad Residentias designabit.

7. Addam ad extremum quod hujus argumenti occasione visum est suggerendum, ut meminerit R. V. diligenter curandum

dum esse, ut Professi in primis, tum ce
etiam qui ad Societatis gradus promov
tur, doctrinæ Christianæ quadraginta d
peragant. Quod ipsum ad Missiones op
rarios R. V. suppeditabit, præterquam op
Professi ejus memores, quod in profess
sua promiserunt, curæ cordíque habere
bent Doctrinæ tradendæ ministerium, a
quam ipsorum proprium & B.P.N. Ig
TIO primísque Patribus tanto cum fr
atque ædificatione celebratum: quo
quidem exemplum amplecti, & omni st
& diligentia imitari cum divina gratia
bemus. Romæ in Majo, 1599.

RR. VV.

*Servus in Christo*

CLAUDIUS AQUAVIV

EP

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XIV.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Nona,

Ad Patres & Fratres Societatis JESU.

Anno 1599. 8. Maji.

## *Quis sit Orationis & Pœnitentiarum usus in Societate, juxta nostrum Institutum.*

NOnnullorum animis aliquando de Constitutionum & Regularum intelligentia simul & praxi, qua de pœnitentiis & orationibus præcipiunt, insedisse dubitationem accepimus. Itaque optimum factu judicavimus, pro ea quæ nobis incumbit ex officio cura, aliquot super ea

ea re capita, quàm fieri poterit brevite enodare.

*Finis Societatis.*

1. Finis noſtræ Societatis eſt, ſaluti f & perfectioni conſulere primùm; dein proximorum etiam ſalutem & perfectione accuratè promovere: cum illo tamen in finem utrumque diſcrimine, ut qui nos f ctat, eo qui proximi rem attendit potior beatur, tam propter unicujuſque vir obligationem, quam propter bene conſti tæ caritatis ordinem, & maximè, quod poſtremus priori illi velut fundamento nixus ità fulciatur, ut hoc labefactato, corruat & collabatur neceſſe ſit. Eapro primi illius aſſequendi rationes, incred planè ſapientia, B.P.N. Ignatius plurimas nos edocuit, ſed nullam ora & mortificatione, de quibus aliquid jam cturi ſumus, efficaciorem commendavit quas ſuperiori Patrum noſtrorum memo diuturna viri ſanctiſſimi experientiâ edo validiſſimas eſſe teſtatum reliquerunt.

*Orationi tempus quod tribuendũ?*

2. Et ut ab Oratione ducatur exor um, quod ad deſtinatum illi tempus attin primùm dico: Tametſi liberum non Scholaſticis, multum in illa temporis co locare, modo ſtudiosè caveatur, *nè inop ſcat ſolidarum virtutum, & religioſæ vitæ mor*; ut nec etiam ità variis pœnitentiarũ

flictionibus corpus atterere; propterea quòd litterarum studiis, quæ totum pæne desiderant hominem, addicantur: quæ si ad majorem Dei gloriam, & proximorum utilitatem syncera mentis acie colliment, ipsi non modò gratam æquè tum temporis, verùm etiam, quod ipsæ perhibent Constitutiones, divinæ Majestati rem faciunt gratiorem; nihilominus tamen Professis, & formatis Coadjutoribus, de quibus tamquam certum ducitur, quòd in viros spirituales evaserint, & qui sic in via Christi Domini Nostri profecerint, ut per eam currere possint, nullam regulam præscribendam judicavit, nisi quantum corporis valetudo, & externæ occupationes caritatis atque obedientiæ permittunt; dum tamen semper Confessarius consulatur, & ubi dubium acciderit, quid conveniat, res ad Superiorem deferatur, ut expresè habet sexta pars Constitutionum. Etsi verò postmodum Congregatio Generalis singulis horam meditationi impendendam definivit; ea tamen est illius mens, ut ad longiorem nemo quidem per hoc teneatur, nemo pariter ab illo tempore eximatur: non tamen ullatenus Constitutionem abroget, aut ei quadantenus deroget, quin, sub ea qua superiùs exposui ratione, utriusque ampliandi libera facultas omnibus per-

4. Par. c. 1. §. 2.

6. Par. c. 8. §. 1.

mittatur. Quamobrem dum quis prob
biliter audeat sibi polliceri, fore ut n
immoderato labore valetudinem lædat, n
in officiis proximo præstandis desit, aut c
ficiat, nec in obedientiæ mandatis ea q
par est alacritate exequendis tardiorem
præbeat, integrum ei relinquitur quidq
temporis ad profectum suum magis fac
rum videbitur, id omne tempus piæ,
commentationi, vel lectioni, non min
laude, quàm merito assignare. Quant
verò spectat ad studium in officio suo p
fungendo, ad disciplinam & commun
domûs ordinem, ùt est recreatio, &c.
denique ad necessariam post toleratos m
sterii sui labores cessationem, constat
omnia superiori exceptionis formulâ,
dientiæ nimirum & valetudinis, ceteror
que prius commemoratorum capitum a
tu comprehendi.

*Modus, & materia Orationis.*

3. Quod si vel modus attendatur
materia, qui se jam sæpius piis illis co
mentationibus exercuerunt, longóque
facilitatem in orando sunt assecuti, illis n
certum argumentum, nec ratio singula
videtur esse præscribenda. Spiritus enim
Domini, qui laxissimis habenis ferri sole
per innumerabiles animorum illustrand
rum, & sibi arctissimè devinciendorum v
qu

quasi frenô, sic finibus denotatis non est coërcendus: & nos, ut non minus piè quàm prudenter bonæ memoriæ P. Natalis in hunc sensum aliquando pronuntiavit, divino Doctori par est quidem obsecundare, sed non licet antevertere. Quare ùt absurdum foret, & prudentiæ legibus alienum, Societatis nostræ hominibus penetranda naturæ divinæ mysteria, infinita per omnem modum Dei supremi attributa pervestiganda, hypostasi triplicem unitatem, & natura simplicem Trinitatem rimandam & perscrutandam peculiari penso dictare; ità foret absurdissimum illis commentandis, quasi nostro repugnantibus Instituto, cuiquam interdicere. Non tamen imus inficias in hoc meditandi genere nonnulla interdum, ex eorum qui minus illo prudenter utuntur vitio, mala suboriri, dum illi scilicet effectum ex eo planè contrarium assequuntur: ut cùm, exempli caussa, indè reportant bonam de se, quòd sublimia speculentur, opinionem; de eo verò qui res simplices, nec ità reconditas rimetur, æstimationem viliorem; aut pervicax in decernendo judicium; vel obfirmatum ad spirituales, quibus illic mens perfunditur, voluptates fruendas, animum. Hæc namque omnia parem & obedientiæ injuriam, & animorum

zelo inferunt detrimentum. Itaque hu
notæ homines, non ùt contemplativi,
ùt certissimis adversarii laqueis irretiti c
templantes expediendi sunt: imò etiam
terdum ab illa inani & falsa contempla
ne segregandi, & in viam reducendi. N
que tamen ea re veritati reluctandum e
aut testatissimæ Sanctorum Patrum exp
entiæ refragandum, & habenda despic
contemplatio, vel ab ea Nostri prohib
di: cùm illud plurimorum Patrum sen
tiâ suffragióque perspectum sit & expl
tum, veram perfectámque contempla
nem potentiùs & efficaciùs altera qui
piarum meditationum methodo, supe
entes hominum animos frangere atque
tundere, pigritantes ad obeunda Superi
mandata vehementiùs incitare, & lange
tes ad salutem animorum procurandam
dentiùs inflammare.

*Fructus ex Oratione colligendus.*

4. Jam verò quod à plerisque sole
surpari, cùm asserunt omnem orationis
stræ vim & efficientiam ad aliud refer
dam esse; neque committendum, ut e
nuda sit & solitaria contemplatio; si re
intelligatur, extra omnem reprehensio
aleam est constitutum: imò & eorum
quô, qui deinceps significabuntur, mod
Prædecessoribus nostris responsum aliqu

do fuit & ſcriptum. Primus eſt, non illic Noſtris conſiſtendum eſſe, ut interno illi orationis guſtui adhæreſcant, & permodica dulcedine deliniti, nihil uberioris fructûs illinc ad ſe derivare, ad vitam moréſque rectè formandos, aut virtutes ſibi comparandas elaborent: ità ut, verbi gratia, poſt penſitatam ſolerti contemplatione Servatoris hominum, quæ in acerbiſſimis dolorum perpeſſorum cruciatibus eluxit, patientiam, poſt abjectionem illam accuratè diſcuſſam, poſt fervorem & eum, quo violentiſſimè incendebatur, zelum animarum, iiſdem, quibus antea, impatientiæ ſuperbiæque ſtimulis agitentur. Verùm hic orationis fructum ad aliud referendi modus, Religioſis hominibus communis eſt, & omnibus qui ſe contemplationi dedunt, uſurpandus. Alter eſt, ut in contemplatione mens noſtra divinæ caritatis ignibus exardeſcat, & in Deum, quem ſummè bonum, ſummè diligendum intelligit, amore feratur inflammato: ex quo deinceps acris illa deſiderii flamma ſubſultet, ab amore ſui tamquam à vinculis & cuſtodia evolandi, & Deo Opt. Max. fideliter in omnibus famulandi, ſimul etiam omni conatu annitendi, ut tantum & tale bonum, tam expetendum cognoſcatur ab omnibus diligenter, & ametur ſingulari-

ter. Ea tamen lege, ut cùm ità præpon
ti Deo placere, ità sui Instituti normam
gere, ità expedire, vel denique ità jub
intelliget, se libenter ab illa suavitate,
grato contemplationis sensu sejungat:
démque concepti in illa fornace pietatis
dores, & eum ad agendum inflammet,
eos quibuscum agit, laudabili religiosæ
tæ exemplo incendant. At verò qui se
tæ Monasticæ mancipavit, & solitariæ
ligioni addixit, cùm id Deo cordi esse
verit, ut juxta illud quod profitetur
Psal. 45. 11. genus, placidissima illa quiete perfruatur
*vacet & videat, quoniam suavis est Dom*
satis habere debet, cellæ suæ conclusis
gustiis, proximum ferventi precum su
auxilio impertire. Tertius denique
dus est, ut sacrarum paginarum sensa, si
que nostræ vera principia, ea mente
temur, ut intelligentia comprehensa, de
ceps ea rudium populorum animis dic
docendóque instillemus. Quod si
quisquam sentiat Meditationis nostræ
ctum, hoc postremò sensu ad aliud spe
re, ut ex vi naturæ suæ, non etiam ter
ad amandum Deum, aut cognoscend
meditatio; imò sic asserat Societatis ho
ni nunquam licere, Deum unicum dilige
dum vel intelligendum in oratione sibi p

ponere, sed ità perpetuò ei meditationem instituendam, ut reipsa semper ad aliud intendat, neque sit ei liberum aliquid eorum, quæ non referantur ad aliud, meditari; is dubio procul errat, & in alium sensum hanc propositionem detorquet, quam vel Doctorum auctoritas, vel contemplationis natura patiatur. Nec enim quispiam rectè pronuntiaverit, ideò à me Deum amari, ut aliquid ei gratum exequar, contrà potiùs illud eapropter exequi censebor, quod illum amem, & amoris illius stimulis ad opus illud aggrediendum & perficiendum impellar.

*Discrimē inter contemplandi, & meditandi modum.*

§. Et quoniam superiùs commemorata magni ponderis habenda sunt & momenti, contraham in pauca, quæ jam explanata sunt, de eo quod inter meri contemplativi (puta Carthusiani, aut alterius cujuslibet) & unius è Nostris orandi rationem discrimen intercedit. Primum enim, tempus in utroque diversum est. Etenim ille id omne quod potest temporis, quoniam aliis negotiis non distinetur, in orando consumit: hic succedentibus sibi in desinenti serie negotiis, pietatis exercitia, & animi cultum sæpius interrumpere cogitur. Ille tametsi corporis vires labore illo precationis longioris multùm enervet atque debilitet, modò tamen valetudinis apertum periculum

non incurrat, nihil à professione sua
num admittit, cùm se minùs idoneum
obeunda cetera suæ religionis munia
efficiat: hic verò, quia multa, neque
diocria bona, vocationi suæ conformia,
illa corporis divexatione, & virium defat
tione impediat, dum immoderatis illis lab
ribus plùs justo se conficit, fines sibi à D
& Religione constitutos prætergredi
Ille vix unquam ex obedientiæ mandat
meditatione, in qua suæ vocationis pra
puum caput est collocatum, distrahit
hic identidem aliò, quò scilicet eum vo
tio sua deducit, abducitur. Postremò
tamquam in portu suo, sic in hoc exerc
jucundissimè acquiescit, & tentationi du
re debet, quotiescumque aliud quidqu
in his commentationibus suis spectare p
vocatur: hic contrà, si propter eam, qu
in hoc sanctæ quietis otio voluptatem
peritur, ad opus in Domini vineam eg
cunctetur, in potissima suæ vocationis p
te insigniter deficit. Ille solitudinem
ctatur & silentium, ut ea, quibus in orati
ne plurimùm juvatur, subsidia; & quia
hil aliud profitetur, utrumque sanctum
inviolatum religiosissimè custodit: hic v
rò quatenus Instituti sui mediis, nec fr
sunt obstaculo, secessum eumdem ab hu
mi

mana consuetudine, silentiúmque consectatur. Et eam ob rem, ut se ab hominum familiariate sponte segregat, & silentium, dum licet decétque, observat; ità pariter utrumque, cùm vel obedientia vel caritas exigit, non sinè merito sæpius interrumpit. Non enim debet permittere, ut eum captandæ quietis illius amor ab accurandis proximi commodis retardet: debet tamen hoc tenere, quod Superioribus B. Gregorius faciendum suggerit: *Internorum curam, exteriorum occupatione non minuens; exteriorum providentiam, in internorum sollicitudine non relinquens.*

*Inter occupationes mens ad Deum evolet.*

6. Quia verò crebris negotiorum tumultibus sanctæ contemplationis tranquillitas in Societate frequentissimè interturbatur, illud in Nostris desiderabat Beatus Pater IGNATIUS (non quò forent minùs studiosi ad tempus aliis occupationibus suffurandum, & in se colligendis conferendum, sed nè proximi curam ideò intermittere, & opere imperfecto se recipere cogerentur) ut in omni loco constituti, & quibuslibet implicati negotiorum vinculis, per aspirationes tamen frequentatas mente ad Deum evolarent; eúmque locorum ubicumque præsentem invenirent; & hoc peroptimum orandi genus existimarent, cùm sua omnia

ad Dei cultum & gloriam ampliorem re
carent. Hic tamen aliquid adhiberi dif
ctionis neceſſe eſt. Nam ſi purè ſolitari
pera, & externa miniſteria attendamus,
ſenſu orationis nomen ferre poſſunt & ſi
nere, quo viri ſancti ſolent aſſerere, qu
is ab oratione non deſiſtit, qui à recta o
ratione non diſcedit. At ſi illam menti
Deum ſurſum intentionem, & oblation
quâ ſe Domino ſuo mens in oratione co
crat, intelligamus; hæc una veræ orati
appellationem promeretur, quam, ùt h
tatur S. Baſilius, omni temporis puncto
bemus uſurpare, tum immortales Deo g
tias agendo, tum in ſupremam illius m
ſtatem mentis oculum defigendo. Tum
mum enim verè & perfectè, *Sinè interm*
*orabimus, ubi omnis prorſus vitæ noſtræ r*
*atque inſtitutum divinæ nos conformaveri*
*luntati; ſic ut vita ipſa dici & eſſe prome*
*tur, continens quædam & indivulſa or*
Animadvertendum tamen occurrit, h
propriè non eſſe profundam illam altám
de rerum noſtrarum ſtatu, de natura D
na, vel æternæ beatitatis gloria, quæ
ſui notitiam abſolutámque rerum cæle
um cognitionem deſideratur, conſidera
nem: deinde verò vix, ac nè vix quid
id genus aſpirationum ab eo exerceri po

qui non antè diuturno & diligenti usu consuetudinem orationis contraxerit; animúmque peregregiè comparatum habuerit. Ut enim verissimè dicam, animi illa in sublime iterata familiariter ejaculatio, verè fructus qui ab oratione reportatur, reputanda est. Unde præclarissimè D. Gregorius in illa verba, *Sinè intermissione orate*, docet hoc eum, qui perfectus non sit & numeris suis absolutissimus, præstare non posse: itémque illum qui propter tenuitatis imbecillitatem humi serpit abjectus & terrenis affixus, tantò minus non interruptè hoc effecturum, quantò magìs in ipso orationis tempore per continuam mentis ad alia evagationem, à divina præsentia quasi fugere deprehenditur. 1. Thes. 5. 17.

7. Sit igitur indubitatum, hanc Dei præsentis intuendi exercitationem esse pietatis plenissimam; & Societatis operis, quæ tam piè proximi bonis insudant, admodum necessariam: non sic tamen, ut illa una contenti esse debeant, nec secessum etiam & otium suum studiosè captent, aut se donum illud assecuturos confidant sinè peculiari recollectionis studio, quam in eum finem curare debent, non internam modò ab omni strepitu, & tumultu rerum mundanarum, & suarum cupiditatum; verùm & externam loco & tempore debito retinendam, modò ut *Quo tamē solo contenti non simus.*

ut ullatenus, quod sæpe fuit inculcatu
aut obedientia non lædatur, aut animor
auxilium non retardetur.

*Mortifi-cationes non negli-gendæ.*

8. Jam verò tum internæ, tum ext
næ mortificationes, non solùm à B.P.
in aliis Religiosis ordinibus liberaliter
dantur; sed etiam ipsi nostræ Societati
nixè commendantur. Et quamquam ad
jorem Dei gloriam magis pertinere cr
dit, ut nullas haberemus pœnitentias ex
ficio persolvendas, sed ut eas sibi quis
posset assumere, quæ viderentur cum
probatione Superioris ad majorem sui sp
tûs profectum convenire, & quas prop
eumdem finem Superiores eis possent im
nere. Quamquam item in quarta Co
tutionum parte, ubi de Scholasticis a
propter eam, quæ valetudinis ipsorum
beri debet, curam, & occupationis in illu
rationem, quemadmodum de oratione
xit, ità & de mortificationibus monet,
multum illis eo tempore loci tribuam
Nihilominus tamen perspicuum est ex ca
te tertio partis sextæ, provectis eum &
ritualibus, quales ponit esse Profess
Coadjutores formatos, nec mortificatio
nec orationis certum modum definire,
discretæ cujusq; caritati ex Confessarii co
silio, & Superiorum in dubiis responso, de
niendum permittere.

Exam. c. 1. §. 6. Habetur Reg. 4. Summar.

9. V

9. Verùm, ùt arbitror, nulli super ea re dubium unquam inhæsit. Hoc tantum nonnullos angit, quod Societatis nostræ labores, & varia officiorum impedimenta, maximam hac in parte moderationem petere videantur. Quibus ut satisfaciam, & animos omni scrupulo levem, statuendum est primò, qui hîc in excedendis modi terminis errores admittuntur, non solùm à B. P. N. parte tertia, quod & regulâ 48. Summarii Constitutionum continetur; sed etiam à D. Augustino in sua regula, S. Basilio, Cassiano, D. Bernardo, omnibus denique Ducibus in via Domini improbatos, quòd nocumentum afferre, & majora bona soleant impedire, ùt B. P. N. admonet: & ipsemet de se B. Hieronymus testatur in hæc verba: *Experientiâ didici, asinum cùm lassus fuerit, diverticula quærere.* Sanctus itèm Bernardus, ùt oculatus testis asserit, æqualium suorum plerósque attrita per immoderatos ardoris efferveséentis impetus valetudine, amatores cultorésque sui in tantum postea factos fuisse, ut nemo non quereretur, nemo non eorum delicata vivendi ratione offenderetur. Nam, ut prudenter notat Humbertus in regulam S. Augustini, verum quidem est, ei qui prædicationibus, & laboriosis aliis operibus vacat, jumenti sui curam, ut

*Modus in illis adhibendus.*

Cap. 2. §. 7.

ut multorum dierum iter emetiri possit,
rendam esse: item illi, cui servilem oper
alius præstat, cavendum esse, ne dum hu
nimio pondere premit, opprimat; &
fractus & exhaustus in morbum incidat,
ei postmodum dominus cogatur minist
Tamen etiam, ùt idem ille monet, à ca
nostra cavendum est solerter, quæ ùt assi
vulpecula gallinæ rapiendæ gratiâ se m
tuam sæpe mentitur, simillimè licèt mu
possit, se tamen infirmam & invalidam fi
dulenter simulare non veretur. Quin &
B.P.N. Ignatius, qua parte de vi
moderando in Exercitiorum libello diff
apertè significat, in pœnitentiis inter
tendis persæpe nos subdolæ carnis affe
seduci; persæpe falsa persuasione delu
qua ad credendum impellimur, tam gra
à nobis sinè valetudinis evidenti detrim
afflictationum asperitates non posse tole
Neque verò sufficit erga illas macerand
rationes animo bene affici, nisi pariter
ipsa, eas animosè in seipsos usurpent,
convertant. Earum enim usus juvat plu
mum, meriti palmam amplificat, & omn
quæ pullulare possent in hoc colendo e
ercitio, difficultatum aut molestiarum s
nas aculeósve vel retundit, vel stirpitus e
dicat.

10. N

10. Nec verò etiam id existimandum est pœnitentias in impudicos lascivientis carnis impetus tantum debere adhiberi, cùm non ad id solùm efficaces, sed ad sexcenta alia in virtutum studio non mediocriter conferre perhibeantur. Divus idcirco Hieronymus ad Celantiam matronam (aut, ut veriùs loquar, S. Paulinus, cujus ea epistola probabiliùs esse judicatur) locum illum Pauli discutiens, *Castigo corpus meum*, innuit planissimè, non id solùm propter corporis castitatem in integrum conservandam ab Apostolo factitatum, ùt quidam imperiti putant: *Non enim huic tantummodo, sed omnibus omnino virtutibus abstinentia opitulatur; neque magna aut tota Apostoli gloria est non fornicari: sed hoc agit, ut castigatione corporis erudiatur animus, quantóque nil ex voluptatibus concupiscit, tanto magis possit de virtutibus cogitare.* Sed neminem, ùt opinor, latent de mortificatione externa fructus uberrimi promanantes, non item permulta, quæ Religiosos, maximè verò operarios, ad illam magni faciendam possunt incitate, argumenta. Quorum aliqua, præter ea quæ traduntur à B. P. N. in Exercitiorum libro, bellè Humbertus loco superiùs annotato, recenset. Illud verò errori gravissimo affine est, affirmare, internam illam nobis satis esse

*Varii mortificationũ fructus.*

1. Cor. 9. 27.

Cap. 49.

esse mortificationem, resignationem, ob
dientiam, aliásque generis ejusdem vir
tes; nec esse quod viam illam asperam à
ctis Patribus tritam & calcatam insistam
Licèt enim B. P. N. singulari cum prud
tia, propter maximam naturarum, mo
num, negotiorum, muniorum, aliarúm
circumstantiarum in Societate varietate
nihil ex vi regulæ æqualiter ab omnibus
nendum injunxerit; non ideo tamen eac
ipsa regula, eadémque Constitutio, m
tem suam & voluntatem satis evident
indiciis convincendam non patefacit:
omnis dubii cardo versatur, ut quæ med
critas custodienda sit, habeatur.

*Mortificationes tribus cõmensurãdæ.*

11. Si quis tamen propiùs anim
advertat, omnis ille modus à tribus ca
bus, qualis esse debeat, nullo negotio
prehendetur. Primum est Societatis fi
alterum, quibus uti solet, media: terti

*1. Fini Societatis.*

ipsius Constitutionis verba. Et quoni
à nobis & perfectio propria, tum de
proximi, ùt scopus attenditur, quæcum
mortificationes fini illi non erunt impe
mento, sed magìs adjumento, neque nim
nec immoderatæ, habita ratione finis,

*2. Mediis ejus.*

dicandæ sunt. Media verò quàm plurim
censentur: ad usum quidem nostrum, R
gulæ: ad bonum proximi, munia omnia,

ve prædicationum, sive confessionum excipiendarum, sive lectionum. Quamobrem quæcumque mortificationum genera impedient, aut ità debilitabunt, ut commodè vacare non liceat iis, quæ vel propria profectûs singulorum necessitas exiget, vel imperabit obedientia, vel externa illa ministeria flagitabunt, indiscretæ Nostris & immodicæ, licèt fortassis in solitario moderatæ viderentur, existimandæ sunt. Restat extremum caput, quod verba Constitutionis observanda suggerebat, quæ tam plana sunt, tam liquida, loco signato, parte sextâ, ut vix ullum dubitationi locum reliquum esse patiantur. Etenim præter illam Regulam, quam in universum ponit sub finem paragraphi primi ipso initio, duo tangit capita, quorum alterum corporis valetudinem, alterum occupationes à caritate, vel obedientia profectas intuetur.

3. *Verbis Constitutionum.*

12. Hæc cùm ità sint, ut breviter omnia replicemus; Pœnitentiæ, quæ ad illam normam comparatæ, modum non superabunt, nequaquam ùt Instituto alienæ haberi debent aut appellari, quas etsi ille frequentet, hic omittat, singularitas tamen non est censenda, dum aliquis ut suæ pietati singulariter satisfaciat, officium tamen ceteris commune non prætermittit. Cujus

*Assumenda in mensura discretæ charitatis.*

rei disertissimis verbis conceptum Gen
lis Congregationis decretum habemus
omittam constantem omnium Theolo
rum hac in re sententiam, *Quod non p*
*net ad singularitatem si quis jejunet, alio*
*jejunantibus*, &c. Securè igitur juxta n
suram discretionis in sanctæ caritatis affe
eas sibi, quas convenire duxerit, qui
assumat; nec alius alium vel judicet
vel contemnat. Ità S. Augustinus *De*
*ribus Ecclesiæ* disputans, quarumdam
gregationum meminit, quas ipse Medi
& Romæ vitæ sanctimoniâ florentes
rat, in quibus licèt singularis abstine
viri Deo militarent, neminem tamen a
sterum illud vivendi genus hortaba
neminem, quod amplecti non posset, a
nabantur: ut nec etiam è contra de ulli
se huic addiceret, malè sentiebant.
ùt præclarè vir ille sanctissimus enu

*Et juxta Superioris vel Confessarii judicium.*

*Caritas præcipuè custoditur, caritati vi
caritati sermo, caritati habitus, caritat
tus aptatur.* Jam cui quisque sit oneri fe
do par, cui minor, Confessarii & Super
erit judicare, simul & studiosè cavere, ne
alterutram partem quoquo modo pecce
Illud verò quod à nonnullis minùs fortè
gitantibus fertur, profectum spiritual
non in pœnitentiis & mortificationibus,

in momenti majoris virtutibus, obedientia nimirum, & aliis generis ejusdem constitutum esse, non est universim accipiendum. Nam si velint profectum non esse in his positum, hoc est, hæc non esse ipsam & germanam perfectionem; id quidem certissimum est; sed non jam controversum, cùm idem ipsum de sexcentis aliis, quæ Regulæ nostræ à nobis seriò petunt, possit verissimè pronuntiari. Hæc tamen media sunt & adjumenta non vulgaris utique facultatis, quibus ad virtutes adipiscendas, & perfectionis viam fideliter ex Regularum præscripto emetiendam, uti debemus. Itaque semper à Dei servis in omni Religiosorum familia, etiam eorum, qui se ex animi sui sententia juvando proximo totos consecrâssent, fuit observatum. Nec est quod illis nos quasi majora exequentes anteponamus: quidquid enim de hac ætate sentiendum sit, exploratissimum est eos omnes in ipsis incunabulis, & nascentis Religionis ardoribus, gravissimis occupationibus, cum insigni sanctæ Matris Ecclesiæ fructu & gloria fuisse intentos.

*Superioris ex hac parte judicium.*

13. Cùm verò etiam existant fortè nonnulli, qui non modò non probant, sed etiam culpant, quòd Superiores ad orationes & pœnitentias plures quàm Regula jubeat

adhortentur, hoc ampliùs addendum
Nempe quòd, si Superioribus liceat subd
rum suorum promovendorum gratiâ, e
iis pœnitentias injungere, si fortè prof
ræ judicentur ad eos Deo conciliandos
ab amore proprio dimovendos; cùm ad
fectionem, & ea quæ illi conducunt, lib
possint Superiores hortando consulendo
movere, nihil apparet causſæ, cur nec
sint, nec debeant, ad hanc quoque p
ctionis viam capessendam invitare: m
cautionem adhibeant, nè quid indiscret
supra modum, aut intempestivè ab iis
abstineántque à præscribendo, & certi
quam singulis privatim definiendo, v
hoc, aut illud mortificationis genus im
lendo, nisi cùm aut rei necessitas des
ret, aut subditus ipse consilium à Super
postularet.

*An ultra præscriptũ regulæ assumendæ?*

14. Ad extremum offenduntur
nulli, quòd cùm ad has pœnitentias
mentiùs amplectendas invitantur, aud
interdum à Regula nostra nobis præsti
vix sufficere. Et tamen dubio procul
enucleatè rem pensitet, maximam hic am
guitatem latere clarissime comperiet. N
qui sentiret, satis non esse, quod ex vi Re
læ præcepit super hac re B. P.N. næ is
juriam faceret Beato Patri, qui quod suffic
ju

judicabat, Societati, in qua communis omnibus & eadem mensura valere non poterat, prudentissimè imposuit. At verò si sic interpretemur, ut contendamus non esse illic consistendum, ubi nullas metas fixit B.P.N. sed ulteriùs modico illo, quod præscribitur, expleto, ad ampliora properandum; tum demum Sanctorum Patrum doctrinæ conformia sentiemus, (licèt enim Religioso, præter Regulæ suæ demensum, aliquid Domino liberaliter supererogare) & Religionum antiquarum vestigia prememus. Sic namque apud Palladium Angelus Pachomio respondet, facilem suis legem positam esse, quòd provectiores ea non contenti ulterius progressuri forent. Sanctus itèm Hieronymus ad Eustochium, de custodia virginitatis, Religiosorum prisci illius sæculi morem refert: inter quos qui spiritu ferventiores erant, si quempiam communi orationis penso contentum, ad reliqua pietatis officia tardiorem animadverterent, illum eapropter non increpabant, sed dissimulato quod noverant, cum sæpius visitabant, & prius incipientes provocabant magis orare, quàm cogebant. Quin & hoc ipsum consentaneũ est ei quod B.P.N. declaravit. In eadem enim Regula docet liquidò ad majorem spiritûs profectum, cum approbatione Superioris, eas

quemque sibi assumere posse, quas sibi gis ad eum finem expedire cognoverit. de liquet, quod qui sic locutus est, *equidem ut ex obligatione pœnitentias ull scipiendas habeant; tamen hæ poterunt mi*, &c. apertissimè testatus est à Re præscriptas, quæ præter unam diei Ve abstinentiam nullæ sunt, non sufficere. quid vetat quempiam ità colligere & tari: satìs supérque sunt, quas Regula ex obligatione demandat; eadem ver gula disertè fatetur nullas esse ex oblig ne injunctas. Quantumvis ergo mihi adhibeam, satìs abunde fecero. Quod sit absurdum, quis non videt?

*Pœnitentiæ exterioris fructus.*

15. Quid quod in alia Regula, q 3. parte depromitur, monet, quòd *C castigatio immoderata esse non debet, discreta.* At hæc indiscretio nullate id, quod à Regula jubetur, cadere p Hinc ergo colligere est, aliud omnino terea suscipiendum esse. Quare consta qui in via perfectionis progredi cupiun debere mediis illis, quæ B. P. N. in Re lis & Constitutionibus commemoravit, rum è numero præcipua ista sunt. Ma tamen iis piæ & frequenti meditation cumbendum est, quæ hominem magis Deo devincit, & præter divinæ opis,

impetrat, ſubſidium, D. Thoma referente, ardentiores amoris divini flammas elicit, & vehementiores actus educit. Juvat etiam mirum quantum pœnitentiæ & mortificationis exercitium, quod dum intrà modum, & obedientiæ normam peragatur, ingentes gratiæ theſauros à Dei manibus impetrat; intimiùs Deo nos conjungit, & quod magni pendendum eſt, ad exactam Regularum aliarum, ut per ſingulas decurrentibus poteſt apparere, obſervationem confert. Niſi enim divinus amor, & noſtri contemptus altas in animo noſtro radices egerit, ægre Inſtituti noſtri leges, quæ ſpiritûs fundamento ſtabilitæ mutuis ſe juvant operis, illibatæ ſervabuntur.

16. Ob id cauſſæ acriter intueri par eſt, in qua reparandarum ſpiritûs virium neceſſitate verſemur, & languorem, & inertiam noſtram cauſari potiùs neceſſe eſt, quàm fervorem nimium criminari. Non eſt enim hoc tempore alteri orationi locus. Quod ſi inter primos illos fervores B.P.N. ævo in Societate, antequam ulla Regularum mentio facta fuiſſet, ſolemnes ageremus; contrahendæ fortaſſis habenæ videri poſſent, & impotentiores ardoris impetus, ut Epiſtola de Obedientiæ virtute, & alibi non ſemel loquitur, moderationis frenô coërcendi. Sed quæ duæ eum ad ità ſentiendũ loquendúmque

*In hac inertia potiùs, quàm fervor culpandus.*

que cauſſæ tum impellebant, nunc am
ſublatæ ſunt: altera quod in illis medio
tatem omnem tranſilire clarè argueren
altera quod inconſulto Superiore eas u
pare convincerentur. Nunc autem nihil
de de alterutra videtur eſſe metuendum.
ut in aliquo deprehendatur immoderatu
le fervor, monendus tantùm eſt, & in
tentiori ſtudio moderandus, non verò e
in indiſcretionem, quæ notatur in tam
cis, ſic animosè invehendum. Nam, u
mel dicam, quemadmodum dedecet,
adito auditóq; Superiore hæc à ſubdit
erceri; ità non decet iſtis horum ſtudio
appetentioribus ſinè ratione facultate
uſum liberum denegari, aut eos ab illis
pacto, nulla urgente cauſsa revocari.
enim in obedientiæ aut virtutum ali
deſiderato ſtudio conſtans quiſquam pe
nebit, qui non firmiter Deo conjunctu
niatur. Quia nihil ſpectabam aliud, Ep
læ finem ſtatuo, méque orationibus ve
plurimùm commendo. Romæ 8. M
1599.

*Omnium in Chriſto Servus*

CLAUDIUS AQUAVIVA

E

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XV.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Decima,

## Ad Provinciales Societatis.

Anno 1599. 14. Augusti.

### *De usu Exercitiorum spiritualium.*

1. ETsi aliàs sæpe variis occasionibus Exercitiorum spiritualium usum commendavimus, cùm minimè obscurum sit, quantopere Dominus Deus noster ab ipso exordio Societatis nostræ animarum auxilium hac ratione promoverit; nunc tamen, quando nova se offert occasio ex Directorio Exercitiorum (quod recognitum tandem, aptatúmque juxta deputationem hac de re habitam in quinta Con-

*Usus SS. Exercitiorum commendatur.*

gregatione generali, mittimus in Provinc
as ) nullo modo prætermittendum vid
eſt, quin R. V. iterum majorem in modu
hortarer, ut omni ſtudio excitare atque a
cendere nitatur uſum hunc Exercitiorum
non ſolùm in Noſtris, verùm etiam in e
ternis: quandoquidem reipſa conſtat, ſole
Deum per Exercitia, non Religioſis tantù
pro cujuſque vocatione, ſed ſæcularib
quoque abundantem ſpiritum, ipſorum ſ
tui captuique congruentem communica
Quamobrem magnopere optarem, ut N
ſtri, primùm in ſeipſis frequenti uſu illa e
colentes, idoneos ſe Magiſtros redderen
qui eadem poſtea cum fructu tradere ſæc
laribus poſſent.

*Ad hæc Confeſſarii invitent Pœnitentes.*

2. Velim etiam Confeſſariis noſtri
R. V. ſeriò commendari, ut pœnitenti
ſuis, quos aptos judicarent, Exercitior
uſum inſinuent: ad eúmque capeſſendu
illos ſuaviter invitent & excitent: quo
am qui horum fructum ſemel deguſtâri
iidem poſtmodum aptiſſimi erunt, qui c
teros ad idem deſiderium alliciant & inflam
ment: ſatíſque conſtat in Urbe, ubi Exerc
tia ſæcularibus tradi cœpta ſunt, rem D
beneficio multa cum ædificatione, magn
eorum emolumento conſolationíq; ceſſiſſe

*Quos be-*

3. His poſitis neceſſe erit, ut locorum
Se

Superiores promptos se liberalésque in eos admittendos exhibeant, qui per Exercitia spiritualia juvari cupiunt, ità ut postpositis incommodis, aut etiam sumptibus, quos fieri nonnumquam oportebit, cor dilatent, & spiritualem fructum, qui cum divina gratia speratur, anteponant, alacríque animo promoveant. Nam si parcos in hac re Superiores, & parùm propensos ad admittendum se ostendunt, credibile est paucos ad Exercitia venturos: & Confessarios perspecta Superiorum difficultate, parùm animi habituros, ut suos excitent ad illa flagitanda. *nignè recipiat Superior.*

4. Plurimùm etiam confert, si procuret, quoad ejus fieri poterit, R.V. ut in singulis Collegiis ac Domibus stata sint aliquot cubicula, in hunc usum Exercitiorum pro externis designata: atque ut in iis domiciliis, quæ in posterum ædificabuntur, commodo loco fiant ejusmodi cubicula, ità ut Nostris nullo sint impedimento. Et quoniam minimè ignoro R. Vestræ satis exploratum esse, hujus rei pondus ac momentum, quantíque ad Dei obsequium, & animarum profectum referat, ut usus hic passim introducatur & ferveat, pluribus verbis id inculcare supervacaneum duco. *Cubicula in hunc usum designet.*

5. Hoc tamen suggeram, opportunam R.V. occasionem fore, tum in Conferentiis, quas *Provincialis præ-*

*dicta urgeat.*

quas cum Superioribus instituet, de modo ratione gubernandi; tum in Congregatio Provinciali, quando Superiores omnes in num coactos habitura est, quibus Profes etiam adjiciet, aliósque quos ipsa censuer cupio summum illis desiderium explice quod mihi Dominus injicere dignatus est, Nostros videam reipsa ferventes, omni studio in animarum auxilium incumben cujus causâ nos Dominus ad Institutum h vocavit, & de quo exactam à nobis ration postulaturus est. Eámque ob causam Vestra non solùm ad id omnes cohorte sed de modis etiam variisque rationibus tractet, quibus juvari plurimas animas lice hanc Exercitiorum praxim illis comend do, ac cetera etiam ministeria Concionu Confessionum, & alia quæ ex Instituto stro exercemus, ut ea in seipsis, & in subdi cum spiritu ac fervore obeunda curent, ut in omnibus Dominus glorificetur, laud túrque cum multarum animarum quæstu que lucro. Omnium precibus me val commendo. Romæ 14. Augusti, 1599.

RR. VV.

*Servus in Domino*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

EPI

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XVI.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Undecima,

Ad Provinciales Societatis.

Anno 1599. 14. Augusti.

## *De formandis ac bene instituendis nostris Concionatoribus.*

1. CUm in hunc præcipuè finem singulari Dei providentia Instituta Societas nostra fuerit, ut secundùm perfectionem propriam, in salutem & perfectionem proximorum omni studio & diligentia incumbat; nostrum est, quos Dominus huic vineæ suæ præposuit, sedulò providere, ut ejus operarii memores officii sui rationisque quam Patri familias, qui eos ad *Momentum Concionum.*

ad laborandum vocavit, aliquando reddi
ri sunt, quàm fructuosissimi cum divina gr
tia evadant, omnia illis auxilia & media su
peditando, quibus in suo quisque gradu pr
moveri ac perfici possint. Cúmque inter So
cietatis operarios ad spirituale proximorum
auxilium, plurimùm in primis Concionato
res possint, multas Christo animas divini e
verbi vi lucrifaciendo; his ego Reverentiæ
Vestræ, tamquam maximi momenti negoti
um peculiari studio commendandum cens
ut summam in provincia sua curam ponat
formandis idoneis ac fructuosis Concion
toribus: seriò illos adhortando, ut officii
gradúsque, quem in Ecclesia tenent, magn
tudinem considerantes, quo par est decor
dignitate, spiritu, atque fructu in eo versa
omni cura & animi contentione studeant
ac proinde inanibus verbis tamquam ma
me indecoris & alienis procul abstinentes
scopúmque suum ritè dirigentes, in unius
Dei obsequium, animarúmque auxilium
lucrum penitùs intendant.

*Concionatores bene instituendi.*

2. Et quoniam bonos prædicatores ha
bituri non sumus, nisi ad eos formandos
struendósque operam conferamus, eas il
studendi & præparandi commoditates præ
bendo, quæ necessariæ sunt, ut solidam ut
lémque doctrinam acquirant; ideo ut occ

sio omnis amputetur, nè aliorum conciones exscribere assuescant Concionatores nostri, Reverentiæ Vestræ impensè commendo, ut in praxim revocet §. 7. Institutionis pro Cõcionatoribus Societatis, atque ea pariter quæ §. 9. & 10. præscribuntur: quæ quidem eo tendunt, ut necessaria directione instruantur, caveántque nè factis ipsis parùm ædificent, quos verbis ædificare & lucrari conantur. Sed ante omnia commendatum Reverentiæ Vestræ, quoad possum, cupio, ut inculcet Concionatoribus nostris, omníq; studio amplectendum insinuet §. 8. ejusdem instructionis. Ex eo siquidem quod ibi præcipitur, tamquam ex fonte derivatur & manat illud ipsum quod tantopere expetimus, id est fructus & auxilium animarum: quoniam experientia ipsa docet parùm utiles ùt plurimùm eorum conciones esse, qui cùm devotionem illam, zelúmq; animarum, qui necessariò requiritur, in seipsis non sentiant, parùm efficaciter verba faciunt; nec possunt cum spiritu in audientium animos eos affectus imprimere, quos ipsimet non induerunt.

*Se ipsos disponant per S. Exercitia.*

3. Ad hunc porrò finem magnopere conducet usus Exercitiorum spiritualium, cujus ibidem fit mentio. Idcirco velim, ut Concionatores nostri priusquam quadragesimalium Concionum curriculum ingredi-

an-

antur, morem hunc ſervarent, ut aliquot a
tè diebus prout eorum ferret commodit
& unius ſaltèm hebdomadæ exercitiis
tranſferrent. Conferret enim id quàm max
mè ad excitandum in illis ſpiritum, ferv
rem, iſtúmque zelum, & optimæ præpar
tionis inſtar eſſet ad Dei verbum cum fr
ctu ſacro illo tempore annuntiandum. A
ſperandum haud dubiè cum Divina gra
nobis eſt, ſi ità ut par eſt, ſat præſtiter
Concionatores, majores animi vires in ſeip
experturos, uberioréſque laborum ſuor
fructus collecturos. Hoc tamen ipſum pr
ſcribi à nobis vel injungi debere non du
mus; ſatis fore rati, enixè commendâſſe,
que ob oculos noſtrum deſiderium eis p
fuiſſe, mediúmque adeò ad id efficax, qu
ipſi tanto labore conſectantur, auxiliu
inquam, ſpirituale, quæſtúmque animar
RR. VV. ſanctis ſacrificiis me commen
Romæ 14. Auguſti, 1599.

RR. VV.

*Servus in Chriſto*

CLAUDIUS AQUAVIVA

EP

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XVII.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Duodecima,

Ad Patres & Fratres Societatis JESU.

Anno 1602. 29. Julii.

*De recursu ad Deum in tribulationibus & persecutionibus.*

1. PRimis annis gubernationis nostræ, quæ divina fuit benignitas, magnam ubique ferme gentium, per quas Societas diffusa est (quod ità tunc expedire videbat) prosperitatem, lætósque ac felices processus consecuta est: adeo ut PP. Assistentibus dicere solerem, dum tranquillitas erit intendendum nobis esse cursum navigationis, quà dirigendo, quà ordinando, me-

*Quantis adversitatibus afflicta sit Societas?*

meliorémque ad formam res & membra
gula revocando : ſucceſſurum fortaſſe
pus, quo neceſſe foret cum procellis ſc
líſque luctari, & curam ac vires noſtras
propellenda potiùs pericula, quàm ad
gnos progreſſus faciendos convertere.
idem Dominus, qui ſumma cum ſapie
nos regit, qui (ùt loquitur S. Auguſtin
*tempora mutat, non conſilia*, quemadmo
erga ceteras olim Religiones ſibi cariſſ
ità ſemper ſe geſſit, ut illas identidem
ceret, illuſtrioréſque plurimis tribula
bus efficeret; ſic & minimam hanc noſ
ab aliquot annis exercere, variiſque
probare dignatus eſt. Nos ſanè, qui ex
loco, tamquam ex ſpecula, totius Or
noſtri ſtatum uno aſpectu contemplari
ſumus: facilè animadvertimus, licet
unquam tempore, nunc hac, nunc il
parte adverſa defuerint; tanto tamen
gìs univerſales & magìs continuas tri
tiones ac perſecutiones variis in Provi
nunc eſſe, quæ à multis diverſíſque ho
num generibus inferantur, ut officii
neceſſaria quadam inſtigatione permo
citare omnes cogamur, ac toto cordis
ctu in Chriſti viſceribus orare, ut com
ni ſtudio atque ope communem hanc
ſam complectantur; nec Societati modò

ſtræ, ſed ipſi etiam Dei Eccleſiæ communem, cujus cum rationibus conjunctiſſimus haud dubiè ſtatus eſt, ſeu melior, ſeu deterior, hujuſce Religionis.

*Tribulationes vergunt in bonum noſtrum.*

2. Primúmque omnium maximas cenſeo habendas eſſe gratias paternæ optimi illius Domini providentiæ, qui tanto amore nos proſequitur: quandoquidem tribulationes, quas immittit, eò tendere ſperandum, ut meliores nos reddant, quia ſicut rectè à Caſſiano ſcriptum eſt, *Facilius quis elidi poteſt proſperis, quàm adverſis: hæc enim interdum etiam invitos retinent atque humiliant; & compunctione ſaluberrima, vel minus peccare faciunt, vel emendant: illa verò mollibus mentem ac perniciosis extollentia blandimentis, ſecuros felicitatis ſuæ proventu, ruina majore poſternunt.*

*Tria in his curæ nobis ſint: 1. Orandus Deus, ut nos doceat, quid à nobis exigat.*

3. Tria deinde omnibus nobis curæ eſſe, & à ſingulis præſtari cupio. Unum ut Deum ardentiſſimis precibus exoremus, illuminare ac docere nos velit, quid tandem à nobis exigat per hujuſmodi tribulationes: nè fortè puerorum ſimiles ſimus, qui cùm à patribus corripiuntur & vapulant, lacrymis planctúque contenti, nec cauſſas requirunt, cur pœnas dent, nec de emendatione ſua ſolliciti ſunt. Nos enim in nos ipſos deſcendere debemus, & altiùs intima noſtra rima-

ri atque excutere, animo id reputantes, me
brorum vitia in totum corpus redunda
multósque fortasse sanctos, verósque
servos in nobis esse, qui propter delicta
stra eadem tempestate agitentur, licèt
tu & fine longè dissimili; quippe cùm
tamquam aurum purificet, nitorémque
afferat & perfectionem; ignavis verò &
gligentibus novarum imperfectionum
teriam, tepiditatémque perniciosissim
Cupio itaque ut præter usitata examina
rium quoddam atque accuratum de mor
nostris omnes, déque privatæ vitæ ac
plinæ norma rationem ineamus, sedulo
vestigantes, an aliquam revera his ma
detractionibus occasionem præbeamus
loquuntur v. g. de nobis homines, qua
mium in sæcularia negotia nos ingeram
quòd extemis occupationibus congr
búsque plurimùm distrahamur & occu
mur; quòd circa doctrinam liberi simus
diosíque novitatis; quòd habendi cupid
avari; quòd honoris amantes ac propt
existimationis; quòd denique de alior
moribus factísque facilè loquamur & ju
cemus. Qui quidem ac similes defec
cùm à malevolis jactantur & sparguntur,
que ab unoquoque pronis, ùt solet, auri
audiuntur creduntúrque, dici non po
qu

quàm odiosam, & quàm despicabilem reddant quamlibet Religionem. Quòd si qua in nobis fortè subsit occasio & fundamentum, eò fit ut boni ipsi & benevoli, fautoréque nostri aciem acriùs intendentes, ea observare ac notare incipiant, quibus ipsorum animi incredibiliter refrigescant. Ideoque ante omnia necesse est, quod dixi, ut singuli diligenter explorent, an ulla detur occasio: & quod in se culpæ agnoscunt, hoc emendent: ad propriam perfectionem studiosiùs & enixiùs incumbentes per internam sui recollectionem, & circumspectionem, per vera religiosæ humilitatis indicia, per modestiam & ædificationem in verbis, *Nulli malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedicentes:* totam denique vitam ità conformantes, ut Deus, quod B. Cyprianus ait, in filiis suis clarificetur, dum in illis tanti Patris imago resplendet. *Si enim*, inquit, *hominibus lætum est & gloriosum, filios habere consimiles; & tum magis generásse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles subcisiva respondeat; quantò major in Deo Patre lætitia est, cùm quis sic spiritualiter nascitur, ut actibus ejus & laudibus Divina generositas prædicetur.* 1. Pet. 2.

4. Secundo loco necesse est, ut ad orationem omni studio recurratur; tamquam 2. *Ut recurramus ad Deum.*

ad remedium efficaciſſimum, & à ſanctis
Pſal. 76. 2. ris perpetuò uſurpatum, dicente David: *die tribulationis meæ Deum exquiſivi manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus*
Pſal. 34. 15. & 16. & alibi rurſus: *Cum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio; humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo convertetur.* Quibus verbis aſſiduum orationis uſum valde ſignificanter expreſſit; quæ cujuſpiam quæ in ſinu identidem agitet & revolvatur. Satiſque conſtat Religiosorum ordines S. Dominici & S. Franciſci ad maximè præſidium convolâſſe, quo tempore graviſſimis & ipſi difficillimiſque peſtatibus jactabantur. Propterea ego pariter, ut quod aliàs ſæpe à nobis ſtatutum eſt, ſepoſitis per aliquot dies ceteris negotiis ſpiritualibus Exercitiis dies illos impendimus, eáque non ſolùm ad privatum profectum noſtrum, verùm etiam ad communem
Pſal. 34. 2. Societatis auxilium referamus, *ut Dominus apprehendat arma & ſcutum, & exurgat in adjutorium noſtrum*, gratiámque ac lucem nobis infundat, nè adeò præſens bene rendi, & ſpirituales theſauros accumulandi occaſio ſinè fructu nobis elabatur de manibus, aut cum jactura etiam, quod gravius foret, per ignaviam vel impatientiam noſtram effluat: cùm occulta Dei benefi-

cujuſmodi ſunt tribulationes, intentis oculis ſpectari debeant, & nos ambidextri in illis eſſe : quod tum nimirum accidit, ſi ùt præcipit Caſſianus, *ea quæ proſpera ſunt, dextráque cenſentur, & ea quæ adverſa ſunt, & ſiniſtra dicuntur, bono rectóque uſu ad partem dexteram fecerimus pertinere : & quæcumque fuerint illata, fiant nobis, ſecundum Apoſtolum, arma juſtitiæ.* Neque ex eorum numero ſimus, de quibus ſecundum 70. ſcriptum eſt in Proverbiis : *Omnia adverſa viro inſipienti : nec proſperis enim rebus proficit, nec emendatur adverſis.* Ad hunc ergo finem præterquam plurima ſacrificia & ſuffragia, quæ ex communi Societatis theſauro, partim eò jam deſtinavimus, partim etiam in dies deſtinaturi ſumus ; expedit ut ſinguli pro devotionis ſuæ modo aliquam pœnitentiam, mortificationem, privatámque orationem offerant : adjiciántque ad communes Litanias, quæ à Superioribus indicentur, etiam *Ave maris ſtella*, aut *Salve Regina*, ad Matrem ſanctiſſimam, quæ tanto ſemper cum affectu, tantóque cum fructu eorum patrocinium ſuſcepit, qui in ejus ſe præſidium ac tutelam conjecerunt : adeò ut D. Bernardus ( nullum unquam in caſſum ad ejus opem confugere ſignificans ) his illam verbis alloqui non dubi-

2. Cor. 6.

Cap. 14.

*& ad B. Matrem Ejus.*

taverit : *Sileat laudes tuas, Beata Virgo, te invocatam in necessitatibus suis memin defuisse.*

*3. Ut non cadamus animis;*

5. Et quoniam ità prorsus mihi p suadeo, inter cetera, quæ dæmon, hare calumniarum ac persecutionum auctor incentor, sibi proponit, non postrem id esse, ut nos animis cadere faciat, re détque ab auxilio animarum, dum tot mariorum, inferiorum omnium ord obtrectationibus impugnari nos videbi

Eccl.7.8. quia cùm verè à Salomone dictum sit, *lumnia conturbat sapientem, & perdet r cordis illius*, mirum haud fuerit, si in solam Dei gloriam proximique salutem sectamur, in eo ipso præpediri nos sen tes, indè sensim aut pusillanimitate v aut tædio fracti debilitatique gradum r

*imò per has potiùs erigamur.*

cemus. Dei contrà, qui ad gloriæ cumulum, ipsius inimici manibus coru nobis architectatur, consilium voluntat que esse credendum est, ut novo fer incensi, ardentiore quàm unquam spiritu proximi salutem per ministeria nostra boremus, quid D. Paulus dicat, attend

1.Cor.16. 9. tes : *Ostium enim mihi apertum est mag & evidens, & adversarii multi.* Quem locum præclarè S. Chrysostomus duo h pariter conjungi & copulari solere ob

vat, propterea quòd humanæ ſalutis hoſtis, ubi oſtium ad fructificandum latiùs patefactum eſt, ibi acriores adverſarios atque impedimenta ſuſcitat & obtrudit. Omnino autem animos noſtros vehementer acuere, fervorémque accendere debent vel fructus ipſi, qui ex Miſſionibus undique uberrimi reportantur; populorum concurſus, affectus, & amor ingens quem declarant; lætitia & plauſus, quo venientes excipiunt; lacrymæ & voces quibus digredientes proſequuntur. In quibus omnibus manifeſtè elucet gratia vocationis noſtræ, cui nè deſimus, omni nobis cura & attentione providendum eſt. Ità enim fiet ut meſſis ampliſſima colligatur: & Dominus, qui ſalutem animarum tantopere ſitit, tantò nos impenſiùs protegendos ſuſcipiat, quantò gloriæ ſuæ, hujúſque animarum cibi avidiores nos recognoſcet.

*Externi, præſertim Magnates nobis conciliandi.*

6. Ad hæc, Superiores privatim hortor, ut diligenter emendare ſtudeant, ſi quid in eo deſideretur, quod Beatus Pater Noſter in 10. parte Conſtitut. §. 11. nos admonet de amore & caritate externorum, ac præcipuè Magnatum, erga Societatem conſervanda. Sed meminerint hoc ipſum religioſâ potiùs modeſtiâ, ſimplicitate, atque humilitate, ac ſolidæ virtutis exiſtima-

tione perfici, quàm aulica urbanitate, g
tísque humanæ bevolentiæ obsequiis: q
licèt interdum nonnullis principibus v
placere soleant, vel ad oblectationem, v
ad certum ipsorum finem, ac propositu
sæpius tamen in illorum animis opinion
relinquunt aulicorum, & festivæ conver
tionis hominum, aut fortasse etiam sup
borum, ambitiosorum, gloriæque cupi
rum, quàm bonorum ac simplicium R
giosorum.

*Nos verò charitate tantò magis uniamur.*

7. Commendo ad extremum hac i
occasione, mutuam inter nos unionem
fraternam caritatem : non solùm quia p
illam acceptiores Deo erimus, & in m
dio nostri, ut salvet nos, habitare digna
tur; verùm etiam quia quidquid extrin
cùs impetum faciat, quamdiu colligati h
vinculo erimus, tutiores fortioréque fu
ri sumus. Quare per Christi Domini n
stri amorem obtestor, ut dispiciatur et
atque etiam, nè quid desit ab hac part
quoniam reipsa, quæ unionem hanc læde
re possint, multa sunt: seriísque atque ef
cacibus remediis occurratur; recogitén
que Superiores exactissimam se Deo ratio
nem reddituros, si adeò pestilens ac pern
ciosum malum invalescere sinant. Qui
hic unus fortasse inter alios fructus est, quem
ex

ex tribulationibus istis elicere nos vult Deus, ut nosmetipsi tantò inter nos conjunctiores simus. Quod si qui in sæculo secundùm carnem fratres sunt, inter quos aut rei familiaris controversiæ, aut privatæ aliæ causſæ graves sæpe discordias suscitant, simul atque foris inimicitiæ exoriuntur, mox arctissimè sese consociant, summáque unione defendunt; multò magis eos qui non carne & sanguine, sed eodem spiritu, eadémque vocatione conjuncti sunt, colligari inter se, mutuísque auxiliis adjuvari æquum est, dicente Spiritu sancto: *Frater adjuvans fratrem quasi turris munita*, ut non immeritò concluserit D. Bernardus: *Pax vobis à vobis sit, & omne quod exterius minari videtur, non terret, quia non nocet.* Prov. 18. 19.

8. Quibus in verbis ut finem faciam, solum hoc addo, majorem in modum optare ac desiderare me, ut ad hæc omnia summopere invigilemus, secúmque statuant universi, multò graviorem reipsa necessitatem esse, quàm aut his aut aliis litteris explicari queat. Quamvis Divina sapientia more suo non intermittat & multos excitare, qui nos ex animo defendant, & *protectionis interim sua manum inter nos, & ignem*, ùt loquitur S. Macarius, *opponere, ut nos calefaciat, non adurat.* Ipse suo nos omnes afflatu

*Deus unà excitat alios, qui nos defendant.*

flatu moveat, ut amori & caritati, qu
communi parenti noſtræ debemus, un
ejus gloriæ adſpectu ſtudióque reſponde
mus. Omnium precibus & ſanctis ſacri
ciis me commendo. Gratia Domini noſt
JESU Chriſti cum omnibus vobis. Ro
mæ 29. Julii, 1602.

*Omnium in Domino ſervus*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XVIII.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Decimatertia,

## Ad Patres & Fratres Societatis JESU.

Anno 1604. 24. Junii.

### *De Renovatione Spiritûs, & correspondentia cum DEO.*

1. QUàm necessaria sit quotidiana spiritûs renovatio, jugísque & indefessa interioris hominis reformatio, ex iis, quæ in se quisque misere experitur, intelligit; & confitetur, quisquis non segniter spiritualis esse desiderat, nisi fortè hoc esse negligat, quod profitetur. Hinc divina eloquia in Prophetis, Apostolis, & Sapientiæ libris, nil frequentiùs, nihílque effi- *Necessitas Renovationis.*

efficaciùs commendant & urgent, quàm ea quæ retro sunt oblivisscentes, ad anter ra nos indefessis studiis extendamus: ità Apostolus ipse Paulus, cùm ad id nos g viter hortatus esset, hæc verba subjung

Philip. 3. 15. *Quotquot enim perfecti sumus, hoc sapiam* Ne quis fortè occasionem errandi sumere credendíque illud ad incipientes tantù pertinere; vel certè eos qui magno pri pio exorsi fuerant (ùt revera fecimus, q cumque ad Religionis statum Divinâ m ricordiâ vocati sumus) perpetua renova ne minimè indigere. Quò factum est ut Hieronymus ad Abigaum, hæc suo nom filiæ cuidam spirituali indicanda denunti

D. Hier. *Ut in cœpto itinere non laxetur: ut ad terr sanctam multo per eremum labore perveni ut non putet perfectam esse virtutem exiis Ægypto, sed per innumerabiles insidias montem Nabo, & ad Jordanem fluvium p venire, ut accipiat secundam in Galgala cumcisionem: ut illi muri Hierico corruan Sacerdotalium tubarum subversi clangorib ut juguletur Adonizedec: ut Hai & Hazer, cerrimæ quondam corruant civitates.* Q bus, licèt brevibus, trequenti, ùt solet, sacras historias allusione, illud indicat gl rioſus hic Doctor; non esse satìs mund ingressu Religionis reliquisse; sed ut ad te

ram promissionis, id est, cælestem patriam, multa cum gloria pervenire valeamus; per innumeras nobis tentationes atque insidias perrumpendum esse, perveniendúmque ad sublimem perfectionis montem, & ad Iordanem fluvium, qui suo nomine (quod descensionem sonat) voluntariam mentis humilitatem ac vilitatis nostræ opinionem indicat, ubi à pulvere & sudoribus perpetuis (quibus ex laboribus & tentationum sollicitudinibus, ac vitæ hujus distentionibus fœdari necesse est) lavari possimus & recreari. Necessariam præterea esse secundam in Galgala circumcisionem, quòd non sufficiat mundi hujus superfluitates semel tantummodo resecuisse, nisi etiam frequentiùs, imò perpetuò studeamus abscindere quidquid in nobis assiduè germinat, quod à cœpto itinere quoquo modo præpediat: necessariam esse fortitudinem, nec minùs assiduam orationum instantiam, quo difficultatum muri, qui obstant, destruantur. Occidendum quidquid in nobis carnale & sensuale adhuc viget, & civitates munitas inimicarum regionum, hoc est, quantùm ego assequor, quidquid mundus amat & amplectitur, pervigili sollicitudine destruendas.

2. Nec difficilè intelligemus, unde difficultates innumeræ & impedimenta molestis- *Difficultates in*

*hac superanda.*

lestissima oriantur, si spectemus & vani
tem & qualitatem hujus mundi, (in quo
men quamdiu in mortali corpore pereg
namur, vivere cogimur) si insidias & mil
artes inimici, cui, ùt loquitur S. Leo, *Sa
tas nostra, vulnera; lucra, sunt damna*; q
& voluntate & arte nocendi omnes super
inimicos: si perpendamus concupiscentia
quæ in nobis militant, quæ proclivem
singulas horas lapsum ad vitia, arduum
scensum ad virtutes suo pondere faciun
unde necesse est nobis contra nos ipso
numquam intermissam exercere pugnam,
invictâ perseverantiâ indefessísque labor
bus lucra conquirere; palmámque, ùt cu
S. Augustino dicam, quasi de medio ab
ptam sæculi hujus incendio, reportare. Q
re etsi aliquando, nec semel scripsi, hortat
vos, pro muneris mei obligatione, ut
gnis itineribus ad eam perfectionem tend
retis, quam nostrum Institutum exigit; p
teor tamen quoties attentis oculis statu
Societatis nostræ contemplor, quid boni
Dei gloriam in ea fiat, quídque fieri melio
possit; toties me vehementer accendi,
ad majora tendamus: eóque magìs quò qu
que nostrûm, si se diligenter excutiat, no
solùm inveniet in rebus & actionibus pa
Jacob. 3. 2. culáribus quod emendet, (*in multis enim*

*fendimus omnes*) ſed etiam deprehendet clara luce, ſe, niſi pervigil ſit & indefeſſus atque ad anteriora & ſuperiora ſe rapiat, ſemper plurima etiam non advertentem perdidiſſe. Atque utinam circa hujuſmodi cogitationes ſemper intenti, atque perpetuò nos occupati eſſemus: appareret profectò longè pulcrior longéque ſplendidior totius hujus corporis facies; atque interiori auditu longè majori cum ſuavitate & delectatione perciperetur ſuavis illa harmonia, quæ ex tanta nationum, naturarum, ingeniorum, & gratiarum varietate in auribus non militantis tantùm, verùm etiam triumphantis Eccleſiæ perſonaret.

3. Ergo præter cetera, quæ divina aſpirante gratia adhiberi poterunt, cenſui faciendum, ut hoc veluti practico inſtrumento uteremur, Exercitiorum videlicet ſpiritualium, & internæ cum Deo collocutionis ſtudio: quo ex adjumento non ſemel eadē operante fructus uberrimos in univerſa Societate percepimus. Quam ad rem etiam SS. D. N. Clemens VIII. ùt pius Pater, & qui Religionis noſtræ felicem progreſſum deſiderat, Jubilæum etiam nunc, ùt ſæpe antea, nobis efflagitantibus conceſſit. Qua occaſione ſenſi me etiam ſuburgeri, *ut veſtram excitem in commonitione ſyn-* 1. Petr. 3. 1.

*5. Exercitia bene obeunda.*



*ceram*

*ceram mentem.* Nec video quo aut c
modiùs aut efficaciùs id præstare poss
quàm si Religionis nostræ, cujus quil
nostrûm pars est & membrum, statum
que dignitatem ob oculos ponere tenta
ro. Legimus in Ezechiele Deum Do
num, ut filios Israël, qui aberraverant,
citaret ac pudore suffunderet, dixisse P
phetæ : *Fili hominis ostende Domui Is
Templum, ut confundantur ab inquita
suis, & metiantur fabricam, erubesca
omnibus quæ fecerunt.* Et quidem D. G
gorius intelligit tunc Deum nobis ad c
fusionem Templum ostendere, atque
ctam mensuram considerandam indica
cùm oculis nostris vitam perfectorum
minum subjicit, ut comparantes nostris
perfectionibus illorum virtutes; pauper
& humilitati nostræ, illorum sublimita
humiliemur tandem, & ad perfectionis
dium accendamur. Ego tamen exist
posse nos totam Templi ostensionem, &
mensionum descriptionem in alium deri
tractatum. Nam si plurimam confusio
& erubescendi materiam Dominus
præbebat, cùm populo illi ostenderet, qu
ingens illa fuisset machina, & qualis q
eo tempore ferè conciderat, quomodo
ipsorum culpâ eâ privati fuerant, quibus

*Societas comparatur Templo Jerosolymitano.*

Ezech. c. 43. 10.

23. Mor. Cap. 6.

mitibus, quaque instantiâ orationum contendere debuissent, ut iterum restitueretur, quam non multis antè annis ingenti decore & majestate florentem viderant; quid quæso animi nobis esse poterit, quæ non confusio faciem nostram operire, si structuram hanc Societatis, quam non fundavit solùm, sed etiam singulari providentia & servat & auget Divina bonitas, syncero ac vivido mentis intuitu contemplemur?

4. Arbitror itaque præter ceteros, quos investigare quisque posset, tres præcipuè ob fines, qui nunc meo instituto deserviunt, adeò exactè voluisse Dominum, Templum à Propheta describi. Unus est, ut contemplantes amplitudinem, majestatem, structuram admirabilem, ornatum, & divitias illius, atque ex eo intelligentes expensas, opera, magnificentiam, quibus illud divina sapientia in illorum bonum utilitatémque statuerat; confunderentur & erubescerent, cùm animadverterent, quanta vicissim ipsi ingratitudine respondissent; suísq; peccatis & operibus id egissent, ut quasi vanus & inutilis, tam divinus apparatus redderetur; quámque insipienter, dum id boni possiderent, eo frui neglexissent. Et nos igitur si diligentiùs inspiciamus hanc Societatis nostræ machinam, quam Dominus tam

*Idque ob tres fines, qui sunt:*

*1. Confusio ex ingratitudine erga DEUM*

insigni architecturâ & magnificentiâ erex
si consideremus structuram, columnaru
firmitatem, porticuum amplitudinem, o
natum capitellorum, divitias auri, magni
lius vasis (quod propterea Mare vocabatu
commoda, sanctitatem altaris, sacrificioru
varietatem, & sexcenta hujusmodi, sing
lari consideratione dignissima (quæ omn
facilè quivis poterit in spirituali sensu di
no ædificio nostræ Religionis applica
stupore atque extasi repleti, non poteri
ex intimo corde non exclamare cum P
Ps. 83. 1. pheta: *Quàm dilecta tabernacula tua Do*
*ne virtutum! concupiscit & deficit anima m*
In Io. tr. *in atria Domini.* Et quoniam (ùt S. Aug
stinus, in re quidem alia, loquitur) dum
citur Dominus parare nobis locum, sa
& nos loco parat; nec Divinæ providen
cui omnia præsentia sunt, novum aut inp
natum erat, quemque nostrum vocare,
in hoc loco habitaremus; certum est q
tempore B. P. Noster, ùt divina sapien
repletus architectus, & exemplar hujus
bricæ, & structuram ipsam moliebatur, e
dem etiam divinam bonitatem, qui, qual
quot, & quomodo in ea habituri esse
jam designâsse. Jam igitur qui seriò hu
meditationi cor dederit, quomodo pote
non confundi, & erubescere, cùm perspe

rit quàm amplum, quámque auguſtum Deus templum nobis conſtruxerit, ipséque viciſſim quàm parùm huic beneficio reſpondere nitatur?

5. Secundus, ut intelligentes peculiarem in eo Templo Altiſſimi aſſiſtentiam, quod ſe facturum promiſerat Salomoni illis verbis, *Sanctificavi domum hanc, ut ponerem nomen meum ibi in ſempiternum; & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus*; intelligerent ſimul illud in eis reſpectu quidem tantæ Majeſtatis omnino debere progignere ſacrum quemdam profunda cum reverentia horrorem, admixtum ſollicito cuidam tremori, nè id profanarent: quemadmodum & viciſſim ob tam benevolas lætáſque promiſſiones, quas Dominus exhibebat, ſingularem quamdam fiduciam: quandoquidem oculi & aures illius, qui ſumma ſapientia, ſummáque ſimul bonitas eſt, perpetuò aperti, atque intentæ ſuper domum illam erant: quibus perpetua illius protectio apertiùs inſinuatur. Et nos igitur procul dubio, ſi profunda meditatione attendamus Divinæ bonitatis aſſiſtentiam, atque ſollicitudinem, quam huic minimæ Societati exhibere dignatur: non modò cognitam à nobis, ſed ut ità dixerim, manibus contrectatam, tam multis rerum varietatibus, tribulationibus,

2. *Conſideratio præſentiæ DEI.*
3. Reg. 9. 3.
2. Paral. 6.

perſecutionibus, proſperitatibus, infam
& bonâ famâ, fructibus in proximos, gl
quæ factori tribuitur, aliiſque plurimis, q
ingenti cum admiratione & conſolatio
cernuntur; poterimus certè, ſi veri & le
timi Societatis filii fuerimus, non pro
bis tantùm, ſed etiam pro aliis ſingular
Dei quamdam protectionem nobis ab
ulla hæſitatione polliceri. Quod ſi Di
Scriptura refert quaſi magnum aliquod
vilegium, Nabuſardan (qui licèt magni
gis, vermis tamen & mortalis hominis &
Jere. 24. 6. homo dux erat) dixiſſe Jeremiæ, *Pona*
*per te oculos meos*; in quantum fiduci
ſpei non poterit anima excreſcere, qu
ſolus potens, qui omnia quæcumque v
in cælo, & in terra, & in mari, & in o
bus abyſſis fecit, aſſerit ſe apertos & i
tos habere oculos in eum locum, quò
gulari ſua providentia vocavit illam? R
reatur itaq; profundè tantæ majeſtatis p
ſentiam, humilietur in abyſſo ſui nihili,
conſpectu ejus repleatur Divinâ fiduci
animi magnitudine, quiſquis ad eum loc
vocatus eſt. Ceterùm dum hæc perpend
ſi quid in eo ſensûs eſt, non poterit non co
fundi & compungi, quòd tam malè reſpo
deat. Sed illud mihi exploratum eſt, ha
Divinam protectionem ejúſq; præſidia, vi

plus audeo, nè vix quidem eos sibi pollicéri posse, qui egressi limites & cancellos Instituti, nec sibi pro continuis distractionibus, nec proximis per spiritualia adjumenta intendunt; sed eorum communicatio cum externis extra gratiam vocationis est, & sæcularis potiùs, magísque finibus & adinventionibus illorum accommodata quibuscum agunt, quàm Dei lucris, & fini Religionis nostræ, qui sola animarum salus & gloria Dei est: fítque indè ut plurimas non profuturas aliis, sed sibi noctituras horas utilioribus studiis suffurentur. Proinde qui se ad hujusmodi occupationes & distractiones inclinari sentit, obsecro per misericordiam Dei, ut diligenter id examinet, certétque in lumine Spiritûs sancti attendere in se, séque invenire, neque sinat se torrente humanæ gratiæ, aut plausibus potentium abripi: sed id sibi potiùs persuadeat, hujusmodi humanis ac sæcularibus tractationibus se & seipsum, imò & Societatem, non sinè insigni jactura proprii spiritûs, & fructûs proximorum, variis, iísque non levibus periculis exponere. *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem; assument pennas, ùt aquilæ, volabunt, & non deficient*: sicut reipsa in iis apparet, qui puro zelo animarum salutem consectantes, per vastitates Isai. 40. 31.

terræ, per immensitates Oceani, in me
periculis & mortibus, à Domino admirab
plane providentiâ & potestate, & animâ
corpore proteguntur. Quemadmodum
Apostolus Paulus, singulare speculum m
nistrorum Dei atque hominum Apostolic
rum, manifestè asserit de se ipso.

*3. Oblivio Beneficiorum Dei.*

6. Tertius, ut videntes eas, quibus
tempore fruebantur occasiones & oppor
nitates magnopere proficiendi, & orati
bus ac sacrificiis innumera bona conqui
di (quandoquidem extruxerat eis Dom
in Templo aulam veluti quamdam beni
tatis, ubi ad familiare colloquium sinè in
missione illos admitteret, ibique regi
misericordiæ thronum erexerat) dole
se propriâ negligentiâ & oblivione illi
quem perpetuò corde gestare debuer
non modò vacuos & sinè fructu rem
sisse; sed eo jam omnino misere car
se. Et quisnam sinè rubore & siccis oc
recogitare possit subsidia quibus in Relig
ne abundamus, ut in omni virtute & sanc
tate crescamus; & tamen quàm exiguum
lucrum, quod indè conquirimus? sic fac
dilectissimi, necesse est quisq; nostrûm pu
fundè oculos figat, & metiatur fabricam,
erubescat, quot opportunitates habeam
innumeros thesauros acquirendi, virtutu

*Præsidia Societatis ad rectè serviendũ DEO.*

act

actus exercendi, quot calcaria quæ ad perfectionem urgeant, quot ſtimulos in conſcientiæ examine, quot reprehenſiones in exhortationibus quas frequenter audimus, ſi tamen nos ipſos deinde ad interiora reducimus, ut Deum audiamus eas medullitus explicantem, lucidiùs & efficaciùs imprimentem; quantam in Superiorum vigilantia cuſtodiam; quales in multitudine regularum ſepes; quàm copioſam de cælo cæleſtium donorum pluviam in frequentia Sacramentorum, & præſertim in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, *quàm cùm dico* (ait S. Chryſoſtomus) *omnem benignitatis Dei Theſaurum aperio*; qualem contrà omnes inimicos fiduciam à ſpiritualibus munimentis & vallo; quàm firma & valida in orationibus arma; qualia in pœnitentiis & corporis afflictionibus munimenta; quantam in Angelorum cuſtodia ſecuritatem, ut verè ſecurus aſſeram, ſi hæc à nobis eo quo par eſt modo perpenderentur, magna nos procul dubio & confuſione & triſtitiâ, quod tam tenuiter his omnibus reſpondeamus, ſæpiſſimè perfundendos. Quare illud cupio modis omnibus, ut ſeriò & accuratè in turpitudinem, & fœditatem tepiditatis reluctantes licèt oculos convertamus, recogitantes cuinam ſerviamus: qua promiſſione ex parte noſtra, quibus ex par-

te Religionis præsidiis: quantâ ex parte D
gratiarum copiâ, qui nos vocavit, prævem
& traxit: qua spe & magnitudine promiss
rum à tam liberali, támque potenti, vel p
minimis obsequiis, remuneratore: quand
quidem Rex talis, non maximus modò, s
etiam supremus, ac naturalis, à quo & ess
& vivere, & moveri, & denique omnia s
cessatione percepimus; qui semper super
oculos apertos vibrat, non ut discernat
tùm opera, sed ut nos adjuvet; cui ut
viat, natura nostra condita est (adeò u
hac una re felicitatem suam inveniat, ut S
ctus asseruit Augustinus, *Quandoquidem*
*facta est*, inquit, *ut ei bonum sit subditum*
*perniciosum autem suam, non ejus, à quo*
*dita est, facere voluntatem*) qui sic cura
numquemque nostrum tamquam solum
ret, qui tum res nostras diligentiùs & ac
ratiùs procurat, cùm perfectiùs curas om
nostras, nósque in ipsum projicimus: R
inquam, talis, Dominus, & Pater, quom
do non integram atque omni ex parte per
ctam servitutem mereatur?

*Damna Tepiditatis.*

7. Unde B. Augustinus pleraque ex
capitibus attingens sic Armentarium co
pellat: *Reddite igitur quod voviſtis, quia*
*ipsi estis, & ei vos redditis à quo estis: redd*
*obsecro: neque enim quod redditis redde*

*minuitur, ſed potiùs ſervabitur & augebitur: benignus enim exactor eſt, non egenus, & qui non crevit ex redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur perditur; quod autem redditur, reddenti additur: imò vero in eo cui redditur, ipſe reddens ſervatur. Idipſum quippe erit redditum, & redditor, quia idipſum erat debitum, & debitor. Deo namque ſeipſum debet homo, eique reddendus eſt, ut beatus ſit, à quo accepit, ut ſit.* Ceterùm de damnis hujus tepiditatis, id eſt, moleſtiis & amaritudinibus, quas tepida anima patitur, quomodo permultis iiſque gravioribus periculis expoſita ſit, nè à Domino (ùt ipſe in Apocalypſi loquitur) evomatur; quàm difficilis, & tarda ſit hujus morbi curatio, cùm homo ſeipſum palpet, & quaſi hecticus cùm eâ maximè laboret, febrim non ſentiat, quo pacto quotidie aliquid perdat, quòd natura ſemper ſeipſam quærat, & inſenſibili quodam modo quaſi alluvione, conſumat, & ſi qui fiunt interdum actus, qui boni videantur, remiſſi atque ignobiles fiant; quomodo quotidie ad capiendas, quæ ex Divino fonte jugiter effluunt, aquas, vas cordis jugiter anguſtetur; quòd plurimos gradus gloriæ, quos fervore lucrari potuiſſet, miſer hujuſmodi homo ſibi tepore furatur: déque innumeris aliis incom-

commodis, quæ ex morbo proveniunt, gna prorsus, quæ seriò neque curiùm re gitentur à nobis & plorentur ; memini in libro Industriarum aliquid pertracti nunc satis sit cum D. Gregorio conclu re: *Si inchoata bona fortis operantis manu perfectionem non sublevat, ipsa operandi re sio contra hos quod operatum est pugnat.* H est enim quod per Salomonem dicitur: *mollis & dissolutus est in opere suo, frate sua opera dissipantis.*

3. Past. admonit. 35.

Prov. 18. 9.

*Tepiditatis causæ, & radices.*

8. Radices porrò & causas hujus piditatis, licèt ad eas ferè tandem reduc tur, de quibus mox dicam, tamen ne erit, ut quisque peculiari studio ad cor ens, excutiat diligenter, ut eas intellig eradicet, vel certè mortificet, ut quæ amaros atq; exitiales fructus gignant. Q autem in mentem veniunt, hæ ferè Amor proprius, seipsum perpetuò quær passionum rebellio & conflictus; horror ficultatis in pugna & victoria ; desider rerum facilium & molliorum, cujusm esse solent, ad quas natura propendet; luntaria per multa cordis evagatio; defec Orationis; negligentia Examinis; & hu modi plurima, quæ opus non est hìc sing latim recensere. Illud tamen non omitt quod puto, & aliqui experti sunt, plurim

juvare posse ; hoc autem est permultum temporis diésque plurimos seriò atque accuratè meditari, quanta obligatione obstricti simus Deo per omnia respondendi, quámque segniter & quàm malè id præstare nitamur. Id quod si in sæcularibus deflendum est, longè magìs in nobis, qui Religiosi sumus, & sentiendum & deflendum est, qui & ex obligatione statûs, & propter opportunitates quibus abundamus, ùt dictum est, & ob magnitudinem & multitudinem beneficiorum, id excellentiùs præstare debemus. Quod ut clariùs intelligamus, & non segniter nec quasi prætereuntes meditemur; poterimus id perpetuâ memoriâ retentare, si inter innumeras, quas in simplicissima illa Dei natura perfectiones investigare possumus, duodecim saltèm considerabimus, quæ aliqua à nobis vicissim exigunt.

*DEI Perfectiones quid à nobis exigant?*

9. Prima est, Majestas & celsitudo. Secunda, immensitas ac præsentia ubique locorum. Tertia, naturale dominum in omnia quæ creata sunt. 4. Providentia, qua nos gubernat. 5. Beneficia, quibus nos prævenit. 6. Sapientia. 7. Pulchritudo. 8. Suavitas & dulcedo. 9. Liberalitas. 10. Amor. 11. Quòd sit Spiritus & vita animæ. 12. Quòd centrum & finis illius.

*Hæ enumerantur.*

10. Majestas igitur ac celsitudo abys-

*Majestas*

sa-

*exigit reverentiã, & timorem.*

salem, ùt ità dixerim, reverentiam & tim
rem exigit. Nam si Ezechiel vidit sub
stere Cherubim, aláque demittere, co
primùm vocem audierunt ex firmamen
quod quasi Sapphiri specie super capita
Ezech. 1. rum erat; *vocem omnipotentis Dei*, ùt ibi
S. Hieronymus, *ferre non valentes*: quan
nos vermiculos terræ contemptibiles re
rentiâ, quantóque tremore astare decet
propterea dixerit Apostolus ad Hebræ
Heb. 12. 28. *Habemus gratiam, per quam placeamus se
entes Deo, cum metu ac reverentia. Et
Deus noster ignis consumens est.* Ubi Gr
cum verbum, non nudè reverentiam,
cum pudore & rubore admixtam signifi

*Præsentia puritatem in operibus.*

11. At Præsentia, cùm ipse sit intu
ctus & oculus, nos actu semper consider
nec exteriora tantùm, sed etiam intima
stra, quibus ipse intimior est, accuratiss
discernens; pedúmque nostrorum rad
considerans (quod pro verbo, *vestigia*,
in Job reddiderunt) manifestè & puritat
non vulgarem corporis & animi, & exa
sitam in operibus diligentiam exigit; ne
enim fas est distorta maléque disposita op
ra, præsente ipso ac prospiciente moliri,
Eccl. 23. 28. jus *oculi*, ùt Sapientia loquitur, *multò p
lucidiores sunt super Solem, circumspicien
omnes vias hominum, & profundum abyss

*hominum corda intuentes in abſconditas partes*; deinde verò etiam audaciam & animi magnitudinem; quandoquidem ſolo intuitu nos erigit, confortat, ac virtutem miniſtrat operandi, tam piè támque dulciter & cor dirigens, & manum movens, ut B. Dionyſius non dubitaverit, cùm de divinis nominibus ac perfectionibus loqueretur, Deum ipſum eo nomine Græcè appellare, quo ſignificatur, illum extenta ſemper manu nos manuducere.

*Dominium promptam, ac perfectam obedientiam.*

12. Dominium verò, quo Dominus dicitur Dominantium, Rex Regum, Deus Deorum, quippe non ſolùm omnium Dominus, & verè ſolus Dominus, ſed etiam fons omnis Regni, omníſque dominii, proculdubio promptam à nobis obedientiam, integrúmque ac maximè voluntarium ſervitium requirit: quandoquidem non ex aliqua cum illo conventione, pactione, aut ob noſtra propria commoda, ùt aliis Principibus fieri ſolet; ſed naturali ſubjectione, utpote cujus omne creatum poſſeſſio ſit, ejus ſervitio ſumus obſtricti; eóque magìs, quòd natura noſtra, ùt dictum eſt, talis eſt condita, ut perfectionem aut requiem alibi invenire non poſſit, niſi cùm integre ſubdita eſt ei à quo facta eſt. Quòd ſi creaturæ omnes ei obediunt, unde Propheta ait, *Ordinatione* Pſal. 118.

*tua* 91.

*tua perseverat dies, quoniam omnia servi… tibi: & cæli lumen ac stellæ*, ùt alius Propheta loquitur, *cum tremore ei obediunt, & … custodiis suis lætata dicunt, Adsumus, & lu… cent cum jucunditate ei qui fecit illas*; di… gnum profectò est, ut homo similis factu… Angelis, qui suo factori longè nobiliori mo… do, id est, per intellectum & voluntatem … servit, obediat illi in omnibus, majori q… potest perfectione ac promptitudine, illi … interim dolens nec sinè pudore inge… scens, quod tam frequenter ab eo se dea… ri conspicit. Si verò etiam promissionem p… votum præstitam addamus, & consecrati… nem, qua nos totos ei dicavimus, ut ad p… fectam Dei servitutem libere aspirare pos… mus, Deus bone, quantùm excrescet c… mulus debitorum!

Baruch. 3.35.

*Providentia perfectam resignationẽ.*

13. Verùm providentiæ, quæ nos … fiduè dirigit, nobis consulens, nos voca… excitans, gubernans, non obscurum … quanta resignatio debeatur: talis nem… qualem Princeps Apostolorum verbis exp… cat: *Omnem*, inquit, *sollicitudinem vestr… projicientes in eum, quoniam ipsi cura … de vobis*, ità ut in omnibus vel prosperis … vel adversis, quæ contingunt, sive ab hom… nibus, sive undecumque proveniant, pa… ti semper simus, beatam illam vocem em…

1. Petr. 5. 7.

tere, quam S. Leo Ecclesiæ filiis medullitus discendam esse pronuntiat; *Non mea voluntas Pater, sed tua fiat*; atque his præsertim, qui se ipsos abnegantes, propriæque voluntati renuntiantes, profitentur se se non ex parte, sed integre obtulisse providentissimo Patri holocaustum. Unde fiet etiam nihil temere, & quod indè nascetur solidum illud gaudium, nullis unquam lætitiis ulla ex parte conferendum, quo perfusus qui ingeminaverat, *Paratum cor meum Deus*, in illas erupit voces: *Cantabo & psallam*; *Exurge gloria mea, exurge psalterium & citharа*. Tanta est in vera resignatione hilaritas & Dei laus. Ceterùm beneficia quisque viderit, quantam animi gratitudinem, beneficiorum agnitionem, gratiarum actionem, & operum mutuam redditionem postulat. Nam si in rebus humanis ingratitudo tolerari non potest; satis liquet qualis erga Deum erit, erga quem sanè tum ob frequentiam illorum, tum ob magnitudinem, tum ex necessitate nostra, qua illis assiduè indigemus, tum quòd ab illius bonitate, nullo ejus lucro nullâque necessitate, promanant; demum quòd à tam nobili atque divina manu proficiscantur, crescit cumulus in immensum. Atque hujus gratitudinis defectu nascuntur, ùt S. Augustinus, & S. Bernardus

Luc. 22. 42.

Psal. 107. 1. 2.

asserunt, detrimenta omnia, atque mala s
ritualia. Est enim, ùt hi Patres loquuntu
veluti ventus urens, bona omnia exsicca
fontémq; misericordiæ super ingratum h
minem obstruens.

*Sapientia attentionem.*

14. Sapientia porrò attentum omn
no & excitum discipulum erigit, ut & a
diat solerter, & apprehendat fideliter
ternum illius magisterium. O quanta c
ca animi nostri defectus, virtutum pul
tudinem, semitas quibus nobis insistend
est; secreta, quæ mundi amatoribus n
manifestantur; viam sese ad perfectione
extendendi; modum cum eo agendi int
nus nos Magister hic edocet! Quare Isai

Isai. 50. 4. *Erigit manè*, inquit, *manè erigit mihi aur
ut audiam quasi magistrum.* Hæc nos in
docet semper nos ipsos habere suspectos
creta Dei pertimescere; nostram vilitat
nostrúmque nihil agnoscere; in divino

Psal. 59. 13. tùm auxilio spem ponere, scientes *quia
na salus hominis*: tandem, ùt Spiritus sanct

Sap. 8. 7. loquitur, *sobrietatem, & prudentiam, &
stitiam, & virtutem, quibus utilius nihil
vita hominibus.* Nec difficilè esset hoc S
pientiæ magisterium, si illius voci ac sus
simo susurro inventum tandem inter rud
& ruinas collapsi ædificii nostri, indé
erectum cor applicaremus; & omni ter

narum ſtrepitu ſilente curarum in mentis penetralibus docentem audiremus: quandoquidem ipſamet circuit quærens nos ad magiſterium. Quare Spiritus ſanctus ubi de Divina Sapientia hac dixiſſet, eum, qui illam quærat, minimè laboraturum, *aſsidentem enim foribus ſuis, inveniet illam*, ſubdit: *In viis oſtendet ſe illis hilariter, & in omni providentia occurret illis.* Ubi Græca vox, quam noſter Interpres *Providentiam* dixit, paullò plùs indicat: ſignificat enim propriè excogitatum aliquod & inventum: ut ſit ſenſus, Deum non ſolùm præ foribus noſtris nos expectantem opperiri; ſed etiam in viis hilari ſuavíque vultu nobis occurrere; denique nullum prætermittere inventum, nihil non excogitare ut ſe nobis oſtendat. Tanta eſt illius bonitas, támque ingens deſiderium, quo noſtram pertectionem exoptat. Sap. 6. 15. & 17.

15. At pulcritudini, & pulcritudini tantæ ſacram quamdam & ardentem concupiſcentiam cum incredibili rerum omnium creatarum contemptu, deberi facilè videt, qui videt. Sed quis poterit Oceanum hunc intrare, ut de Divina pulcritudine diſſerat, ſi etiam de creata ſapientia, quod donum in nobis eſt, & vix minima quædam guttula perennis illius fontis, dixit Sapiens, ùt quibuſdam placet, *Speciosior eſt Sole, & ſuper omnem* Sap. 7. 29. *Pulchritudo concupiſcentiam, & aſſimilationem.*

*omnem dispositionem stellarum, luci compa-*
*ta invenitur prior.* Legat qui voluerit
modo sacras litteras, quibus innumeris in
cis hæc pulcritudo resplendet; sed etia
Sanctos Patres, cùm de Divinis perfec
nibus agunt, præsertim verò Dionysium
Divinis nominibus, qui liquidissimè pulc
tudinem hanc videtur esse contempla
A nobis certè quod exigitur præcipuè il
est, ut purgandis oculis, quibus videri
test, id est munditiæ cordis, diligentiss
attendamus. Nam neque in hac vita
purus oculus eam potest intueri, ùt pl
mis locis egregiè docet S. Augustinus;
in alia revelata facie poterunt eam cont
plari, nisi qui in hac mortali illum dilig
ter expurgaverint; vel certè ità consti
rint, ut possit in Purgatorio plenè mun
ri. Atque ex hac proculdubio visione
gens fastidium maximúsque contempt
rietur cujuscumque tandem rei, sive vi
lis, sive invisibilis, quæ illo inferior
Quapropter de Angelis, quorum nos
mam & similitudinem, quantum quidem
hac vita aslequi licet, omnino decet æm
lari, S. Augustinus in libro de Civitate D
loquitur: *Præ cujus non solùm incorporali,*
*etiam incommutabili & ineffabili pulcritu*
*ne, omnia quæ infra sunt, & quod ille est*
*sun*
*tot*
san
quo
ta
in
pro
pul
con
nim
glo
*nem*
*tam*
util
mili
tur
*simi*
lice
*quæ*
*gine*
*tem*
*mili*
quæ
nece
no s
gano
mod
pore

*ſunt, séque ipſos inter omnia deſpiciunt, ut ex toto, quo boni ſunt, perfruantur.* De quo ſanè aſpectu & pulcritudine dum ego loquor, illud præterire non poſſum, ex attenta hujus pulcritudinis conſideratione, quod in creatis pulcris contingere non poteſt, id provenire utilitatis ac commodi, ut & ipſi pulcri efficiamur, & ad illius ſimilitudinem conformemur: fit enim, ùt ex Apoſtolo animadvertit S. Bernardus, ut cùm anima gloriam Dei ſpeculatur, *In eamdem imaginem transformetur à claritate in claritatem,* 2. Cor. 3. 18. *tamquam à Domini ſpiritu*: quo quid dici utilius aut auguſtius poteſt? Ad quàm ſimilitudinem ut nos B. Auguſtinus hortaretur, explicans verba illa Pſalmi, *Deus quis ſimilis tibi*; ſic ait: *Non ab illo recedat* (ſcilicet homo) *ei cohærendo ſignatam, tamquam ex annulo cera, illi affixus habeat imaginem ejus, faciens quod dictum eſt, Mihi autem adhærere Deo bonum. Verè cuſtodit ſimilitudinem & imaginem ad quam factus eſt.* Pſal. 70. 19.

Suavitatem porrò & dulcedinem ſanitas quædam palati & guſtativæ virtutis incipiat neceſſe eſt. Quare omnino ab omni terreno ſapore, qui eam inficere poſſit, repurganda eſt accuratè. O quàm miſerum in modum cura & delectatio terrena Dei ſaporem impedit! Nec dubium quin interdum *Suavitas nauſeam terrenorum, & appetitum cæleſtium.*

dum peccata etiam levia nisi frequenter
purgentur, fructum internæ suavitatis,
ste B. Gregorio, suprà quàm credi pote
impediant. Huic autem dulcedini gu
tio debetur, & si dicere licet saporatio,
quæ indè nascetur insatiabilis quædam
mes : sed ex defectu interni gustûs
næ dulcedinis provenit interdum, ùt
Sanctus asserit, *Ut amemus foris mise*
*mem nostram.* Et contrà, qui palatum
duè expurgant, aptúmque cælestibus su
tatibus impensiùs reddunt, accipiunt qu
dam divinæ dulcedinis portionem, atq
amore castissimæ voluptatis exardescun
spretis omnibus temporalibus ad ede
bibendúmque toto accendantur affect

*Liberalitas constantiam in petendo.*

16. Liberalitas autem perseveran
petitionum constantiam, imò verò im
tunam, ùt ità dicam, & insatiabilem in
nec non impetrandi subnixam magna
tate fiduciam, ut propterea B. Bern
dixerit, debere nos spiritu suspensos hab
oculos erga Deum, expansúmque sinu
*Ad largam ejus benedictionem, qui utiq*
*copiosis illis cælestis mensæ deliciis vacua*
*quam revertitur manu.* Oportet igitur
magna cum fiducia impetrandi import
precibus efflagitare; sinúmque cordis ad
scipienda data optima, donáq; perfecta s

per habere dilatatum. Ad quod etiam majores nobis animos addit, dum consideramus, nihil nos humile, nihil expetere terrenum, cùm harum rerum expostulatio, quæ minimæ, ac ferè nihili sunt, injuriam potiùs, ùt ait Cassianus, tam munifico Patri ac largitori irrogare videatur, qui paratus est majora ac præclariora absque comparatione ulla donare: sed tantùm ea petere, quæ nos gratiores efficere possint divinæ ipsius Majestati, illíque arctiùs atque intimius unire. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus.* Hebr. 4. 16.

17. Sed enim amor ad amorem trahit dulciter, compellit fortiter, nec alio quàm amore compensari potest. Nec video quidquam quod cum à Deo (hoc est à Majestate illa, quæ nihil in nobis amore dignum invenit, sed producit amando) tam mirum in modum fuerimus in amore præventi, tam parùm tanto & tali respondeamus amori; cùm præsertim in hoc solo affectu, ùt S. Bernardus annotavit, aliqua ex parte Deo possimus rependere vicem. *Nam cùm amat Deus*, inquit hic Pater, *non aliud vult quàm amari. Quippe non ad aliud amat, nisi ut ametur, sciens ipso amore beatos, qui se amaverint.* Præmiserat autem quòd licet Deus timendus sit ùt Dominus, honorandus ùt

*Amor reciprocum amorem.*

Ser. 83. in Cant.

pater, *horum tamen neutrum acceptabit … melle amoris condita non fuerint.* Deni… meritò dixit: *Magna res amor, si tamen … suum recurrat principium, si sua origini re… ditus, si refusus suo fonti, semper ex eo fru… unde jugiter fluat.* Verùm sinè suspiriis … lacrymis cogitare non licet, quàm vilia & … digna sint, quæ ab hoc amore nos re… hunt; quantúmque amor proprius gra… mus ejus hostis, amarissimus ipse atque … gratissimus, quasi catenis quibusdam, … Deo, cui nos totos debemus, integre om… no reddamus, nectat atque coërceat, & … *men dignum esset*, ùt S. Hilarius loquitur, … *illi nos integri redderemus, cui debere no… colimus & originem & profectum.* Quam… rem ut amorem nobis, quem ei debem… sua lege commendaret, postquam se dile… ter Nostrum vocâsset, *Diliges*, inquit, … *corde, totâ animâ, ex omni mente, & ex om… bus viribus tuis*: quamvis idipsum certè quo… totum est, parùm admodum sit, ut ideo ne… De dilig. Ver. ritò dixerit S. Bernardus: *Amat caritas, … mat immensitas, & vicem rependimus cu… mensura?* Et in Cantica Sermone citato: *Meritò cunctis renuntians affectionibus alia… sola & tota incumbit amori, quæ ipsi respondé… re amori habet in redhibendo amore: nam … cùm se totam effuderit in amorem, quam u…*

*est hoc ad illius fontis perenne profluvium?* Et hoc illud est, quod nos perurgere omnino debet, ut omni studio ac diligentia, nulla re prætermissa, quæ ad id conducere possit, ad amoris proprii mortificationem, divinique augmentum non segniter accendamur, donec cum sponsa gloriari liceat: *Ordinavit in me caritatem*, hoc est, Vexillum & præsidium amoris (id enim sonat militare illud vocabulum *ordinavit*) super nos mira constituit dignatione, tum ad nostri custodiam, tum ad ipsius Domini conservationem, in quo omne bonum nostrum positum est.

*Amoris hujus effectus.*

18. Et quàm diu anima infidelis Domino ac rebellis non ejicit suâ culpâ tam necessarium firmúmque præsidium, nulla se vi à Domino separari posse secura confidit. Unde vas illud electionis gloriatur: *Quis nos separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames*, &c. quæ fidenter enumerat. Et revera quam tribulationem timeat, Domine JESU, qui te exhortatore & consolatore intrinsecùs roboratur? qua angustia coarctetur, qui in te summa latitudine, corde undique dilatatur? quam famem horreat, qui de pane vitæ & pascitur & inebriatur? qua nuditate laboret, qui te indumento gloriæ tegitur & ornatur? cui

Rom. 8. 35.

periculo cedat, qui ſuper omne mutabi
pennis amoris tui ſublimiter elevatur? q
illum perſecutio frangat, quem lævâ & de
terâ tuâ molliter quieſcentem amplecter
& qui ſcapulis tuis jugiter obumbratur
quis gladius vulneret, quem turris fortit
dinis undique cingit ac protegit? Non i
que immerito humili fiducia plenus, p
verba illa ſubdit Apoſtolus: *Certus ſum e
quia neque mors, neque vita, neque fort
do, neque altitudo, neque profundum, ne
creatura alia, poterit nos ſeparare à carit
Dei, quæ eſt in* Christo Jesu *Dom
noſtro.* Quæ verba perpendens D. Aug
ſtinus, tam ignitas divináſque affert me
tiones, & tam dulces ſenſus, ut ſi non om
recenſere, nè longior ſim, aliquas tamen
De mor. Eccleſ. 11. hi præterire non liceat: *Nemo*, inquit, *
indè ſeparat minando mortem: idipſum
quo diligimus Deum, mori non poteſt, niſi
non diligit Deum, cùm mors ipſa ſit non
gere Deum. Quod nihil eſt aliud, quàm
quidquam in diligendo atque ſequendo pr
nere. Nemo indè ſeparat pollicendo vit
nemo enim ab ipſo fonte ſeparat pollicendo
quam. Non ſeparat Angelus; non enim eſt
gelus, cùm inhæremus Deo, noſtra mente
tentior. Non ſeparat virtus; nam ſi vir
hîc illa nominata eſt, quæ aliquam poteſtat

*in hoc mundo habet, toto mundo est omnino sublimior mens inhærens Deo. Non separant instantes molestiæ; hoc enim leviores eas sentimus, quo ei, unde nos separare moliuntur, arctiùs inhæremus. Non separat promissio futurorum; nam & quidquid boni futurum est, certiùs promittit Deus; & nihil est Deo ipso melius, qui jam profectò bene sibi inhærentibus præsens est. Non separat altitudo, neque profundum; si enim superna & inferna hujus mundi significantur, quis mihi cœlum polliceatur, ut à cæli fabricatore sejungat? aut quis terreat infernus, ut Deum deseram, quem si numquam deseruissem, inferna nescirem.*

19. Jam verò quòd spiritus & vita animæ sit, meritò ad id nos constringit ut omni studio illi vivamus quo vivimus, & ut vita nostra, omnis sensus, motúsque animæ à vitali hoc divino spiritu procedant. De hac animæ vita in libro de præcepto & dispensatione, B. Bernardus ità philosophatur: *Si Deum amans anima ex ipso vivit, utì corpus ex ipsa; quo pacto, quæso, præsentior esse contenditur, ubi dat,* id est corpori, *quàm unde accipit vitam,* id est Deo? *Fons siquidem vitæ caritas est; nec vivere animam dixerim, quæ de illo non hauserit: haurire porrò quomodo potest nisi fuerit præsens ipsi fonti, qui caritas est, quæ Deus est? Præsens igitur Deo est,*

*Spiritus, & vita animæ spiritum, & vitam divinam.*

Circa finem.

*est, qui Deum amat in quantum amat; in q*
*enim minùs amat, absens profectò est.* E
iis licebit ex parte conjicere, quo studio c
venda sint nobis omnia, quæ vitæ hujus
ctiones impedire possunt, quæ ex eo spir
tu jugiter promanarent. Quare non mod
exactâ omnino diligentiâ à mortalibus pe
catis cavendum est; quæ cùm cor feria
( de quo nobilius à Sapiente dictum arb
Prov. 4. 23. tror, *Omni custodia serva cor tuum, quoni*
*ex ipso vita procedit* ) extinguunt subitò sub
limiorem animæ vitam, quæ indè ut cad
ver putridum ac putidum simul immobil
insensibilis, & planè inutilis redditur; sa
omni etiam cura à venialibus, & imper
ctionibus, præsertim gravioribus, abstine
dum, quæ veluti morbi animæ atq; humor
noxii, qui quasi defluentes in nervos spi
tus impediunt, retardant, prohibéntque m
tus sensúsque vitales ab hoc spiritu venie
tes, quo vivificantur, vegetantur, & sens
ficantur animæ nostræ. Quod si hoc ex
emplo corporalium infirmitatum, quas u
abjiciamus, tentamus omnia, perpendere
mus diligentius, quæ actitentur in nobis;
evigilaremus certè, nè quid intentatum in
hisce spiritualibus depellendis relinquere
mus: atque in omnibus attenta semper men
te distenderemur, ut vitam hanc, quàm de
cælo

cælo haurimus, ſenſu motúque jugiter teſtaremur.

20. Tandem dum illum eſſe finem, ac centrum noſtræ beatitudinis, attentiùs ruminamur, liquidò certè perſpicimus non modò in ſtatu vitæ noſtræ, ſed etiam, ùt noſtra regula docet, in particularibus actibus, in operibus, verbis, & cogitationibus ſemper in eum nobis, non ſegniter nec cum torpore, tendendum: quandoquidem rerum omnium perfectio, quam & motibus ſemper intendunt, in eo poſita eſt, ut ad centrum locúmve ſuum perpetuò moveantur. Nam ſi infelicia prorſus putarentur corpora, quæ ſuis ponderibus, gravitate ſcilicet vel levitate, ſua loca non peterent; longè procul dubio major miſeria noſtra fuerit, niſi aſſiduè tendamus ad Deum: quod tunc verè fit, cùm actus omnes noſtri ab ipſius amore, & moventur in ipſum & diriguntur. Ex quo etiam id apparebit, quàm non leviter venialia æſtimanda ſint & cavenda, quibus fit, ut actiones, quæ hujuſmodi fuerint, non poſſint tendere ad Deum. Quare B. Dionyſius malum aſſerit *eſſe præter finem, extra terminum, ſcopo carens.* Itaque ſi ex centum motibus, qui verbi cauſsâ unius diei ſpatio fiunt, plures fortaſſe quàm nonaginta in vanum recidunt, non in centrum; conſide-

*Finis, & centrum animæ rectâ intentionẽ.*

*& venialium noxarum vitationem.*

sideremus, obsecro, quàm nobis ingratum quámque invisum genus hoc vitæ debe esse. Nec dicat quisquam, ut genus hoc pe catorum ob humanam fragilitatem sine si gulari Dei privilegio vitari non potest, i frequens admodum esse, ut in multis hujus modi prolabamur; præsertim cùm caro con cupiscat adversùs spiritum, & concupisce tia militet in membris nostris; quandoqu dem teste Gregorio Nazianzeno, non si lùm compositi sumus, sed oppositi, qua est: in nobis ipsis impedimenta pugnal portantes: non, inquam, ad excusandas e cusationes in peccatis hoc audeat affer Primò enim respondeo, si non possint mnia vitari, possunt multa: & qui vigila iis præveniendis, & occasionibus ampu dis, & postquam eas admiserit, flendo dolendo diluendis, excitatus & pervigi custodia cogitationum verborúmque, prækavenda diffusione cordis, ad quod f quenter redeat, in stipularum hujusm concremationc, in flammis caritatis Chri multa procul dubio cavere poterit.

*Et motuum inordinatorũ suppressionem.*

21. Unde cavebit etiam consequ ter motus plurimos inordinatos & vanos qui ad centrum minimè tendunt. Dein asserο ut non desint impedimenta, quæ s veluti fines motum remorantes: nihilo

nus cùm pondus, id est amor, quo in Deum tendimus, magnum est; hæc omnia veluti tenuissima fila suâ ingenitâ vi disrumpere; quemadmodum linum aliquod tenuissimum si grave saxum alligaret, non impediret certè, quin eo disrupto ipsum quàm velocissimè raperetur ad centrum. Indè B. Augustinus more suo, id est subtiliter ac dulciter valde; *Nihil est tam durum*, inquit, *atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Quo cùm se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera atque admiranda volitabit pennis pulcerrimis & integerrimis, quibus ad Dei complexum amor castus innititur.* Et subdit exemplum invictissimæ feminæ matris Machabæorum, quæ magnitudine hujus ponderis ingentes validásque catenas materni amoris, imò & sui ipsius, veluti fila quædam aranearum diffregerat. *Quid tamen mirum, si omnibus medullis conceptus Dei amor tyranno, & carnifici & dolori, & corpori, & sexui, & affectui resistebat?* Denique semper ut destinatum scopum assequamur, altiùs nobis collimandum est, scientibus debilia esse instrumenta, infirmósque arcus, quibus jacimus: nec illud obliviscamur, quod Cassianus refert, debere Dei servum ad id perpetuò conniti, *ut quod in futurum dicitur, de beata conversatione Sanctorum, jam subarrhatum ha-*

De moribus Eccl. 22.

*habeat in præsenti : id est, ut sit ei Deus omn... in omnibus.* Quod, ùt supra dixerat, pra... stabit homo, *unum dumtaxat desiderans, ... num sitiens, ad unum omnes non solùm actu... verùm etiam cogitatu semper intendens.*

*Recapitulatio præcedentium.*

22. Ex iis igitur, quæ posuimus, fa... liquet, Dei servum, qui Domino suo no... indignè respondere desideret, semper debe... re in conspectu illius multa cum reverent... & timore versari; magna cum puritate, ... accurata diligentia, prompta obedientia, ... perpetuo obsequio, integra resignatione, ... à nutu illius totus pendeat, numquam ... terrupta animi gratitudine, summa atte... tione docilis accuratíque discipuli, summ... desiderio eo fruendi, magna palati purit... & fame illum gustandi; assidua oratione ... prece, ac latitudine cordis ad impetrandu... amore si non quanto debet, certè quanto ... lesti largitate irroratur; illi semper & de... vivere, ad suum ultimum ac beatissimum ... nem sinè ulla cessatione concedere. Qui e... go vivæ fidei hæc omnia, & ut cum Scr... ptura de fabri diligentia ac labore dicam... *Cor suum dederit in similitudinem pict...* (quam videlicet exprimere debet) *atque ... consummationem operum*, ut in vigilia sua o... net imperfectionem; qui fieri poterit, ... cùm seipsum ab ea perfectione, quæ in h... br...

brevi exemplari depingitur, tam longè abesse conspicit, non se in conspectu Domini seriò humiliet; & solita tepiditate abjecta, media non assumat, quibus quotidie magnis itineribus properet ad perfectionem? Sed necesse est has meditationes non tantùm lectas audire, aut strictim cursímque percurrere, sed attenta & profunda consideratione penetrare, nunc simul omnes, nunc per se singulas: sperandum enim est hominibus sæculi vinculis absolutis, voluntatis optimæ, & qui donum cæleste, atque adeò Deum ipsum non semel gustaverunt (quales Divinâ misericordiâ homines Societatis me credere & sentire justum est) hoc procul dubio non vulgaria spiritûs lucra atque augmenta allaturum.

23. Et ut scriptioni modum ponam, sicut in principio dixi necessarium nobis esse nostræ vocationi respondere, doleréque ac confundi, quod ad tam sublimem vitæ statum vocati tam tenuiter id præstemus; ità in fine tacebo ipse, ut glorioſum Doctorem Ambrosium audiamus, qui sub typo & imagine athletarum, ut nostræ professioni satisfaciamus, pulcerrimis atque efficacissimis verbis nos compellat: *Athletæ sumus; legitimè certandum est: ante bravium contenditur ad coronam. Postea numquid Athleta otio va-* *Athletæ imitandi.*

*cat, cùm semel dederit certamini nomen*
*um? Exercetur quotidie, ungitur quotid*
*ipse cibus ei agonisticus datur, disciplina exig*
*tur, castimonia custoditur. Et tu dedisti n*
*men tuum ad agonem Christi, subscripsisti*
*competitionem coronæ. Meditare, exercet*
*ungere oleo lætitiæ, unguento exinanito.* E
go per misericordiam Dei, & suavissima
scera CHRISRI JESU spei nostræ, c
gilemus omnes, ut hæc spiritualia Exer
tia, tali proposito, tantóque fervore sp
piamus, atque ad perfectionem excite
ardentiùs, ut non modo fructus is conse
appareat, qui aliquoties benedicente Do
no, magna omnium consolatione collec
est; sed colluceat etiam uberior in corp
hoc universo: cui oremus omnes instanter
Domino voluntariam copiosámq; plu
gratiarum. Romæ 24. Junii, 1604.
die, qui glorioso Præcursori, lucernæ
denti ac lucenti, sacer est.

*Omnium in Domino*

CLAUDIUS AQUAVIVA

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XIX.

R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Decimaquarta,

## Ad Superiores Societatis.

Anno 1604. 20. Augusti.

*De sollicitudine & vigilantia Superiorum erga subditos.*

1. QUòd spiritualis præfecturæ curam à sanctis Deúmque timentibus viris reformidatam semper, omníque studio declinatam legimus; non ea sanè causa est, quòd plurimum illa meriti non habeat, aut humili obedientiâ, cùm à Deo imponitur, suscipi non debeat; sed quòd res & summæ sollicitudinis plena sit, & propter varias humanæ infirmitatis circumstantias, assiduásque tentationes innu-

*Superiorum munus grave onus.*

meris periculis expoſita. Quippe cùm
ipſis etiam omiſſionibus, & de culpis al
nis, quas malè gubernando noſtras inte
dum facimus, exactiſſimam Deo ratione
reddituri ſimus. Unde quoties animum
fero ad grave illorum Superiorum diſc
men, qui à me tamquam à capite ſuo mu
ribus ſuis præpoſiti, ad curam oneris, qu
ſuſtinent, excitandi mihi inſtituendi
ſunt; ſatìs intelligere poteſtis, Patres
ctiſſimi, me meum ipſius ſupra ceteros
riculum intueri, ac meritò pertimeſce
Itaque urget me idipſum & admonet, n
præteritæ unquam diligentiæ recordat
conquieſcam; ſed nullum ut finem faci
me unà vobiſcum ad paſtorale hoc mu
magìs magíſque novis cohortationibus
flammandi. Et quamquam de inſtruct
pro Superioribus ante aliquot annos m
nupérque edita in lucem, reſciri non
poſſit (eò quòd ad paucos, ùt audio, a
pervenerit) quoſnam fructus in hanc
tem allatura ſit, quamvìs uberes illos car
& vigilantia veſtra ſperare me jubeat;
men cùm oculis pateant incommoda, q
quorumdam immediatorum Superiorum
tio in dies ſuboriuntur; impellit me off
neceſſitas, ut omnes iterum hac occ
ne ad ſex illorum capitum lectionem uſ

que ex animo amplectendum exsuscitem.

2. Multis autem studiò prætermissis, quæ à me in eo libello, quàm minimè malè divino concessu licuit, indicata & commendata sunt, nunc solùm hoc monebo, summopere in primis necessarium videri, ut tres fines considerentur, quorum gratiâ suscipi aliorum curam debere S. Augustinus observat: *Obediendi*, inquit, *subveniendi*, *& Deo placendi caritate*. Quibus scilicet apertè docemur, quàm sollicitos & quàm vigilantes esse nos conveniat. Quia si obediendi studio ducimur, ut his nimirum, qui onus hoc imponere poterant, Deóque, qui eorum imperio nos regit, obsequamur; minimè obscurum est, quàm parùm hujus obedientiæ numeros expleturi simus, & parùm accuratè, levitérque officio functi fuerimus: aut si ut tot personis subveniamus, eísque in adeò gravi & cum ipsa illorum salute ac perfectione conjuncto ministerio inserviamus, nihil præter mediocrem quamdam & vulgarem diligentiâ præstiterimus. Nam si id agimus, ut Deo placere studeamus, præterquam quod ipse toto cordis affectu & coli vult, & meretur; verbum ipsum *placendi* quantum in eo nobis elaborandum sit, liquidò declarat. *Tres fines considerãdi.*

3. Veniat ergo in mentem, nos eorum similes esse, quos Præfectos & Exactores *Superior sit fortis,*

*& longanimis.* ſcriptura vocat, Hebræa vero lingua for tudinem, ac perſeverantem longanimitate ſignificanti voce deſignat. Quod ſi op noſtrum eſt finis Societatis, id eſt ſalus perfectio propria ſimul & proximorum conſtat profectò enitendum nobis eſſe mnibus nervis, ut ſubditi noſtri hunc fin adipiſcantur, ſi honeſtam utcumque & dabilem vitam ducant, niſi ad ſui perfect nem, magnis quaſi paſſibus contendant; que eo contenti, quod ſua ipſorum cauſſa ciant, in proximorum quoque ſalutem riò & viriliter incumbant: quandoquid hoc etiam ad Superiorum officium cur que pertinere manifeſtum eſt. Ac pud dum revera, quòd cùm illuſtres ſint fruc quos per Societatis miniſteria tum in M nibus, tum plurimis aliis modis divina nitas elicit, quando Superiores invigila ipſi tamen ſæpenumero dormitare & torp re videantur.

*Quantùm obſit Superior remiſſus?* 4. Sic itaque ſtatuere, ſibíque proc dubio perſuadere debent, ſe tam in defect bus qui cernuntur, quàm in bonis operib quæ prætermittuntur, non minimam n poſtremam culpæ partem ſuſtinere: m gnámque adeò diſciplinæ laxitatem & ſ ſturam ex eo naſci, quòd hac de re aliter ſ fortaſſe ſentiant. Dum enim culpam omn

in subditos conjiciunt, & aliud præstare se posse diffidunt ; rem suopte nutu fieri sinunt, dolore contenti, quem ex ejus ruina capiunt. Atqui magnam in Superioribus culpæ partem residere, satis demonstrat aut morbi ipsius in nonnullis subditis vetustas, quòd vel nulla illis, vel minùs apta remedia admoverint, aut ipsa ejusmodi defectuum in Collegio vel Domo quapiam frequentatio communis. Neque enim existimandum est, tum communes tantummodo dici posse defectus, cùm in eos prolapsi omnes fuerint ; sed tum etiam cùm multos occupârint: ut contrà error esset communem Collegio culpam appellare, qua unus tantum aut alter ex imperfectioribus teneretur.

*Totum se muneri suo det.*

5. Quamobrem incumbant, Dei amore, in munus suum omni cura & contentione, procul habitis omnibus aliis occupationibus, quæ animos avocare & distrahere possint. In quo sanè scrupulum haud levem duci & haberi par esset, adeò ut non semel animum subierit cogitatio, an expediret, mulierum confessiones Superioribus interdicere, quòd his audiendis multum temporis exiguo fructu conteri soleat ; via sterni ad visitationes ; turbari interdum etiam per æmulationes, aliásque occasiones pax domestica, non sinè magno debitæ erga Supe-

riorem reverentiæ amoríſque detrimen
Dedant ſe orationis rerúmque internar
ſtudio, quemadmodum regula præcipit,
D. Bonaventura, Sanctique omnes vocit
rantur, ac nos ipſi diverſis Epiſtolis, inſtr
ctionibúſque noſtris abunde commonuim
Examen adhibeant, non modò defectu
perſonalium, ſed eorum etiam, qui ad S
periores, quatenus in eo munere verſant
propriè ſpectant.

*Horam conſiderationis, & alia ſervet.*

6. Inculco etiam atque etiam qua
poſſum animi ſenſu, quod multis ab hinc a
nis de hora conſiderationis præſcriptum
quam & ab effectis ipſis, & ex variis rela
nibus ſentio, neque adeò univerſim, ne
ità ſeriò uſurpari ac Societatis neceſſitas
ſtularet. Legant ſtudioſiſſimè S. Bona
turæ opuſculum De ſex alis, quod in h
uſum brevioribus paginis efformandum
ravimus: & ſicubi fortè non ſupperant
emplaria, dent operam Provinciales, ut
rum excudantur. Inſtructionem quoq
noſtram, & Induſtrias, ac præ omnibus a
regulas ſui officii. Meminerintque hoc
ſe primum exigi, ut præſentes Colleg
quiſque ſuo adſint, non tam corpore, qu
mente & attentione: ſui muneris eſſe inv
lare, arguere, corrigere, exhortari, ob
àm ire malis eorúmque occaſionibus, pr

lucere exemplo ; objectásque difficultates forti & constanti animo pervincere : nec leviter peccare se credant, si incuriâ vel negligentiâ suâ permittant, ut peccata quamvis levia propagentur : quando his disciplina enervatur, & religionis facies ac nitor obducitur, dum nescio qua ignavia, perversáque consuetudine, quæ parvi fiunt magno sanè cum incommodo & noxa contemnuntur, qualia sunt neglecta silentii observatio, crebræ confabulationes, sermonésque rerum novarum, murmurationes & susurrationes, litteras dandi atque accipiendi impunitas, prolixa cum feminis colloquia, inutiles visitationes, & alia id genus ; quæ quoniam quibusdam in locis usitatiora sunt, Superiorum oculos, licèt magno alioqui zelo videantur, non perinde offendunt. Et tamen ab hisce defectibus gravissima interim damna consequuntur : præfocatur spiritus, ac devotio : minuitur affectus & observantia adversùs Superiores : læditur ædificatio proximi, bonúmque nomen, ac fama Societatis : unio denique & caritas fraterna labefactatur. Et tamen dissimulat connivétq; Superior : non ignorat amaritudines & aversiones domi versari ; & has tolerat ; cùm officii ratio eas quàm primum excidi, fratrúmque gratiam reconciliari jubeat : cúmque omnes ejusmo-

di culpas ex gravi damno, quod inferunt non metiantur, ùt deberent; earum quoq occasiones, quæ ex variis cupiditatibus, æ mulationibúsque humanis nasci solent, no antevertunt. Hoc igitur caput impendio quàm maximè commendatum cupio: in me moriam revocans quod S. Benedictus in re

Cap. 2. gula sua monet, *ut sciat Abbas, culpa Pa ris incumbere, quidquid in ovibus paterfa as utilitatis minus potuerit invenire.* Qu docere vellet, severissimam à nobis ratione exactum iri, non solùm de jactura, verùm e am de parvo quæstu, hoc est, de exigua p fectione & profectu, quem Dominus in fi ditis nostris, filiis suis, nactus fuerit.

*Non conniveat placendi gratiâ.*

7. Advertant Superiores, quod d amari quandoque studeant, non solido ac s rituali affectu, sed humano, subditis suis splicere timent, adeóque habenas remittun Sed Dei justo fit judicio, ut hi multò mini amentur quàm ceteri, cùm solidus amor tæ exemplo, & opinione sanctitatis, vera que erga subditos caritatis demonstratione non hujusmodi indulgentiæ actibus, conc lietur.

*Spiritualia præprimis promoveat.*

8. Et quoniam non potest Superior p se omnia complecti, solúsque omnia admi strare; necesse est S. Bonaventuræ consil utatur, quod in quinta Ala, quæ est Disc

tio, his verbis exposuit: *Spiritualia verò, & quæ ad salutem necessaria sunt & profectum virtutum, principaliter debet animarum custos & rector sibimet curanda retinere; cùm hæc sint de substantia officii pastoralis, & de his maximè sit in judicio rationem Domino redditurus. Hæc sunt, qualiter Regula studiosè servetur, & alia statuta, & ordinis disciplina: itèm quòd pax & dilectio sit inter fratres: itèm ad ipsum pertinet conscientias singulorum agnoscere, & de quibuslibet perplexitatibus expedire; pericula peccatorum prævidere & præcavere; monere fratres ut proficiant, corrigere corrigenda, elucidare dubia, informare singulos, qualiter officia sibi commissa congruè administrent, quò & fratribus, prout convenit, sufficiant, & conscientiam non offendant.*

*Admoniterem, & Provincialem libenter audiat.*

9. Maximi, opinor, refert ad bonam gubernationem, si Superiores locales Admonitorem suum libenter audiant: & cùm de re quapiam admonentur, hanc tamquam gubernationi suæ utilem & commodam, non quasi illius notam aut reprehensionem excipiant: multóque magis, si cùm Provincialis ad visitationem aggreditur, non illum censoris loco habeant, quasi ad ipsos deprimendos, eorúmque in subditos auctoritatem extenuandam advenerit; sed ut eum potiùs, qui majore sua auctoritate auxilio futurus, diffi-

difficultatésque contrarias ſublaturus
Quod ità reapſe continget, ſi Rector hu
lem ſe illi, ſubordinatúmque præbuerit;
perfecta cum illo conſenſione, rerúmq
omnium communicatione uſus fuerit,
vabit præterea non mediocriter, ſi cùm P
vincialis ad viſitandum venerit, ſinceram
ipſi conſcientiæ ſuæ rationem illi reddi
de ſingulis, in quibus erratum à ſe circa
ficium, & de impedimentis, quibus in
dem retardari ſe ſentiunt. Ac fortaſſe
tererit prima hac vice, conferétque ad
ritum & auxilium, ſi ad nos etiam de ea
re ſcribant, adjectis difficultatibus, quas
ſuâ culpâ experiuntur; ut informatio, q
de Collegii ſui ſtatu mittent, non ea ſo
comprehendat, quæ ad ceteros pertin
ſed humilem ſimul eorum, quæ ad ipſoſ
ſpectant, narrationem: quod multi jam
gno animi candore aliàs fecerunt, facie
que etiam nunc, fructu, ùt quidem ſpe
ſentire illos arbitror, minimè pœniten

*Agat, quod agẽdum.*

10. Oro ad extremum, & quanta
ſum contentione obteſtor, ut tanti mom
ti opus ſeriò omnino, ac toto pectore amp
ctantur: neque committant ut tot or
tiones, inſtructiones, & conatus, teſtim
um in die mortis contra nos dicant, ſi in
ſum non inducantur, & in libris tantùm

sa jaceant. Hoc modo & me & seipsos magnis, quæ impendent, periculis liberabunt, Idque demum simul omnes præstiterimus quod à nobis requirit, tum Beatus Pater Noster, qui è cælis nos respiciens, clamare quodammodo non cessat, *Hoc agite*; tum fides, qua carissimæ parenti obstricti sumus; tum ipsum denique quod Deo Domino nostro debemus, obsequium: cujus gloriâ impensissimè ac studiosissimè sectari nos decet, cùm eos curæ nostræ commiserit, quos non solùm pretiosissimo Sanguine suo redemit, sed singulari etiam amore, ac providentiâ in hanc sanctam vocationem perduxit. A quo perpetuam vobis divinæ Majestatis præsentiam, & gratiam implorans, me ipsum vicissim ùt egentissimum, sacrificiis & orationibus vestris enixè commendo. Romæ 20. Augusti, 1604.

RR. VV.

*Servus in Christo*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

*EPI-*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XX.
R. P. N.

# CLAUDII AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Decimaquinta,
Ad Provinciales Societatis
Anno 1612. 24. Novemb.

## *De Officii Divini recitatione, & celebratione Missæ.*

*In Officio divino reverentia sit, & attentio.*

1. QUanta ad officium Divinum ri[te] persolvendum reverentia & a[t]tentio requiratur, præclare o[m]nino Psaltes Regius, proposità ipsius D[o]mini, quocum agitur, excellenti præstan[ti]a commonstravit, his verbis: *Psallite Deo n[o]stro, psallite; psallite Regi nostro, psallite: quoniam Rex omnis terræ Deus.* Idcirco etia[m] subjunxit, *Psallite sapienter*: quia videlic[et] non quovis, sed apto prorsus quodam mo[do]

Ps. 46. 7.

id officium recitandum est, præcipuè quidem à nobis, quos huic ministerio ità destinavit Ecclesia, ut ipsius quasi nomine, & creaturarum omnium, quæ id minimè nôrunt aut possunt, præpotentem mundi effectorem laudemus Deum, pro cunctis exoremus, & coram eo corda nostra pandamus. Quibus ex rebus, aliisque compluribus, quas de hoc eodem officio alta quadam cum exaggeratione Sancti Patres commemorant, liquidò apparet, quàm nos deceat, ùt monet Apostolus, *psallere spiritu, psallere & mente.* Enim verò cum sic res habeat, ut sive ob studiorum occupationes, sive ob frequentiorem communicationem cum proximo, sive alias justissimas ob causas, quæ semper ad majorem Divinæ Majestatis gloriam dirigantur, sive denique ex Instituto & approbatione Sedis Apostolicæ, officium hoc privatim, non autem in Choro recitemus; majorem procul dubio à nobis diligentiam adhiberi necesse est: ut reverentia illa, quam ipse Chorus, ipsa Ecclesia, & communis multorum consociatio, ipsæ quoque cæremoniæ externæ conciliant; præsidiis aliis ità compensetur, ut quod hinc deest, aliunde suppleatur. Et eò quidem accuratiùs, quò proclivius nihil est, quàm ut eas ipsas ob causas debita aliqua reverentia, recollectio, & attentio depereat.

2. Pri-

*Suo tempore, locô, & ritu persolvatur.*

2. Primò igitur, quod ad tempus attinet, non patiemur ità nos obrui negotiis, ut ad horas valde importunas proprium hoc munus rejicere cogamur, adeò ut prævenidi, postponendive facultas indulta necessitati, vel tempestivæ seriarum rerum tractationi, oscitantes nos reddat, minúsve solicitos. Quod deinde ad locum spectat, tum, statúmque corporis, sicuti præscribo non est animus, ut officium recitetur in Sacello, Oratorio, aut cubiculo, flexis genibus, aut secùs (nempe aliquid indulgendum fatigatis assiduitate studiorum, vel operis alioquin proximi caussâ laborantibus, sive audiendis confessionibus, sive custodiis audiendis, sive aliis hujusmodi pietatis ministeriis exercendis) ità certè officium persolvere, quasi pensum aliquod indifferens, aperto loco, & salutationibus, aliisque distractionibus valde pervio, id prorsus aliter fiat ac deceat, neque ad reverentiam attentionémve conferre quidquam posse, manifestum est. Atque ut unum moneam, quod maximè nostrâ omnium interfit, ex usu fore confido, si decori habita ratione, se quisque penitùs examinet, si naturæ vim & habitum, si mentis volubilitatem, si devotionem affectum, experientiam denique diligenter excutiat. Sunt enim, qui pronis genibus ora-

orare queant, non tamen eam attentionem, gustúmque spiritualem eo situ experiantur, ac sedentes. Sunt qui inambulando se non impediri sentiant, quin imò liberiori mente ad altiora sublevari. Jam verò si quempiam docuerit experientia, hunc, aut illum sibi modum non succedere, & eum nihilominus tædio secessûs, aut cubiculi, velit consectari; id certè Domino Deo gratum esse nequaquam potest. Quod si fatigato vel infirmo capiti aliquanta opus erit cessatione, licebit, antequam inchoëtur officium, inambulare tantisper, dum aliquid piè suavitérque meditando, & relaxetur animus, & se tamen ad officium comparet. Juverit quoque non mediocriter illa consideratio, Divinum hoc officium majore sui parte psalmis constare. Horum enim psalmorum tot ac tanta præconia Sancti Patres suis scriptis mandârunt (præcipuè verò S. Chrysostomus hom. 6. de pœnit. S. Ambrosius, & S. Augustinus in præfationibus ad psalmos, quæ loca miræ suavitatis plenissima sunt, & dignissima quæ legantur) ut eos si vel mediocri prævia animi præparatione recitare studeamus, non dubitem, quin mirabiles effectus experturi simus; eúmque spiritualem mentis pastum probaturi, ut numquam officii longitudo satietate nos afficiat: semper autem ejusdem

jucunda varietas ſpirituali dulcedine per
ſos dimittat. Quod fortaſſe contra uſu
nit pleriſque, quos, dum id officii perfunc
riè pronuntiant, tædet aridæ atque inſu
longitudinis. Placet autem referre S. G
gorii verba, id quod volumus, aptè declar

Lib. 1. in 1. Reg. c. 1. tia: *Sed qualis*, inquit, *aut quanta ſit lau
devota non ſit? Aptè itaque tribus vitul
tidem farinæ modii conjunguntur* (loqu
de oblatione, quam mater Samuelis offe
bat) *ut de eo, quod in Dei laudibus ore
mus, per devotionem ſatiemur. Nam ſi
rina vitulum offert, qui in Dei laudibus
quidem edit, ſed mente vaga ad ea, qua
tur, non intendit. Sed ſi verba Dei laudan
vel orando proferentes hilareſcimus, dum
telligentiæ miſcemus gaudium, illius vini,
latificat cor hominis, amphoram farinæ
mus.*

*Pſalmorum affectus exprimendi.* 3. Varietas deinde affectuum quanta
pſalmis eluceat, quàm dulces & efficaces
quendi modi, quàm ſingulare acumen
poëticum, ſed divinum, quod dum co
mirificè oblectat, in animos penetrat; qua
ta, inquam, harum rerum omnium copia
tet in pſalmis, credi vix poteſt. Hinc po

Conci. 3. in Pſal. 30. rò fit (quod rectè animadvertit S. Augu
nus, qui res inibi ſcriptas, noſtrum appe
ſpeculum) ut pſalmorum affectus expri

re nos oporteat: timere, cùm timet Propheta; amare, cùm amat; laudare, cùm laudat; plorare, cùm plorat; postulare, cùm postulat; & (quod plurimum confert ad necessariam attentionem subinde renovandam) mentem ad Deum extollere, cùm ille se erigit; nosmetipsos deprimere, cùm ille se agnoscit; pro inimicis orare, cùm orat; flagitare exaltationem Ecclesiæ, cùm eam flagitat; amare pulchritudinem Christi sponsi, eloquiorum dulcedinem exoptare, ejúsq; liberalitatis amplitudini pectus aperire, eumdem Patri mediatorem interponere pro firmiori spe obtinendi, quod ipse nobis acquisivit; mente expatiari per turres illas & cælorum palatia; grates agere pro egressu ex Ægypto; oblectare se rivis mellis è petra profluentis; sitim explere aquis illis mirabiliter manantibus; lætari de profligatis hostium copiis, & adversùs eorum vim & insidias opem implorare; splendorem pariter ac multitudinem Sanctorum, quos sibi Deus in terra servat, contemplari. Denique, nè longior sim, nullum non licet pium animi affectum psalmorum recitatione concitare. Nam & in hunc usque diem cithara illa Davidica malignos arcet prohibétque spiritus.

4. Verùm ut intelligamus, quo pacto psalmi ad spiritualem pastum fructúmq; ca- *Non secùs, ac, si*

*essent à nobis cõpositi.*

pessendum recitari debeant, facere non p
sum, quin adducam perappositum Cassi
locum, ubi dum agit de oratione, mir
in modum psalmos commendat his verb

Col. 10. c. 10. *Omnes quoque psalmorum affectus in se rec
ens, ità incipiat decantare, ut eos non t
quam à Propheta compositos, sed velut
editos, quasi orationem propriam profu
cordis compunctione depromat: vel cert
suam personam æstimet eos fuisse directos,
rúmque sententias non tunc tantummodo
Prophetam, aut in Propheta fuisse comple
sed in se quotidie geri implerique cogno
Tunc enim Scripturæ divinæ perpatescunt
riùs, & quodammodo earum venæ medull
panduntur, quando experientia nostra
non tantum percipit, sed prævenit not*

Postquam verò aliquot affectus psalmo
percensuit, subjungit: *Omnes namque
affectus in psalmis invenimus expressos, a
quæ incurrerint, velut in speculo purissimo p
videntes, efficaciùs agnoscamus. Et ità m
stris affectibus eruditi, non ùt audita, sed t
quam perspecta palpemus.* & quæ sequunt

At enim ut eò pertingamus, præter cord
puritatem, quam diligenti examine, acc
ratóque labore consequi oportebit, duo i
super necessaria requiruntur.

*Legendus*

5. Alterum, ut aliquis auctor perleg
tu

tur, qui breviter, dilucidè, ac spiritualiter litteralem psalmorum sensum exponat: quod mira prorsus felicitate Cardinalis Bellarminus mihi videtur assecutus. Alterum, ut eò feratur meditatio, & ità quidem, ut si quando Deus lumen aliquod elargitus fuerit, vel motum animæ aliquo in versiculo concitârit, locus ille postmodum in cubiculo sæpius expendatur. Ac veluti cui argenti vel auri vena indicata fuerit, is avidè effodit; sic nos altiùs (thesauri quippe non deerunt) effodere non desistamus. Nec dubium quin uno in versiculo, quem multorum annorum spatio millies pronuntiaverimus, novam subinde venam aut fodinam demonstret Christus Dominus. Adhibenda solùm diligentia, quam insinuat Sapiens, dum ait, *Si quæsieris illam quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies,*

*bonus Psalmorum interpres.*

Prov. 2. 4. & 5.

6. Hìc demum scribendi finem facere cogitabam, cùm ecce graves aliquot Patres ac zelo pleni, admonent, operæ pretium me facturum, si pauca de sacrificio Missæ his attexerem. At fateor, vix me id ausum esse commendare (tanta quippe est hujus Divini mysterii dignitas atque majestas, ut illa per se stimulus apprime efficax esse videatur ad timorem, reverentiam, & actualem

*In Missa adhibenda est attentio, & devotio.*

devotionem in nobis excitandam) nisi d
fectus luminis, imbecillitas virium nostr
rum, naturæ infirmitas, levitas deniq; me
tis & inconstantia, qua fit ut aliis in mul
delinquamus, idem & in hoc ipso, de q
nunc agimus, negotio persæpe officer
Nunc tamen unum hoc dumtaxat in mem
riam reducere satis fore arbitror. Expe
dendum videlicet, (si quidem considere
ùt sacrificium) cui, quid, quem ad finem,
quo modo offeratur. Nam si offertur sup
mo rerum omnium effectori Deo, quam
turtures solummodo, columbæ, aut vit
more antiquorum ipsi offerrentur; in
tamen timor, puritas, & reverentia requ
retur. Si ergo nobiscum reputabimus d
ri Christum ipsum, unigenitum Dei F
ad dexteram Patris sedentem, verum ac
mum Sacerdotem simul & sacrificium,
nifestè constat, quantum præterea mom
adjungatur. Finis deinde atque intent
qua Eucharisticum hoc sacrificium offer
nempe salus vivorum & mortuorum, Ecc
siæ unio, debita gratiarum actio, laud
Divinæ Majestatis, apertè declarat, qui
nobis desideretur. Modum denique in
plicabilem, ut non modò coram Angelis
Curia cælesti universa id sacrificium offer
tur, sed & attrectetur à nobis & particip
tur

tur, eum, qui potest, animo comprehendat. Si post hæc ùt Sacramentum consideretur, quod à nobis sumitur, ut ab eo tamquã à fonte vitam in nos derivemus, & cum eo quasi concorporemur, ejúsque gloriæ & claritatis efficiamur participes (ità enim Patrem alloquitur, *Claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis*: quod de Sacramento intelligendum ait S. Hilarius) manifestè apparebit, quanta cum præparatione, ac sensu pietatis ad illud accedere debeamus. Joan. 17. 22.

7. Nec solùm id intelligendum de remota illa præparatione (de qua divinum in modum agit Nazianzenus in suo Apologetico) nempe de puritate, & totius hominis sanctimonia, id est, ut assueverit oculus ità res omnes contueri, ut indè animus ad earum Creatoris laudem & admirationem traducatur: aures divinis solùm præceptis ac monitis pateant: os, labia, lingua, eo modo sint composita, ut è cælis dumtaxat spiritum salutarem ac vitalem hauriant; occlusa quoque, ac decenter aperta, soli præfixo sibi muneri deserviant. Lingua verò quasi plectrum Spiritûs sancti concentum harmoniámque ad unius Dei gloriam efficiat. Pedes more cervorum comparati firmentur in petra, neque aliud iter nôrint, nisi gratum Deo, & ipsius consentaneum voluntati. O- *Et debita præparatio.*

mnia demum corporis membra facta sint membra justitiæ, & quasi exuta mortalitate absorbeantur à vita. Non inquam, id solùm intelligendum de remota illa, sed de proxima item & actuali præparatione. Quo ego re certè confundor, quoties veniunt in mentem illa S. Bonaventuræ verba: *Cum fuerit totus alteratus & Divinus effectus, ita ut nihil videat, nisi Deum, tunc accedat.* Et

*Decentia, & Rituũ distinctio.* quamquam neque necesse est, neque hujus loci, aut instituti mei referre, quod scribit S. Dionysius de Ecclesiastica hierarchia, Chrysostomus, utérque Cyrillus, atque ut uno verbo dicam, omnes Sancti Patres; non queo tamen prætermittere quod habet Damascenus: *Ardenti*, inquit, *cupiditate ad eum adeamus; manibúsque in crucis formam compositis crucifixi corpus suscipiamus; atque ejus oculis & labiis, & frontibus impositis divinis bonis participes efficiamur, ut ignis desiderium in nobis insiti assumtâ eâ, quæ ex carbone oritur, inflammatione peccata nostra exuret, & pectora nostra collustret: demúsque operam, ut per divini ignis perceptionem inardescamus, diique efficiamur.* Hactenus Damascenus. Jam verò, quia decet nos ad eam dignitatem aspirare, satis liquet non accedendum ad illa tremenda mysteria, nisi præparatione prævia, quæ negotiorum colloquiorúmve di-

Lib. 4. de Fide, c. 14.

stractiones submoveat. Neque id committendum, ut cùm primùm quis in sacristiam pedem intulerit, dicere incipiat, *Impone Domine capiti meo.* Sed præmissa aliqua mentis in Deum elevatione cogitare oportebit, quid agendum, quóve eundum sit. In ipsa deinde celebratione servanda omnino regula, quæ mediam horam Sacro faciendo præscribit. Breviori quippe tempore, neque decentiæ, neque cæremoniarum distinctioni locus esse potest, qui debet. Qua occasione valde commendatum velim Ædituis & Præfectis Ecclesiæ, ut juxta præscriptum regularum de iis, quæ secùs facta deprehenduntur, Superiores admoneant.

8. Peracta denique celebratione, ac ministerio tam sublimi, durante adhuc corporali Christi Domini præsentiâ, debitæ agendæ sunt gratiæ. Ideo siquidem ab Ecclesia proponitur hymnus trium puerorum, qui in media fornace positi (quasi vellent suppleri, quod non satis poterant ipsi per se præstare) ad divinas laudes invitabant & cælos, & Solem, & stellas, & reliquas omnes creaturas sublunares, quantumvis sensûs expertes. Nos igitur veluti in dulce jubilum prorumpentes, tot ejusmodi creaturarum linguis, tam immensam Dei nostri suavitatem celebremus: neque nos foras effunda-

*Demum gratiarũ actio.*

mus, sed operam demus, ut divinum illu
ardorem conservemus; familiari illa Dom
ni communicatione perfruamur, nostrâ
necessitates eidem humiliter insinuemus
tum ad præparationem consequentis sacrif
cii majorem deinceps perfectionem cons
ctandam proponamus. Nè divina gratia,
quidem tam eximia, vel quia non tanti fi
vel quia negligentiùs tractetur, vel aliâ qu
vis culpâ nostrâ, penitùs in nobis exarescat
Nec id silentio prætermittendum, quòd e
quæ dicta sunt ad omnes omnino spectan
Sacerdotes, qui videlicet (ùt ait S. Chrys
stomus) in terris degentes, cæleste nihil
minus exequuntur officium; ea tamen pr
cipuè nobis dicta credere, nostra omnium
vehementer interest; à quibus nempe a
pliùs quippiam jure requiretur, ùt ab iis, q
divinitus ad statum religiosum vocati, pa
muniti doctrinæ præsidiis, tam sublimis
commercii notitiâ instructi, sæculi vinculi
expediti, accedente tam frequenti usu me
ditationum, & quotidiano virtutum incre
mento, id nimirum operante ipsiusmet sa
crificii efficacitate, præter peculiares vivid
que amoris stimulos, videri possumus ad
hunc gradum evecti à Deo, ut aliqua parte
compensemus infinitum eorum numerum,
qui irreverenter, inconsideratè, ac temer

D

Divinum hoc tractant mysterium. Horum porrò miseram sortem B. Laurentius Justinianus (ut præclara S. Chrysostomi, & aliorum Patrum antiquorum dicta factáq; præteream) & accuratè describit, & religiosè, dolentérque deplorat. Sed ut finem faciam, uberem omnibus â Domino Deo gratiam precor, ut optatum ex hac qualicumque mea cohortatione fructum reportetis, majorem in modum velim Superioribus inculcatum, Confessariis itèm, & spiritualium rerum Præfectis, ut pro sua quisque parte, ac officii munere connitantur efficere, ut qua impedimentis submovendis, qua inquirendis commoditatibus hunc Dei cultum promoveant, nec solum monitis, sed multò magis exemplo subditis Superiores præluceant; totiúsque negotii difficultates diligenter explanent. Atque hîc tandem omnium precibus & sanctis sacrificiis me commendo. Romæ 24. Novembris, 1612.

RR. VV.

*Servus in Christo*

CLAUDIUS AQUAVIVA.

*EPI-*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXI.

# R. P. N.
# CLAUDII
# AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.
Decimasexta,

## Ad Provinciales Societatis.

Anno 1613. 28. Maji.

*Monita complectens, formandis Concionatoribus accommoda.*

*Momentũ ministerii concionãdi.*

1. QUemadmodum nostræ Societatis hic est finis, non solùm salutem & perfectioni propriarum animarum (ùt loquitur B.P.N. IGNATIUS) cum Divina gratia vacare, sed cum eadem impensè in salutem & perfectionem proximorum incumbere; ità etiam media, quibus illi juxta nostram vocationem juventur, hæc suppetunt, quæ pariter ab eodem B.P. indicantur, oratio videlicet, sancta desideria, con-

confessiones, spiritualia exercitia, colloquia privata, conciones. Et vero concionandi ministerium, si probè exerceatur, non dubium quin sit ad lucrum animarum aptissimum. Sic quippe S. Petrus sibi à Domino dictum audivit: *Ex hoc eris homines capiens.*

*Septem adjumenta.*

2. Ad illud autem munus pro dignitate obeundum, plurima in Societate adjumenta subministrantur: impedimenta si qua existunt, ea pauca sunt; & à quibus, si quidem planè velimus, expedire nos haud magno negotio possimus. Quoniam ergo de hoc ipso argumento dicere aliquid in præsens instituimus, ídque vehementiùs inculcare, quod breviori epistola missa ad Provinciales 14. Augusti, 1599. commendaveramus; ità rem omnem perstringemus, ut de adjumentis agamus primùm, tum impedimentis, postremò de mediis & industriis, quæ ad id munus perfectè explendum non parùm conferant.

*1. Opinio virtutis.*

3. Primum adjumentum est, opinio virtutis ac probitatis: in qua opinione ferè sunt nostri apud omnes, tamquam Societatis religiosi. Hujus verò existimationis tanta vis est, ut dixerit S. Augustinus: *Habet autem, ut obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis majus pondus vita dicentis.* Ergo cavebunt nostri diligentissimè, nè

4. de Doct. c. 27.

nè quos præ se ferant minùs rectè compos
tos animi motus, nè nimiam corporis cu
ram, nè ambitionem honoris, aut quem
bet denique alium immoderatum affectum
Quibus rebus fit plerumque, ut apud sæcu
lares, quamvis alioquin ab ejusmodi vitiis
non alienos, nonnihil de Concionatoris no
mine & existimatione depereat. Eamdém
que ob caussam non se nimiùm dabunt
familiaritatem externorum; sed solummod
quatenus id eorum spiritualis postulabit ut
litas: nam quæ propiùs inspectantur, e
quoque manifestiùs, quid in se habeant v
tii, demonstrant.

*2. Ordinatum studium.*

4. Sua habere ordinata studia, & qu
dem necessariis vacua distractionibus, n
quibus sponte se implicare fortè quis m
Indè vero consequitur, ut homines Socie
tis solidam nanciscantur doctrinam, tuto
loqui valeant. Quæ res magno utique
adjumento: quemadmodum è contra
quisquis sana est mente, timidior certè re
ditur, atque ad dicendum impeditior, si quo
dicit, non adeò exploratum habet, ut in
prehensionem incurrere jure non posse cre
dat.

*3. Studiũ S. Scripturæ, & SS. PP.*

5. Privato studio sacræ Scripturæ, ac
gendis Patribus incumbere; tempúsq; hu
studio destinatum habere liberum, juxta
stra

ſtram Inſtructionem, quam diligenter obſervari peroptamus. Inſtr. 2. §. 7.

6. Uberrima ad dicendum quaſi obvia materia, quæ videlicet à pleriſque eruditis, gravibúſq; Doctoribus aucta plurimum eſt, & hactenus digeſta ſapienter. Maximè verò cùm de Societate non pauci, & Scripturis ſacris exponendis, & aliis argumentis pertractandis, ejuſmodi conſcripſerint libros, ut ingentes collectos theſauros nullo propè labore eruere indè cuivis liceat. 4. *Materia ſelectus.*

7. Tempeſtivè in Collegiis, ipsáque juventute, concionandi miniſterium inchoare: accedente ad exercitationem operâ & inſtructione Præfectorum, ceteríſque neceſſariis adjumentis. Qua ex re perinde atque ex frequenti animi reflexione, dum ſæpius coram doctis rectéque dijudicantibus dicere contingit, facilè quis hoc aſſequitur, ut firmo ſynceróque judicio libere, animosè, ac limatè dicat. 5. *Tempeſtiva præparatio.*

8. Multos, ac bonos audîſſe Prædicatores. Qua tamen in re judicio eſt opus. Ideo cavebunt Superiores, nè noſtri ad eos accurrant, à quibus vitia potiùs addiſcant. 6. *Auditio præclarorũ Concionatorum.*

9. Sed plus quàm credi poſſit, negotium promovet, potioréſq; nobis partes conciliat, & materia de qua dicimus, & auditores apud quos dicimus, & auctoritas majeſtáſ- 7. *Authoritas, & majeſtas muneris hujus.*

ſtáſque muneris. Dicimus enim tamquam ſuperiores & magiſtri, non coram Senatu aut populo, ad modum antiquorum oratorum, Demoſthenis, Ciceronis, & ſimilium de rebus ad rempubl. ſpectantibus, deliberando, vel conſultando; accuſando, vel defendendo ſingulares perſonas; vel adhibendo panegyricos ad virtutes, aut præclara quæpiam celebranda facinora; ſed agimus ad ſingulorum audientium negotio maximo & ſummis utilitatibus, qua una re nihil audiri libentiùs. Et ſi quidem docemus, doctrinam proferimus divinam, propter quam & des ipſa, quæ in auditorum pectoribus mi det,, eoſdem benevolos reddit ac docil nec non ad aſſentiendum faciles. Quid delectare ſit animus, nihil uſquam ver Dei & Scripturis ſacris eſt delectabilius. Ideo quippe ait Propheta: *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion.* Item, *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! ſuper mel ori meo.* Hanc enim per ſe vim habent, ut nudè prolata delectent. Præterquam quod hiſtoriarum varietas, quæ inibi continetur, mirum in modum recreat audientes: metaphoræ item, & pſalmorum poëſis. Proverbia autem & ſententiæ Salomonis, ſimiles quoque ac diſſimilia, ſi loco ponantur & tempore, ſunt profectò (ut cum Scriptura

Pſal. 118. 127.

Ibid. v. 104.

loquar) tamquam mala aurea in lectis argenteis, vel inauris aurea, & margaritum fulgens. Verùm de ornatu nimio ad oblectandum adhibito, rectè D. Augustinus, *Nec illa suavitas*, inquit, *delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua & frigida bona spumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna & stabilia decenter & graviter ornarentur.* 4. de Doct. c. 5. Si tertiam deinde ac præcipuam oratoris partem considéremus, (quæ in persuadendo, affectibúsque concitandis posita est) quis dubitat, quin verba résque divinæ sint veluti sagittæ acutissimæ? Testatur verò S. Augustinus, Philosophos ipsos ac Rhetores, quamvis Divinæ sapientiæ forent expertes, dixisse tamen, pluris æstimandum, si diceret orator sapienter, ubi non posset eloquenter. Tum idem Sanctus subjungit: *Sapienter autem dicit homo tantò magis vel minus, quantò in Scripturis sacris magis minúsve profecit.* Deinde capite duodecimo hæc addit, quæ ad movendi rationem spectant: *Sicut delectatur auditor, si suaviter loquaris; ità flectitur, si amet, quod polliceris; timeat, quod minaris; oderit, quæ arguis; quæ commendas, amplectatur.* & quæ sequuntur. Equibus omnibus, ùt liquet, ampla dicendi materia subministratur. Cùm ergo Christiani Ecclesiastæ finis sit longè sublimior, ma-

gísq; neceſſarius, quam cujuſvis profani o
toris; materia verò prorſus alia; cúmque
dem Concionatores ſint veluti Legati à De
miſſi ( ità enim Dominus olim ad Proph
tas, *Hæc dices populo huic*, &, *Hæc*, & hæ
Jerem. 4. 9. *dicit Dominus.* ad Hieremiam itèm: *Dedi ver-*
*ba mea in ore tuo.* Sic D. Paulus: *Lega-*
2. Cor. 5. 20. *ne pro Chriſto fungimur, tamquam Deo exho-*
*tante per nos* ) debent ſanè ipſius, à quo m
tuntur, Principis verbis, quoad poſſunt
gationem exponere. Atque hinc fit, ut n
eadem, ſed planè diverſa eſſe debeat utri
que Oratoris dicendi ratio. Res enim gr
diores grandiùs quoque poſtulant gen
rationis. Ceterùm cùm res illæ, quæ a
cularibus Oratoribus tractantur, poſſ
nunc parvæ eſſe, nunc magnæ, prout m
jorem utilitatem continent, nempe cùm
pecunia, aut de hominum vita, ac ſimili
agitur; in his tamen noſtris ( quandoquid
omnia, ùt idem S. Auguſtinus ait, maxim
quæ è loco ſuperiori populis dicimus,
hominum ſalutem, nec temporalem, ſed
ternam referre debemus, ubi etiam cav
dus eſt æternus interitus ) in his, inquam
noſtris, omnia ſunt magna, quæ dicim
Ideo ſubjungit: *Oportet igitur eloquentem*
*Eccleſiaſticum, quando ſuadet aliquid quod*
*gendum eſt, non ſolum docere, ut inſtruat;*
*de-*

*delectare, ut teneat; verùm etiam flectere, ut vincat.* Concludam autem primum hoc caput illâ S. Bernardi sententiâ, quæ complectitur omnia: *Est*, inquit, *funiculus triplex, qui difficilè rumpitur, ad extrahendas animas de carcere diaboli, & trahendas post se ad regna cælestia, si rectè sentias; si dignè proloquaris; si vivendo confirmes.* In Cant. serm. 16.

10. Impedimenta porrò licèt multa sint, pauca tamen dumtaxat perstringam: Primum est intentionis obliquitas. Cujusmodi esset, prædicare seipsum potiùs, ac laudem sectari, quàm auditorum utilitatibus propter Deum consulere. Hæc enim res non modo minuit, aut prorsus tollit meritum; sed etiam, cùm circa finem erretur, incredibile est quàm detorqueat media, eáque depravet. Iis porrò qui sic peccant, si quidem res succedit ex voto, ut sive ob actionis dictionisve concinnitatem, sive ob aliud quodvis naturale donum, frequenti concione audiantur; successu ipso redduntur in dies magis vani, ad correctionem difficiliores, suarumque rationum retinentiores: sin autem minimè succedit, tum verò cùm se sua spe frustratos videant, mirum quàm pusilli, quàm abjecti fiant animi, quàm melancholici. Dum interea qui recta intentione, qualecumque talentum à Domino Deo acceperint, ad ejusdem

*Quindecim impedimenta.*

*1. Intentio obliqua.*

gloriam, & animarum salutem illud impe-
dunt, jugi lætitiâ perfruuntur, & novo fer-
per spiritu labores obeunt. Dominus a-
tem eorum labores inutiles esse non sini-
quin potius exiguæ sementi uberem lar-
tur messem.

*2. Incautus materiæ selectus.*

11. Incautus delectus in studii mate-
consectandis profanis auctoribus, histori-
hieroglyphicis, poëtis, & aliis id gen-
dum quis eruditi nomen indè aucupet-
quasi Mathematicam nôrit, Astrologiam
Medicinam, Anatomiam, Physiognomi-
& ipsam (si Deo placet) Alchymiam: a
erubescit earum rerum ostentare notiti-
quas majore cum laude & opinione relig-
sitatis se nè intelligere quidem ostendat.

*3. Studium inordinatum.*

12. Inordinatum studium, minimè
firmum, dum quis hic illic sparsim alio-
legens, nusquam figit pedem: nec inspe-
ubinam effodiat, unde thesaurum eru-
Qui verò ejusmodi est, magnam utique fa-
temporis jacturam, nec debitam sibi comp-
rat suppellectilem.

*4. Defectus considerationis.*

13. Non observare diligentiùs, nec
meditari, quæ leguntur in Scripturis sacr-
Quo fit, ut plerique excidant, ac veluti n-
glecti pereant thesauri: idque, quod de-
tur, languidè ac jejunè dicatur.

*5. Mate-*

14. Lectione quidem percurrere Sa-

ctos Patres, sed exigua mentis applicatione, levique adhibito studio, ad eruendas materias, quæ postmodum futuræ sint usui. Atque hic longè falluntur, qui cùm aliquem sibi levem ac futilem conceptum efformârint, tum Sanctos Patres in eum solum finem evolvunt, ut reperiant quo sua commenta confirmare queant. Quasi verò utiliùs expeditiúsque non foret, ex ipsis augustissimis fontibus aquas haurire, quæ nullo postea negotio, quo potissimùm expediat, deriventur, sua ipsorum verba, tum auditorum pectora irrigaturæ.

*ria non ex ipsis fontibus hausta.*

15. Memoriæ ostentatio, quæ profectò magnopere quemvis dedecet in historiis etiam adducendis, rebúsque profanis; quibus nempe non nisi modicè ac scienter utendum, si quando gravitatis aliquid habeant, & ad virtutem exacuant; indè videlicet stimulos admovendo, quod vel ab ipsismet profanis auctoribus, virtutis quoque splendor nobis demonstretur. At illa ipsa ostentatio in sacris Scripturis, ac Sanctis Patribus, nec laudem habet ullam, neque utilitatem, si crebræ ac variæ, non inculcato sententiarum pondere, citationes adducantur. Hæ siquidem lectionibus conveniunt potiùs ad indicanda loca, unde doctrina erui possit atque confirmari, quàm sacris con-

*6. Ostentatio memoriæ.*

cionibus, quæ alium sibi finem proponu

*7. Conceptus vanus, & futilis.*

16. Perlegere quosdam è Sermonarii ùt vocant, qui temere plerumque Scriptu ris abutuntur; conceptúsque vanos ac fut les consectantur, qui quo plus habent nov tatis, longiúsque absunt ab humana cogit tione, tanto magis Concionatoribus ipsis dentur arridere, quasi exquisitam illam tionem attingere alius nequeat ullus. deóq; graviter his conceptibus & comm tis in errorem impelluntur nonnulli, u utiliùs in ejusmodi librorum, quàm in S ctorum Patrum lectione ponere tempor bitrentur: propterea quòd non perinde his, atque in illis talia commenta reper Atque in hoc quidem minimè fallun nam Sanctorum Patrum conceptus firm tem habent, medullam spiritûs, multâm ad permovendos oblectandósque animos ficacitatem: quin & ipsa per se cujusq Sancti auctoritas pretiosiores illos atq; co mendabiliores efficit.

*8. Affectatus dicendi modus.*

17. Affectatus dictionis ornatus. quo quidem gravissimè peccatur, non m do contrà quàm deceat oratorem Eccle sticum, sed etiam adversùs eam artem, qua profani Rhetores tradidêre; ùt liquet Aristotele, Cicerone, & aliis artis mag stris. Hic porrò innumeris pæne modis

rari contingit, crebra videlicet epithetorum usurpatione, tum adhibendis phrasibus poëticis, nimiúmque exquisitis; audacioribus item, atque frequentioribus metaphoris, longioribus circumscriptionibus earum rerum, quæ uno simplicíque vocabulo essent contentæ; multarum quoque rerum enumerationibus, veluti virtutum aut vitiorum, quæ recto deinde, nec non inverso iterum ordine repetantur: adhæc investigandis vocibus antiquis, obsoletis, recèns inventis, compositis, aut derivatis, usurpatis interdum (ùt de Italicis exemplum afferam) à Boccatio, vel poëtis, aliísve, qui linguæ gnari ac bene periti videri voluerunt. Et sunt, qui quo minus intelliguntur, eo majorem apud auditores admirationem se habere credant. His verò plerumque accidit, ut spectatoribus exhibeant alterius quasi panni vestem sericis aliquot particulis assutis: justo tamen Dei judicio, quod ipsa docet experientia, risui sint atque ludibrio apud eos, quibus lingua, aut nativa, aut probè cognita est. Ideò S. Augustinus, *In ipso*, inquit, *etiam sermone malit rebus placere, quàm verbis; nec Doctor verbis serviat, sed verba Doctori.* Ceterùm etsi referre non sit animus, quod Seneca, & alii graves dixêre Philosophi, de sermone philosophico, ple-

nóque dignitatis; prætermittere tamen non
possum, quod a Plutarcho notatum video
hanc scilicet exquisitam, & à communi u
abhorrentem verborum exornationem
que traductionem tenebras potius rebus
fundere, quàm splendorem afferre. Ait
quidem, interrogatum Melanthium de D
genis tragœdia quid sentiret, respondis
eam se non vidisse, propterea quòd ità v
bis obscurata involueretur, ut perspici n
posset. Hoc autem ideo adjecit, ut qu
antè dixerat, confirmaret: ornatius nemp
abundantiúsque dicendi genus auditor
animos adeò perstringere, ut ipsi rem,
de agitur, capere nequeant. Permulta
de eodem argumento disserit, & profer
empla, quæ percensere nihil attinet. S
quippe mihi erit caput hoc concludere
memorabili S. Hieronymi sententiâ, ill
modi Concionatores redarguentis in h
verba: *Jam enim & in Ecclesiis ista quæ*
*tur, omissáque Apostolicorum simplicitat*
*puritate verborum, quasi ad Athenæum, &*
*auditoria convenitur, ut plausus circumst*
*tium suscitentur, ut oratio Rhetorica arti*
*cata mendacio, quasi quædam meretrix*
*prodeat in publicum, non tam eruditura p*
*pulos, quàm favorem populi quæsitura; &*
*modum psalterii, & tibiæ dulcè canente, s*

Lib. 3. Com. ad Gal. in proœmio

*sus demulceat audientium, ut verè illud Prophetæ Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente Domino ad eum, Et factus es eis quasi vox citharæ suavè canentis, & bene compositæ: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.*

18. Ingerere velle nonnulla, sive ea quadrent, sive dedeceant, quæ aliàs ipsi legerint, & venusta putent aut curiosa. Id enim si temere fiat, nullo negotio à peritis deprehenditur, judicatúrque Prædicator curtam habere supellectilem, quia similia in medium proferat. *9. Ineptarum rerum rerum admixtio.*

19. Nihil sibi certò constituere, quod persuadere quis velit; neque rationes afferre, quibus id confirmet, amplificet, exaggeret, aut denique moveat audientes: sed id solum promere, quod de Euangelio, vel alia quapiam materia legerit, aut excogitârit. Idque adeò grave impedimentum est, ut nihil appositè dici, fructus percipi nullus possit. Errat enim, & frustrà vagatur, nihil habens certum quod petat oratio, & quò ictum dirigat: vacuíque abscedunt auditores, nihil domum reportantes, quod secum ipsi, ùt oporteret, meditentur, vel quo se permotos sentiant. *10. Incerti scopi præfixio.*

20. Huic impedimento affine est undecimum, quod ab eodem nonnumquam derivatur, non satìs ruminari, quæ dicenda *11. Multa cursim dicere.*

sunt; nec recte, ut ità dicam, secare, (
2. Tim. 2. 15. enim D. Paulus, *Rectè secantem verbum De* quo loco nostra versio legit, *Tractantem* non instare persuadendo, & inculcando, i tellectum convincendo, & affectum perm vendo: sed multa cursim dicere ad copia ostendendam, nè Concionator jejunus a pareat. Quasi verò insistere singulis, ubi opus, tum prolatis exemplis, & rationibu quæ ducantur à similibus, & dissimilibus conjunctis, & contrariis: argumentis ite conquisitis à majori ad minus, & contrà; utilitate, & necessitate, à delectatione, cilitate, & aliis generis ejusdem; tum et loco ac tempore Scripturis expendendis que dilatandis; quasi, inquam, hic ampl candi modus inopiam arguat potiùs qua ubertatem, & abundantiam. Certè hu doctrinæ præstantissimus extitit magister Joannes Chrysostomus.

12. *Vitia plausibilium Concionatorum imitari.*

21. Imitari, & exprimere velle inte dum etiam, quæ vitiosa sunt in nonnull Concionatoribus, quos alioquin plausus, auditorum frequentia celebris effecit: ne que enim res eadem cuivis ætati, naturæ, conditioni, aut ingenio convenit. Unde nec dicenda est eloquentia, ùt ait S. Augustinus, si personæ non congruit loquentis. Qui verò ejusmodi sunt, ii profectò ex insi-

pien-

pientium sermone se pendere demonstrant, dum judicium concionum ad vulgus & auditores deferunt. Quæ res multis obnoxia est incommodis, rectéque adversùs eam disserit ex professo D. Joannes Chrysostomus lib. 6. de Sacerdotio. Et certè mirum est fieri nos velle discipulos vulgi, quod nec arte, nec judicio, nec rerum delectu docere nos potest; imò quod nec sibi constat. Fit enim plerumque, ut à diversis diversa probentur, aut improbentur; idque unus respuat, quod alter admittit. Quòd si aliquando in una re plures conveniant, vix unquam id contingit in laudando spiritu, efficacia, rerum copia; sed potiùs in prædicanda facilitate dicendi, memoriæ felicitate, aut aliis similibus levioris momenti dotibus. Et tamen S. Gregorius Nazianzenus, S. Chrysostomus, & S. Augustinus affirmant, tum se populi approbationem consecutos, non cùm applauderetur, sed cùm animis concitatis, & collacrymantibus oculis à concione discederetur.

22. Monita non libenter audire, quasi non nisi ejus artis peritissimus de ea judicium ferre queat. Sed enim omnibus compertum est, alium etiam quàm picturæ magistrum posse in tabula, quæ hominis speciem pictam referat, deprehendere, si naso sit ob-

13. *Monita illibenter audire.*

obtorto, si limis oculis, si tumidis manibus, si imparibus denique pedibus. Pluris autem fieri debent, ac lubentiùs audiri quæ quis à Superioribus, vel Præfectis concionum, ceteríque alicujus auctoritatis monebitur. Qui porrò ejusmodi admonitionibus locum non dabit, hic certè nimiam sui confidentiam, rerúmque suarum opinionem arguet.

14. *Vitiis concionatoriis insenescere.*

23. Insenescere vitiis, quibus à primis annis quispiam assueverit, maximè si ob ea ipsa à sui similibus laudabatur; adjectis iis gratulationibus, quæ novum oratorem non numquam agunt præcipitem. Qua in re graviter errant Superiores & Præfecti, quibus ea incumbit cura; malúmque redditur insanabile, si dum juventutem excusandam animósque erigendos potiùs, quàm continendos arbitrantur, connivent in eo genere vitiorum, quæ non tam ætas minuere, quàm augere solet dissimulatio. Et sanè juvenibus animos addere, sed prudenter oportebit ea laudando, quæ recta, & in bona spe sunt posita; non tamen dissimulatis erroribus, ut scilicet meliores evadant: & dum per ætatem licet, ad perfectionem rectà contendant. Ideo consultissimum est, eosdem iterum post monitiones ad concionem evocare, ut numquid emendârint, appareat. Nam alio-

alioquin hærebunt vitia ; & inveterata, ùt ferè usuvenit, fient robustiora. Nos quidem viros doctos & graves novimus, eosdémque Concionatores, cùm à personis magna auctoritate, sibíque benevolis, fidenter admonerentur de via concionandi sua, respondere solitos, jam sibi integrum non esse emendari, tum quòd in veteri more consenuissent, tum nè post tot annorum concionesformam earum commutarent, præsertim cùm priorem illam populi mirarentur.

24. Non meditari, nec animo comprehendere, ac possidere res dicendas, adeò ut non tamquam alienæ referantur, sed veluti ejus propriæ, qui dicit ; quíque primùm sibi persuaserit, quod aliis persuasum velit. Nisi enim ex intimo animi sensu loquatur, atque ità loqui credatur, nihil promovebit. Eam ob rem, atque ut appositè dicat, oratione indiget, motúque animi, antequam suggestum ascendat. Unde S. Augustinus: *Ipsa*, inquit, *hora jam ut dicat accedens, prius quam exerat proferentem linguam, ad Deum levet animam sitientem, ut eructet, quod biberit ; vel quod impleverit, fundat.* Cap. 15.

15. *Dicenda non præmeditari.*

25. Prima Industria sit, Præcavere diligenter, nè in errores, seu impedimenta paullò ante enumerata incurratur. Ex eorum quippe declinatione intelligetur, quid è con-

*Duodecim Industria.*

1. *Dicta*

*impedimenta vitare.*

è contrario juvare nos queat. Dum enim illa quindecim capita percurrentur, multa procul dubio ſuccurrent adjumenta. Exempli cauſsâ, ſi impedimento eſt incauta librorum delectus; adjumento erit prudens electio. Si nocet inordinatum vagúmque ſtudium; proderit ordo atque conſtantia. Si obeſt lectio ſacrarum Scripturarum incon-ſiderata, ac meditationis expers; conducet conſiderationem ac meditationem adjungere: ad eumdémque modum in reliquis.

3. *Cap. de Induſtriis*

2. *Fervēter ad cor dicere.*

26. II. Induſtria, Conſiderare quæ extiterint; tum extra Societatem, tum etiam inter noſtros, qui litterarum ſtudio parvo exiguo, nec majori Rhetoricæ præſidio vel opinione doctrinæ fulti; at ſpiritu ferventes, & ad cor loquentes, facilia quædam & utilia proferentes, non modò in Indiis, remotíſque ac barbaris regionibus, ſed etiam in Europa, & præcipuis quidem civitatibus, non fructuosè tantùm, ſed etiam jucundè, cum approbatione & nominis celebritate auditi fuerint. Hæc porrò experientia demonſtrat, quo loco ſumma re conſiſtat.

3. *Scripturas attentè ruminare.*

27. III. Scripturas meditari attentiùs, varia obſervare loca, & inter ſe conferre: alter enim ſubinde locus ab altero declaratur, exornatur, vim & ſpiritum mutua-

tur;

tur; perlegendo ſcripta Sanctorum Patrum ſuper propoſito loco, ſupérque aliis, quæ ad eumdem ipſi locum afferunt; perpendendo quis ſenſus litteralis, (nam quæ hoc ſenſu nituntur ſuaſiones, plurimùm efficacitatis habere ſolent) quis ſit allegoricus, quis moralis, ſeu tropologicus, quis anagogicus. Et ex hoc multiplici ſenſu quis potiſſimùm, & quatenus ad rem faciat, quis prætermittendus, quis verbo ſolùm promendus, quis verò expendendus, atque ad perſuadendum dilatandus, citato auctore, qui locum appoſitè ad id, de quo agitur, exponat. Hic ſimul verſionum conſideranda varietas, adhibito contextu Hebræo, vel Græco; ſed vulgatæ editioni ſemper adhærendum, aliis verò utendum quatenus propoſiti loci proprietatem reddunt illuſtriorem, vel vim atque emphaſim augent. Exempli gratiâ, ubi noſtra verſio habet, Pſal. 17. *Diligam te Domine fortitudo mea*, in Hebræo fonte vocabulum eſt, quod ſignificet, *quaſi in viſceribus condere*, aut *ex intimo animo ſenſu amare*. Quod planum eſt, quanto vim & affectum majorem exprimat, quàm illud, *Diligam*. Et tamen ad vitandam oſtentationem, ejúſve ſuſpicionem, non multæ hujuſmodi ſignificationes diverſæ, ut quinque, aut ſex, ſed paucæ omnino proferendæ in medium. Ac

vi-

videndum, nè dum multæ afferuntur, eo dem tamen omnes recidant; aut minutatim nimis, quod in ſchola potiùs magiſtrum de cet, exponantur. Nam interdum magn ingeritur vocum ac notionum varietas, quæ ùt ad propoſitam quæſtionem haud magnopere facit, ità ſanè moleſta eſt; nec vitioſa minùs, quàm damnoſa.

*4. E multis certa ſeligere.*

28. IV. E pluribus rerum capitib duo, vel tria præcipua ſibi deligere, quib inſiſtat, quæve perſuadenda conſtituat; v luti eleemoſynam, orationem, frequenta uſum Sacramentorum: aut certè diſſuade da, veluti avaritiam, odium, ſenſualitat Hæc verò capita amplificare, exaggera inculcare ad perſuadendum oportebit, ad hibitis rationibus, quæ & intellectum co vincant, & affectum promoveant.

*5. Vitia perſequi, donec extirpentur.*

29. V. Vitium quoddam declinan quo peccatorum emendatio plurimùm im peditur. Id autem eſt, quod quidam Co cionatorum, ut reprehenſionem illigent co tis ſententiis, atque conceptibus; ſatis ha bent eos ſemel, iterúmve protuliſſe: nequ curant ſæpe ac variis modis vitiorum co ſtigationem inculcare, eadémque urgere, a tamdiu inſectari, mutatis tamen rationib ac ſtimulis, donec paullatim radicitus evel lantur. Qua in re vehemens fuit D. Joan

nes Chryſoſtomus; exempli cauſsâ adversùs Juramentum, luxum, auri & argenti profluentiam, ſenſualitatem, luxuriam, abuſum Sacramentorum, Communionis infrequentiam, & alia id genus multa.

30. VI. Cavere ſibi ab humano reſpectu, qui vitandæ offenſionis cauſsâ reprehenſionum libertatem ac fiduciam infringit. Quamquam videndum pariter, nè per ſpeciem libertatis ullo modo perſtringatur aut particularis quiſquam, aut ſtatus publicus, veluti Prælatus, aut Magiſtratus. Poſſunt enim ex circumſpectione, & prudenti conſideratione, quæ videbuntur peccata universè redargui, dilatâ correctione, quæ perſonam attingeret, uſque dum, ſi opus erit, privatim fiat. 6. *Reſpectus humanos cavere.*

31. VII. Non videtur laudanda eorum diligentia, qui concionem perſcribunt integram, atque ad verbum mandant memoriæ. Nam præterquam, quòd, ut populus probè intelligat ac percipiat quod dicitur, verſandum eſt, auctore S. Auguſtino, quod agitur multimoda varietate dicendi: quod in poteſtate non habent, qui præparata, & ad verbum memoriter retenta pronuntiant: certum eſt dici efficaciter eo modo, ac penitùs inſeri vix quidquam poſſe. Id verò ſi animadvertat auditor (quod proclive eſt) 7. *Verbis ſe non alligare.* Cap. 10.

tum certè illud tamquam ſerium, aut ex animo dictum, non habet, nec magni facit, A de quòd oratio artificiosè contexta & elab rata ſeipſam prodit ; ſempérque veren Concionator, nè ſi vel una periodus, aut e am particula memoriâ excidat, totum orationis contextus. Quæ res quantop dicendi vim retardet, credi vix poteſt. propterea tamen dicendum ex tempore, præmeditatis rebus, ac modo quo expon dæ ſunt.

*8. Lecta ad certa capita redigere.*

32. VIII. Juverit redigere ad com munes locos, atque ad certa rerum capita vocare quæcumque ſparſim leguntur, præſtò ſint, quotieſcumque inſtruere cio cionem, aut exornare quis volet.

*9. S. Joan: Chryſoſtomum imitari.*

33. IX. Præ ceteris Sanctis Doc ribus familiarem ſibi reddere S. Joannem Chryſoſtomum, qui non ſolùm res ipſas docet, verùm etiam rationem eaſdem tractandi, amplificandi, ac demum per dendi.

*10. Inſtructionẽ pro Concionatoribus legere.*

34. X. Accuratè obſervare Inſtruc nem, quam pro Concionatoribus perſcrip mus : nominatim vero §. 2. 3. 4. Credi etiam è re Juniorum fore, ſi quis inſigni cujuſpiam Sancti concionem in manus mat, quam patrio ſermone veluti ſuam primat. Sed hujus rei modum, ut ſit utr co

considerare sedulò debebit Superior, ac Præfectus concionum, atque ex Urbe fortasse aliquid aliquando specialim monebitur.

35. XI. P. Carolus Regius ad usum, & institutionem Concionatorum Societatis percommodum atque uberem, nostro jussu, librum conscripsit. P. item Mazarinus alium ejusdem argumenti tractatum brevissimum quidem, sed methodo & præclaris monitis commendabilem. Fuit uterque in munere concionandi apprime exercitatus. Quocirca faciendum, ut quæ ab utroque scripta sunt, ea diligenter à nostris atque utiliter perlegantur.

11. *Et P. Caroli Regii, & P. Mazarini scripta*

36. XII. Superiores denique in eam curam, ut in rem maximi momenti, studiosissimè incumbent, ut magna habeatur ratio studiorum, ac modi studendi, temporis item ac spiritûs. Ut aptus deligatur Præfectus concionum, ejúsque officii executio urgeatur. Seriæ adhibeantur monitiones ad emendationem, curiosíque ac leves, nisi emendent sese, removeantur. Enimvero nisi hæc diligentiùs curentur in posterum, suppetent quidem (ità potissimùm Divinâ opitulante gratiâ) non pauci, neque infructuosi Concionatores; sed non tam vi institutionis, quàm naturæ munere, aut applicatione animi, & spiritûs ardore, dum se quisq;

12. *Superioris in hoc negotio partes.*

per se promovere contendit. Ceterùm institutio magistra & dux accesserit, tum v rò & ad absolutionem, & ad numerum Con cionatorũ accessionem magnam fecerimu

Atque hæc sunt, quæ de proposito a gumento mihi occurrebant. Superes ea per suam Provinciam Reverentia Vest communicet, atque observanda curet di genter. Sic omnium precibus & sancti crificiis me commendo. Gratia Domini stri Jesu Christi cum omnibus vob Romæ 28. Maji, 1613.

RR. VV.

*Omnium in Domino*

CLAUDIUS AQUAVIVA

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXII.

R. P. N.

# MUTII VITELLESCHI

Præpositi Generalis VI.

Prima,

Ad Superiores Societatis JESU.

Anno 1617. 4. Jan.

*Monita quædam iis data.*

1. *LIcèt insufficientiam meam ad ferendum onus impositum cognoscerem manifestè per imperfectionẽ mentis* (neque enim aliunde opportunius huic Epistolæ initium facere me posse video, quàm ab hisce verbis, quibus ad sui magni Ordinis Provinciales conscriptas litteras exorsus est B. Bonaventura) *Congregationis tamen generalis, & altissimi Dei voluntate pertinaciter* Præfatio. Ep. de regor. Fratr.

*citer resistere æquum minimè erat. Eam rem sarcinæ gravi, & quasi importabili hum ros suppositi imbecilles, sperans de adjuto virtutis Omnipotentis, & confidens de adm niculo vestræ sollicitudinis in idipsum. Ne etsi sit impossibile homini quantumcumq; fo industrio, & experto totam tanti oneris sar nam suis humeris bajulare; si tamen divis partes, & humeris imposita diversorũ viri à quolibet portetur, non est quantumcum debili capiti desperandum.* Videns igitur n (quamvis maximè imparem, minimèqu commeritum) *speculatorem domui Israël de tum; nè sanguis animarum de manu mea quiratur, tamquam annuntiator veritat plicabo breviter pauca de multis, videnti nullatenus reticenda.*

*Sibimet ipsi quisque invigilet.*

2. Et verò primum ac princeps, qu commendem illud est, seriò sibi, & ante mnes invigilent: intelligant suæ semetipsi in primis curæ à Deo esse concreditos: re putent unicuique à Domino præclarum i lud Eucherii monitum in dies, horásq singulas identidem instillari: *Commendo a mo tuo curam animæ tuæ.* Nimirum hoc spe ctare, ità apud se decernere quisque debe ret, talem ego, Deo favente, me præsta dum suscipio, quales eos esse, qui mihi p rent, optârim; statuens munera in Societ

Epist. Præn.

te, neque ad captandam quietem demandari, neque ad perfectionis, quoad satis sit, adeptæ contestationem, verùm ad majores, quàm unquam antea, exorbendos labores, tolerandásque perpessiones; ad obligationem denique imponendam, quæ omnibus in virtutibus ad celsiorem perfectionis gradum citatiore cogat cursu contendere. Itaq; transferre ad nos possumus, quod S. Gregorius ait: *Nomen nos Pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepisse cognoscite. Exhibeamus ergo in opere, quod signamur in nomine.* Sint igitur in sancta precatione quàm exquisitissimi, in excussionibus conscientiæ, ceteráque rerum omnium spiritualium tractatione: quo in ludo germanam illam piè paternéque regendi rationem, quam Institutum nostrum deposcit, haurimus. Denique meminerint eos, qui alios antè purgant, quàm ipsi purgati fuerint, à S. Gregorio Nazianzeno, tamquam minimè idoneos, à gubernatione repelli.

Lib. 4. epist. 59.

Orat. 21. sive de laudibus Athan.

3. Alterum, quod omni animi contentione atque operâ in CHRISTI JESU sanguine commendatum cupio, Regularum nostrarum in universum custodiâ continetur, Religiosæque vitæ disciplinâ, qua ceteris ipsi præluceant. Utì igitur dignitate sunt & loco principes, ità omni studio alla-

*Superior Regulas observet.*

borent, ut exemplar, ut forma sint omnib
in victu, vestitúque, in tota ratione cubic
li, quod Regulâ Rectoris secundâ præcip
tur ; dum legitimis temporibus precat
nem obeunt, conscientiam excutiunt, o
bitum se conferunt, surgunt : quæ om
(credite) præstare si quis velit, omnino
let. Illud verò apud omnes fixum cons
tutúmque sit, nisi exemplo præiverint, n
privatis monitis, non cohortationibus p
blicis, sive in subjectorum commodum,
ve in Societatis obsequium quidquam ad
modum se promoturos. Quin imò suarum
sibi culparum consci alienas objurgare
nimè audebunt : quod si audeant, risui
contemptui erunt, stomachúmque mov
bunt potiùs, quàm ardens corrigendi
riò vitæ studium inflamment. Quare, qu

Orat. 21. sive de laudibus Athan. S. Gregorius Nazianzenus habet, *duorum alterum peccant, vel quia veniâ ipsi opus habent, ultra modum aliis ignoscentes, ut sic vitium non modo non reprimatur, sed etiam doceatur; vel quia imperii acerbitate sua vitia dissimulant, ut non mores dignitati, sed dignitas moribus fidem astruat, ordine admodum præposterо.* Verissimum est illud Tertulliani

Lib. de patient. *Dicta factis deficientibus erubescunt. Non confundant,* Hieronymus inquit, *opera tua sermonem tuum,* nè, cum loqueris, tacitus quis

Ep. 2. ad Nepot. libe

libet reſpondeat, *Cur ergo hæc, quæ dicis, ipſe non facis?* Et alio in loco: *Erubeſcit quamvis præclara doctrina, quam propria reprehendit conſcientia.* Et ſanè, quo demum pacto ad commoditatum vitæ contemptum cohortabitur is, qui omni obſequio, & indulgentiâ corpori obſecundat; ad patientiam, qui minimis quibuſque rebus commovetur; ad humilitatem, qui delicatum ſe, ſuæque peramantem exiſtimationis oſtendit? *Et oves meæ*, apud Ezechielem Deus inquit, *his, quæ conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur; & , quæ pedes veſtri turbaverant , hæc bibebant. Sollicita ſemper conſideratione penſandum eſt*, Gregorius Magnus ait, *nè qui præſunt exempla mali operis ſubjectis præbeant, eorúmque vitam ſuæ gladio pravitatis extinguant. Conculcata, & turbata pedibus oves paſcuntur, & bibunt, cùm ſubjecti ea ad exemplum vivendi appetunt , quæ Prælati quique pravo opere pervertunt.* Idem præterea beatus vir verba illa primi Regum libri ediſſerens , *Erat autem bellum potens adversùs Philiſtæos omnibus diebus Saul*, expendit quidnam ſit dimicare in die ſuo, in die alieno, & in omnibus diebus, aítque: *Quod bellum Doctoris eſt aliud, quàm quod lingua conficitur? In die autẽ ſuo pugnat, qui verba prædicationis ex propria trahit luce virtutis: in die verò alieno*

Epiſt. 16. ad Princ.

Ezech. 34. 19.

Lib. 22. Moral. c. ult.

1. Reg. 14. 52.

Lib. 5. c. ult. in 1. Reg.

*pugnare vult, qui contraire reprobis spiritib*
*satagit non loquendo, quæ agit, sed prædica*
*do, quæ novit: sed omnibus diebus pugnat, q*
*multa alios docet, sed nihil docendo profer*
*nisi quod priùs fulget opere: omnibus dieb*
*pugnat, quia omnia præcepta Dei ostendit*
*luce operis, quæ subsequendo vult pandere*
*lucem prædicationis. Meritò itaque bellu*
*potens dicitur, in quo cum omnimoda virt*
*tum, vel operum luce pugnatur.* Ex quo
ut quamvis bellum istud, quod à Moderato
ribus, docendo inflammandóque, adversùs
ignorationem teporémque geritur, uti Sa
ctus hic perhibet, ad linguam pertineat, pro
ximam sibi tamen pugnæ victoriæque p
tem dextra vindicet.

*Verbis ejus facta respondeant.*

4. Quocirca egregiè hanc in rem N
zianzenus, *Cur*, inquit, *manibus vinctis*
*guam armamus? Nec enim, in sermone sapie*
*est*, idem alibi ait, *hic mihi sapiens est; sed*
*qui pauca de virtutibus quidem verba fa*
*ceterùm per ea quæ agit, multa demonstra*
*ac fidem & auctoritatem sermoni suo per*
*tam conciliat. Præstantior meo quidem*
*cio est pulcritudo ea, quæ oculis cernitur, q*
*quæ sermone pingitur; & sapientia, quæ*
*opera demonstratur, quàm quæ sermone*
*atque splendescit.* Me porrò non excitat
tùm, sed etiam concutit atque tremefacit

Orat. 33. sive 1. de Theol.

Orat. 15. sive in plag. grādin.

la Gregorii Pontificis ſententia, qui de femina illa diſputans, quæ natum, quem vigilans lactârat, dormiens oppreſſerat, in hunc modum diſſerit: *Magiſtri vigilantes quidem ſcientiâ, ſed vitâ dormientes, auditores ſuos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt, per ſomnum torporis occidunt; & negligendo opprimunt, quos alere verborum lactè videbantur.* In ſumma ſi proficere quidquam cupimus, quod Jovium S. Paulinus monet, præſtemus neceſſe eſt: *Non tam linguâ, quàm vitâ eruditus; non tam diſſeras magna, quam facias.* Et verò permultum intereſt, an via perdifficili atque periculoſa verbis quemquam dirigas, an manu prehenſum deducas; neque ſubjectorum rapit atque conciliat animos Moderatoris oratio duris in rebus, tenoréque diſciplinæ præire jubentis, ſed hortantis ſubſequi: & exploratiſſimum eſt rectis exemplis curationem adhiberi multis partibus ſalutarem magis, & minùs cruentam. Equidem novi ſubjectos repetere memoriâ debere illud Chriſti: *Omnia quæ dixerint vobis ſervate & facite, ſecundùm autem opera eorum nolite facere*: magnúmque illud Eucherii documentum eſſe oppidò neceſſarium: *Obſecro te, delictum alienum (vel in ipſis moderatoribus deprehenſum) ſemper ùt opprobrium reſpice, num-*

21. Mor. c. 8.

3. Reg. 3.

Matt. 23. 3.

Epiſt. Parænet.

*numquam ùt exemplum.* Nihilominus tamen (quæ noſtra infelix conditio eſt) nimis quidem apertè experientia indicat, Cheræmonis Abbatis apud Caſſianum pronuntiatum illud eſſe planè veriſſimum : *Numquam erit efficax inſtituentis auctoritas, niſi eam effectus operis ſui cordi affixerit audientis.* De S. Athanaſio Nazianzenus hæc habet : *Ita comparans, ut neque ſermone propter mores abunde ad inſtitutionem ſufficientes magnopere opus haberet*, &c. Idémque de Baſilio loquens, *Sermone*, inquit, *ad animarum curationem haud multis indigens.* Quæris quamobrem ? quia opere quàm plurima perficiens. At cur, quod de eodem ille narrat, *nitruum erat oratio ? quia vita fulgur.* Dictius fortaſſe, quàm par erat, hoc in caput hæſi, quòd hic, pæne dixi, omnia verticeſcam, & arbitrer illud B. Joannis poſſe huc meritò detorquere, *Si ſolum fiat, ſufficit.* Qui communis vitæ normam ferre non poſſunt, ii, ut ceteris præſint, idonei ferè non ſunt. Sanè B. Bernardus veriſſimè ille quidem, ſed ut ad nimiam quamdam exaggerationem deflectere videatur, vel cùm neceſſitas ipſa ad remiſſionem aliquam atque relaxationem cogit, magnum indè Ordini religioſos detrimentum accipere profitetur. *Eſtque noſtri Inſtituti detrimentum, ſi cog-*

Coll. 11. c. 4.

Orat. 21. ſive de laudibus Athan.

Orat. 20. ſive de laud. Baſil.

*infirmitas rigoris priſtini aliquid relaxari.* Quòd ſi in iis qui parent id uſuvenit, quanto magìs in iis qui imperant obtinebit; cùm præſertim ad aperiendum vitæ commoditatibus, corporíſque appetitionibus aditum neceſſitatis nomen perniciſſimè advolet, in iis nominatim, qui, quòd ceteris præſint, facultate ad iſta,& quaſi clavi potiuntur? Eam ob cauſſam opto, ut in præficiendorum nominationibus hoc ſpeciatim,an ſcilicet communem vitæ rationem ſequi valeant, tamquam ſummi rem momenti, diſpiciant Provinciales. S. Carolus Borromæus Præſuli monenti per litteras, nè ſe aſperâ adeò pœnitentiâ mactaret,reſcripſit appoſitè; Oportere, ut exemplo ſuo Paſtor amaritiem pœnitentiæ edulcet & molliat. Eadem igitur & ipſe ratione perneceſſarium planè eſſe prædico, ut Moderator forma factus gregis ex animo, quidquid in religioſæ diſciplinæ ſeveritate auſteri ineſt & acerbi, exemplo leniat; & veluti iſto pharmaco præguſtato horrorem ex ſubjectorum animis pavorémque depellat, quem parere ea ſollicitudo conſuevit, nè amarum admodum ſit atque injucundum.

*Inſtituti, & Ordinationum*

§. Tertium eſt, ut noſtri ſancti Inſtituti peritos crebra Conſtitutionum, Ordinationúmque,quas vocamus,lectione ſe reddant;

*notitiam habeat.*

dant; eæ ut ſerventur potiùs, quàm ut nova condantur, ſtrenuè unâ & ſuaviter curent non eas ad ſuam gubernandi rationem, ſenſúmque detorqueant, adminiſtrationem potiùs ſuam ad illas dirigant: nè súſque déque omnia miſcendi, eximendíque identidem, ſeu nullâ, ſeu perlevi certè cauſsâ, Regulis atque Ordinationibus liberam adeò ſibi licentiam arrogent; memores grave nimis fore piaculum, ſi quis ex diſciplinæ, Regulárúmque jactura compendium ſibi *benevolentiæ* venaretur. Deniq; hoc ipſum Apoſtolicum planè inſtitutum ſubjecti ut adament, quàm impenſiſſimè poterunt, enitantur.

*Conſultationes inſtituat.*

6. Hunc in finem & verbis & re ipſa ſignificent pergratum ſibi, pérque jucundum eſſe, ſi à ſuis Moderatoribus dirigantur, lucem opémque ſubjecti afferant, præcipuè Conſultores. Hinc fiet, ut omnes intelligant nequaquam illos grave ferre, ſi ad Moderatores de eorum adminiſtratione referatur, perſcribatúrve. Et verò contraria agendi ratio de eorum virtutis, ſinceræque mentis opinione detraheret ſanè quàm multum: locúmque ſuſpicioni faceret, non unicam Dei gloriam, bonúmque Societatis, ſed proprium neſcio quem guſtum atque exiſtimationem eo illos in munere habere propoſitam

sitam. Ità præterea qua par est diligentiâ, consultationes suas temporì habebunt. Et sanè non possum non demirari, quî fiat, ut cùm hoc præsidium tam enixè commendatum, adeò facile, tantæ sit ad faciendum omnibus satìs, rectéque progrediendum efficacitatis, omnium nihilominus Provinciarum concors ferè conquestio sit, infrequenter Moderatores cum Consultoribus agere; consultationes esse multò rarissimas, eas in primis, quæ ad res sancti Instituti nostri pertinent, quæ tanti sunt tamen ponderis. Erga hoc ipsum Institutum, quemadmodum paullò ante monui, ut in subjectorum cordibus vigeat perpetuò amor, elaborent, curâ adhibitâ, ut sancta illa animi æquitas, voluntatisque absoluta abdicatio, ad quam in Probationum Domibus informantur, quæque ejus pacis est parens, quæ exuperat omnem sensum, in iisdem & servetur & augeatur. Denique sollicitè curent, nè qui cum adolescentibus nostris versantur, quidquam agant dicántve, quod amorem, observantiam, existimationem Societatis, omniúmque ejusdem celsissimi Instituti partium ulla queat ex parte, sive restinguere, sive imminuere, aut quavis ratione severitatis disciplinæque religiosæ spiritum relaxare.

7. Quar-

*Subditorum spirituali profectui incumbat.*

7. Quartum est, ut in spiritualem sub-
jectorum profectum toto pectore incum-
bant; illos, utì filios Deo carissimos, ab ea-
dem Præsidum custodiæ unicè commend-
tos, intueantur: eorum sive animi, sive cor-
poris necessitates antevertant, ingenti cari-
te, quæ ad omnes indiscriminatim pertinea
absque personarum acceptione, sinè pond-
re & pondere; ità ut neque genii natu-
que consensione, neque cognationis nec-
situdine, neque patriæ communione, no-
ullo denique humano respectu rapi le sinant
ut filiorum Dei in ejusdem domo conditio-
nem disparem faciant. Sanè tragœdiarum
recordatio, quas Jacob familia spectavit ob
amoris præcipui significationes, quibus Jo-
sephum virtute atque pro meritis cetcris li-
beris adeò præstantem Beatus ille Patriar-
cha prosequebatur, satìs apud nos esse debe-
ret, ut nobis sedulò, continentérque cave-
remus: versaretúrque perpetuò ob oculos
caritas, quæ ad omnes, utì ajebam, genera-
tim sese protendat; sítque (quod præterea
necesse est) ejusmodi, ut nemini compera
non sit, nemo non certò reputet in Præsidi-
tum re ipsa, tum verbis, interiùs exterius
que promptam illam sibi semper atque ab
erem ad manum præstò futuram. Uno ver-
bo studeant omnibus omnia fieri in viscer-
bus

bus, & dilectione JESU CHRISTI; inducántque in animum fore, ut ſuper ſubjectorum, etiam non perfectiſſimorum, caput hac ratione carbones congerant, iiſque demum pro arbitrio utantur. Denique ut quiſque maximè opis indiget, ejus ſive animo ſive corpori, præcipua quadam ſollicitudine atque cura proſpiciant. Totum hoc vigeſima quinta Rectoris Regula edicitur: *Crebrò & magna caritatis ſignificatione alloquatur ſubditos, eorúmque neceſſitatibus non corporis tantùm, ſed multò etiam magis animæ paterno affectu proſpiciat. Si quem verò intelligat aliqua tentatione pulſari, præſertim gravi, ejus peculiarem curam & ſollicitudinem per ſe, ſed etiam ſi neceſſe fuerit, per alios gerat: nec remedium longiùs differendo difficiliorem morbi curationem reddat.* Proh quantum in hac regula, Patres amantiſſimi, momentum eſt, adeò ut ſi hanc unam, qui præſunt, accuratè ſervandam ſibi ſuſciperent, feliciſſimè cuncta progrederentur! Hæc fiduciæ illi, qua filii cum parentibus agere conſueverunt, aditum aperit; quæ ſi deſit, ratio gubernationis in Societate alia jam eſt: hac caritas viam ſibi munit, & rationem excogitat, qua omnium ſive neceſſitatem, ſive indigentiam prævertat & ſublevet. Quam acrem mihi cupiditatem injicit Deus, ut mo-

rem illum priſtinum repetant univerſi, cùm quod ego ſciam, nemo certum cubiculum veſtem aliam, munus illud, quidquam der que ſibi poſcebat, quòd ità ſe præventos, ſibi proſpectum omnes ſentirent, ut vel hil admodum opus haberent, vel cani Moderatorum & ſollicitudine attonitos, nimo quidpiam agitare, nedum petere, deret!

*Curam ægrotorum habeat.*

8. Ægrotos in primis facere *non p* ſum, quin ex omnibus cordis *mei viſce* bus Moderatorum ſedulitati commende Sollicitum enim me habet caritatis atqu ſollicitudinis Beati Patris Ignatii recom datio, qui inter tot tantáſque occupation eam ægrotorum curam gerebat, ut haud ſci am, an majorem impendere bene ſedulus va letudinarii adminiſter, aut amantiſſima ma ter queat. Nè quæſo, per Domini cari tem, præclaram adeò atque amplam hered tatem per incuriam atque oſcitantiam no effluere patiamur. Conſtituantur igitu omnibus, ſi quæ obſtant, perruptis, com moda valetudinaria. Curatores eorumd intelligentes parentur: quæ medici pr ſcripſerint, ſerventur quàm accuratè: de que, ut meum uno verbo ſenſum & vot exponam, curetur, ut non Moderator t tum magnæque quiſpiam auctoritatis Pat

co

cùm æger decumbit, sed frater, & tiro quilibet, quivis demum è Societate ægrotus, neque ad domesticas delicias, neque ad maternam industriam, & providentiam memoria referatur; quod illud ipsum est, quod de Ægypti monasteriis memorat B. Hieronymus in hæc verba: *Si quis cœperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto senum ministerio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quærat affectum.* Ad Eustoch. de custodia virgin.

9. Post ægrotos revoco in mentem hospites & peregrinos; erga quos nollem aurum illud purissimum caritatis, quæ in Societate claruit, sensim infuscaretur; mósque ille in caritatis Apostolicæ sinu ortus exolesceret, iis, qui peregre adveniunt, pedes lavandi, omni amoris voluntarísque adjecta significatione, ut suo in Collegio Domóve se degere sentiant: quo in genere, quæ peccari feruntur, nimio sanè rubore perfundunt. *Et Peregrinorũ.*

10. Postremò, quod ad nostrorum curam, & religiosæ disciplinæ custodiam pertinet, inter plurima, quæ possem, hæc pauca exponere, atque impensè commendare satìs habeo. Principio in nostrorum Seminariis viri verè spirituales, atque incorruptis moribus ad docendũ seligantur; qui ad magnos non minùs in doctrina litterísque, quàm in virtutibus processus habendos, rectis & *Bonos Præceptores, deligat.*

exemplis & monitis juvent auditores suo
Omnino, quibus præceptoribus utemur,
Collegia habebimus. Hac igitur in re
biles immotíque persistant Moderatores
non suis propensionibus, non aliorum com
mendationibus locum tribuant: sed op
mos coram Domino deligant. Quod si qu
non nimis utilis deprehenderetur, qua op
est quidem prudentiâ, magna tamen
tudine atque animo, antequam incipiat
esse, submoveant.

*Subditos à cognatorum affectu avellat.*

11. Deinde subjectos à nimio erga con
sanguineos affectu divellant; planéque
tuant graviorem, quàm aspectu primo vid
tur, hunc morbum esse. Quoniam verò
ipsa de re communibus in litteris nonnulla
perstrinxi, tantùm addo, Provinciales
Regulis admoneri, inter capita, de quibus
sedulò in Visitationibus est inquirendum
Cap. 15. unum hoc esse: *An aliquis domi nimiùm affectus videatur ad consanguineos.*

*In colligendis eleemosynis non sit importunus.*

12. Tertiò intelligant importuni
aliquorum in corrogandis eleemosynis ac
nimietate Dei obsequium maximopere
terpellari, nostrásque functiones quàm
spicatissimas reddi; ut si Societatis mun
una, quod ajunt, manu sæculares allicium
centenis hæc immoderatio manibus eos
amandet atque propellat.

13. Qu

13. Quartò nonnullorum ex Societate sententiæ, in rebus præsertim ad mores spectantibus, plus nimio liberæ, non modò periculum est nè ipsam evertant, sed nè Ecclesiæ etiam Dei universæ insignia afferant detrimenta. Omni itaque studio perficiant, ut qui docent, scribúntve, minimè hac regulâ & normâ in delectu sententiarum utantur: *Tueri quis potest; Probabilis est; Auctore non caret*: verùm ad eas sententias accedant, quæ tutiores, quæ graviorum majorísq; nominis Doctorum suffragiis sunt frequentatæ, quæ bonis moribus conducunt magis, quæ denique pietatem alere, & prodesse queunt, non vastare, non perdere. Quoniam verò Constitutiones, Decreta, Regulas, probè callent, de S. Thoma sequendo, de non provehendis ad cathedras, aut etiam removendis, qui ejusmodi doctrinam parvi facere, aut cordi non habere præ se ferunt, præsertim si novitatum amantes deprehendantur, qui nulla sunt ratione ferendi, reliquum mihi præterea nihil est, nisi, ut hæc ipsa serventur, maximi rem momenti quàm ardentissimè possum urgere.

*Curet, ut sententiæ tutiores doceantur.*

14. Quintò sedulò subjectorum linguis invigilent, ut qua decet reverentiâ atq; observantiâ, de Præsulibus, optimatibus, religiosis, omnibus deniq; loquantur; nè quid-

*Sit cautus in loquendo.*

quid domi geritur sæcularibus in aures infi
surrent, nec magno illorum profectu, ne
maxima Societatis existimatione; nè tu
multæ nullius necessitatis, aut utilitatis ep
stolæ, neque, sive res ipsas, sive rationem e
quendi spectes, pro more satis religiosæ se
bantur. Quoniam verò de loquendi licen
conquestus sum, meúmque communi in e
stola sensum exposui, non agam pluri
illud tantùm adjicio, tacere me non pos
quin vehementer admirer, quî fiat, ut, cu
adeò frequenter nostris in triclinijs pœna
pro noxis in leges admissis infligantur, ha
una culpa (quæ tamen è gravioribus es
tissimè patet, crebrò contrahitur) aut min
quam, aut rarò plectatur.

*Quemvis pro talentis suis occupet.*

15. Sextò omni ope atque operâ con-
tendant, ut cunctos, pro singulorum viri
dotibúsque, satis fructuoséq; habeant occu
patos: neminem ad otium vel quietem a
rare permittant. In primis verò, si quem,
se religionis subducat oneribus, majori lice
tiâ, minúsq; Moderatoribus obnoxius viv
in aulas, & optimatũ clientelas inserere se
inferre animadverterent, maturè occurra
neque dum incomoda & corruptelæ inc
scant, virésq; sumant, præstolentur; sed s
ipsa initia celeritate omni, fortitudine, ind
striâ utantur; neque hac in re modicum a
quid esse aut leve interpretentur.

16. Ad extremum ſint, ubi res exigit, arcani quàm maximè tenaces; eorum in primis omnium, quæ in reddenda ratione conſcientiæ inter ipſos ſubjectóſq; intercedunt, quæque ipſis veluti patribus deteguntur; atque intelligant hanc eſſe gubernationis totius in Societate veluti clavim. Quod ſi quis hoc in genere peccaret, næ ille à munere, quod ſuſtinet, ſemovendus foret. In ſumma obſervetur perpetuò ob oculos filiorum ſe Deo cariſſimorum, utì ajebam, curam gerere, quorum ſeveriſſimam idem rationem exiget, & ſanguinem animarum ipſorum pretioſiſſimo ſanguine dilectiſſimi Filii ſui redemptarum reſperſarúmque, de manu noſtra requiret. Moneo ad hæc e re Divini obſequii viſum fore, ſi facultates quælibet, quavis ratione, cuivis à Generalibus etiam tributæ revocarentur, utì omnes omnium his litteris revoco; quod ipſum in ſingulis Provinciarum ſuarum domiciliis Provinciales denuntiari curabunt. Gratia Domini Jesu Christi ſit vobiſcum. Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Romæ 4. Januarii, 1617.

*Sit arcani tenax; præſertim in ratione conſcientiæ accepti.*

*Omnium Servus in Chriſto*
MUTIUS VITELLESCUS.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXIII.

R. P. N.

# MUTII VITELLESCHI

Præpositi Generalis VI.

Secunda,

Ad Patres & Fratres Societatis JESU.

Anno 1617. 11. Januarii.

## *De Modestia, Oratione, & variis ex illa Virtutibus in Societatis fructum, & perfectionem provenientibus.*

*Societas debet esse absq; macula, & ruga.*

1. QUemadmodum ex ea ipsa hora qua Domino visum grave hujus muneris onus, quod annum jam eóque ampliùs, immeritus gero, imponere imbecillitati meæ, singulari in ejusdem occ lis sensu Societatem universam comprehen sam in cor atque conclusam, quàm dulciss

mè valui, Patréſque meos omnes & Fratres arctiſſimè ſum amplexatus; ità præſtitiſſem idem per litteras ſanè quàm libentiſſimè, corámque adhuc, ſi licuiſſet, multò libentiùs. Verùm multitudo magnitudóque hactenus occupationum fructum hunc mihi abſtulit ſuaviſſimæ jucunditatis. Nunc quoniam (ſi ità fas eſt dicere) induciarum nonnihil illæ tribuunt & laxamenti, facere nulla ratione poſſum, quin omnes, in Dei caritate, amantiſſimè complectar & conſalutem; arreptáque opportunitate deſideria communicem, quibus pro ſua me clementia exſtimulat Deus; ut recenti nimirum animorum ardore amoréque in noſtrum Ordinem intimo atque veriſſimo, cum Bernardo clamemus, motibus magìs, quàm vocibus: *Domine dilexi decorem domus tuæ*; magnanimóque conſilio quod in ſe eſt, unuſquiſque det operam, ut caſtiſſimis ejuſdé oculis non habentem, quoad licet, maculam, neque rugam, minima hæc ſe exhibere Societas queat. Quamvìs enim probè nôrim, quæ Dei eſt indulgentia, vigere in Societatis quaſi corpore illum, quo initio animata eſt, etiamnum ſpiritum; planéque perſpiciam non ſuperſtitem modo, ſed robuſtum eſſe præterea & vividum; tamen, quod quiſque diligit, perfectum omnibus numeris optat & abſo-

Pſal. 25. 8.

lutum; neque insignia tantummodo vitia si
tis habet si detrahat, sed leves pro virili et
am nævos conatur abradere; neque in eo la
borat uno, ut corpori universo, seu vultui
partibúsque principibus ceteris faciat medi
cinam, sed omnes sedulò diligentérque
quamvis ignobiles, curat; ut, quod mod
dicebam, existat neque maculam habens
neque rugam: quo uno impellor ad hæc
perscribendam epistolam desiderio. *In qua*
quod familiæ suæ inclytæ consimili in lo
co scripsit B. Bonaventura, neque proposi-
tum mihi est, *nova statuere, nec vincula su-*
*perinducere, nec onera gravia alligare, & im-*
*ponere*; verùm, ut ejusdem pergam verbis
uti, *caritatis vestræ zelum, quantum possum,*
*excitare*, pauca de multis, decretis jam ut-
que sancitis, ex quibus Societatis, ni fallor,
salus & incrementum pendet, exponere;
déque iis omnes *sollicitos reddere*; quæ, si,
quod Deus avertat, fortè negligerentur,
brevì, ùt idem ait, *Sanctæ Religionis splendo-*
*rem præfulgidum in pallorem degenerare, sa-*
*ctitatis sordescere pulcritudinem, bonæ opinio-*
*nis odorem computrescere* cerneremus. Sanc-
utì Constitutionum nostrarum â majoribus
observata *perfectio hactenus spectabiles & a-*
*mabiles nos mundo reddidit, omníque favore*
*ac reverentiâ dignos*; ità, si ab iisdem decre-
ra-

Epist. ad Provinc. de refor. Frat. Ep. de vitan. discursib. 8.

raremus, non ingrati tantùm & inutiles rederemur, sed, quæ sunt Generalis ejusdem sanctissimi verba, *despicabiles onerosique, verteretúrque in scandalum, quod cunctis esse debuerat in exemplum.* Verùm committendum nequaquam videtur, ut intrò in domum pedem ante inferamus, quàm sistamus tantisper gradum; unóq; quasi oculorum flexu, externam, ut ità loquar, faciem perlustremus. Bona nimirum domus, ut hanc in rem aptissime Ambrosius, ex ipso vestibulo debet agnosci. Lib. 2. de Virginib.

2. Dolet ac queritur vulgo Societas de nostra sanè quàm multum imminutum esse modestia. Opto itaque vehementissimè, relegant omnes, perpendántque seriò, quæ Beato Fundatori tanti stetêre, modestiæ Regulas. Nemo hanc reponat in minimis: fixum quin imò apud omnes constitutúmq; sit, eam nostri, qui intus est, hominis speciem sæculares viros animo conformaturos, quam exterius nobis impressam animadvertent. Nimirum elinguis licet & muta modestia, silentium, cujus meminit Nazianzenus, illud est sermone præstantius, atque ad homines permovendos flectendósq; copiosa quavis disputatione longè valentius. Usu quidem ipso compertum est, Fratrum nostrorum, sive in gymnasiis, sive per compi- *Commendatur modestia.*

Orat. 12. sive 1. de pace.

ta,

ta, conſpectâ modeſtiâ, ad Societatem ben multos animum adjeciſſe; atque ego prof teri de me ſancte veréque poſſum, tantu ex eo me ſpectaculo, cùm adhuc verſarer ſæculo, fructum capere ſolitum, ut cùm Romanum Collegium concionis, lectioni que ſacræ gratiâ è Profeſſa Domo unà o mnes bini repeterent, ejus frui conſpect pompæ enixè contenderem. In ſumm quod ait Hieronymus, *licèt ſermone tacu mus, habitu loquamur & geſtu.* Et quoniam optimam veluti matrem, Societatem ab o. mnibus unicè diligi exploratum mihi per- ſpectúmque eſt, nullâ caput hoc inculcat ratione vehementiùs à me arbitror poſſe, quàm ſi monuero reputandum unicuiq; ani- mo eſſe, totam ſe Societatis exiſtimationem dignitatémque in ore, externáque conſor- matione corporis circumferre.

Lib. 2. contra Jovin.

*Item, quæ nos DEO conjun- gunt.*

3. Succedamus, ut ità loquar, nunc intrò in domum. Et verò ad interiora ſanc tecta ſervanda, ex quibus coloremi ſpeciém- que ducunt externa, ſtudioſiſſimè ſe nobis inprimis per ſeſe commendant, quæ ad il- lam, quæ Deum inter nóſque intercedit, conſuetudinem pertinent univerſa; precá- tionéque continentur, excuſſione conſcien- tiæ, piorum lectione librorum, Sacramen- torum perceptione, Sacrificio Miſſæ (cujus lex,

lex, nè dimidiata minùs hora teneat, jam pæne dilapsa, eorum qui præsunt desidiam acriter reprehendit ) crebrô per ignita precum subinde jacula ad divinæ limen indulgentiæ perfugiô, re sanè extra modum perneceſsària iis atq; perutili, qui tam multis, ac nos, occupationibus distrahuntur & curis.

4. Eam ob rem postrema hæc Generalis Congregatio quædam primo & vigesimo decreto huc spectantia propriè constituit; nostérq; magnus Pater ille Franciscus Borgia usurpare consueverat, spem sibi in Domino esse, tribus maximè rebus servatum, auctúmque iri Societatem; orandi primum studio, tractationéque Sacramentorum; insectationibus deinde & tempestatibus; absolutâ denique, numerísque expletâ omnibus obedientiâ; suæque rationem sententiæ reddebat, quòd Deo nos primum illud jungeret necterétque; à sæculi inanitate alterum & amore divelleret; cum ducibus tertium nostris, nobísque invicem compactos coagmentatósq; nos una constringeret. Ad extremum pro harum exercitationum sanctarum modo procedunt cetera, iísque languentibus, flaccescant reliqua necesse erit. Egregiè Nazianzenus, ejus, quæ in contemplatione versatur, vitæ studiis, actuosæ negotia, quodam quasi annulo consignari, notá-

*Tribus conservatur Societas.*

1. *Orandi studio,* 2. *Adversitatibus.* 3. *Obedientiâ.*

táque alta impreſsâ inſigniri tradit. *Conta-*
Orat. 21. seu de laudibus Athanaſ. *platione*, de B. Athanaſio agens inquit, *tam obſignans*, ſive ùt habent Græca, *ſigi-vitæ utens*. Harum ope & vi exercitationu recaleſcent in nobis perfectionis noſtræ fi dia, per quæ primigenius Societatis ille ſp ritus revireſcet, quo ejus olim inſtincta boles ſæculo rebúſque omnibus, quas ipſo cúmque ipſo reliquerat, oblivione p petua obrutis, vitam agebat; nulla conſa guineorum planè recordatione, niſi cùm au commendandi per preces Deo, aut pius term peſtivè monitis ad æternam iis vitam ite commonſtrandum foret; caducorum ab cta negotiorum procuratione, cognatorum augendæ rei dignitatíſque omni curâ depo ſitâ. Quoniam autem vereor, nè caritatis ſpecie, affectus hic animi ſenſim irrepa per aſperſionem ſanguinis Jesu Christi universos obteſtor, omnino apud ſe ſtatuat magnam hinc Societati cladem afferri poſſ Quare pro mei ratione muneris, quàm pr ſum graviter moderatoribus, ſeveréque de nuntio, robuſtos hîc ſeſe maximè fortéſq præbeant; non conſanguineorum poſtul tionibus, non virorum commendationib principum, non ullo denique impulſu dimo veri adducíque ſe ſinant, ut ſuæ fidei cre creditos, aut forenſes moderandas contro

ve

versias, aut corrogandas præfecturas, aut concilianda conjugia patiantur in se recipere; nisi admodum fortè perrarò, re ipsa cogente, eáque cum ea, quam caritatis ordo, proximorúmque profectus exigit, temperatione. Denique sibi persuadeant statum hinc Societatis atque existimationem magna ex parte pendere.

5. Hac in eadem orandi palæstra, ad solidas perfectásq; virtutes, quibus ex Constitutionum præscripto nihil nobis esse debet antiquius, capessendas condocefacti nanciscemur præterea nervos ac vires; ad Obedientiam inprimis: qua de virtute sermonem instituere opus minimè foret, quod maximè proprium sit Societatis insigne, tutúmque navigium, (ità P. Borgia dictitabat,) quo Religiosi, procelloso hoc mari, ad tranquillum beatæ tendunt portum æternitatis; & numquam, seu somnum seu quietem capiant, intermisso cursu, diu noctúque felicissimè provehuntur. Satis est B.P.N. auream planè epistolam accuratè considerateque perlegere, obfirmatóque ad illam re ipsa præstandam animo, summisè quæ jubentur & alacriter exequi, nullis oblocutionibus, contumaciâ nullâ, nullis prætensis excusationibus; nostri liberum in omnes partes arbitrium Præfectis permittere, paribus omnino

*Commendatur obedientia.*

mnino ad omnia universè & munera & loc
momentis; quam certo ex loco munerè
tranquillitatem levaménq; nobis animo d
ſtinamus, à Deo nobis & præſtolari & ce
tiſſimò polliceri; beata illa, Ezechieli o
viſa, Cherubim æmulari, quibus extra
nas alas, quæ mobilitatis ad cuncta obſeq
officia, agilitatis, pernicitatíſque nos adm
nent; quatuor inerant præterea vultus,
bus ad quatuor pariter orbis terrarum
gas obvertebantur; atque ità non *quò pr*
prio ferebantur nutu, ſed quò Dei agebat
tur ſpiritu provolabant. Quin, quod inſu
per animadvertêre nonnulli, pedibus inſi
bant, aláſque aliò quaſi jam commigratu
vibrabant: quo indicarent ad juſſa parage
da divina numquam ſe promptos non tile &
expeditos; atque à Dei conſpectu conſuet
dinéque, qua cum illo arctiſſimâ utuntur
perfamiliari, explicari perpetuò alas cie
que, vel ad cælum etiam ipſum parendi
tiâ, ſi res poſceret, deſerendum.

*Lib. 10. Conf. c. 26. Et judicii cum judicio Superioris conformatio.*

6. Præclarè Auguſtinus: *Optimus m
niſter tuus eſt, Domine, qui non magis intue
hoc à te audire, quod ipſe voluerit; ſed potiu
hoc velle, quod à te audierit.* Qui ejuſmo
eſt, ſi quæ in contrariam fortè partem o
current momenta rationum, non ità exp
net, ut divinam voluntatem Præſidum inte

pretatione evolutam suæ videatur velle subjungere ; neque tantummodo Præfectum, sive etiam fortasse consilium, nequaquam damnatum volet, sed ex illius etiam sententia atque judicio formabit & finget suum. Neque verò generalium quarumdam facultatum, quoad fieri potest, extra non levem necessitatem amore ducamur ; minimarum potiùs etiam rerum caussâ, moderatoribus subjicere nos identidem gestiamus, in ejus gratiam, *qui purpuram suæ divinitatis cilicio nostræ mortalitatis operiens*, quod Beatus ait Bernardus, *factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis ; ut nos* (quemadmodum alio idem loco habet) *discentes veræ humilitatis formam, castigemus corda nostra in obedientia caritatis.* Et sanè uberibus dignissima lacrymis eorum esset cæcitas atque calamitas, qui omnem in hoc genere attactum morsiunculámque defugerent ; quódque nonnullo temporis spatio certo in loco, muneréve versati sint, jus sibi quæsitum aliquod esse opinarentur ; ex quo fieret, ut jussi à Præfecto decedere, rationem facti repeterent ; absque suæ id ignominiæ notâ peragi non posse jactarent ; denique in ejusmodi locorum, & munerum vicibus, legitimum quasi judicium constitui deposcerent. Jam isto maximè omnium

Serm. de S. And. tom. 2.

Serm. 2. S. And. tom. 1.

in genere robur ego animi & firmitatem
Præfectis optârim; cujus præsidio, quam
sancto Fundatore possessionem acceperu
nostríque illis retinuêre majores, in ea co
sisterent. Et verò quemadmodum ips
qua decet caritate agendum est atque p
dentiâ, ità in subjectis elimata subtilis
quædam Obedientia est exquirenda; illi
in memoriam revocandum hac se ratio
germanam probaturos sobolem Societa
quæ quos reponit in suis, hoc educat cib
ad justámque perducit maturitatem R

Lib. 2. in Joan. étè Cyrillus Obedientiam docet, & cibu
à nobis appellari & censeri debere. Ub
nim corporis absque cibo, ità sinè obedie
tia spiritûs vita traduci nequaquam pote

Epist. 11. ad Polycarp. Claudam hoc caput suavissimo Ignatii ma
gni dicto, qui in epistola quadam de his ob
sputans, qui obedientiæ regendos se se p
mittunt, ad eam delabitur formam dicend
ut asserat, suum se cum eorum animis ac
mum quàm promptissimè commutaturum
Ad extremum illud omnes memoriâ rep
tamus, mirificâ hac esse vi sanctæ obedien
tiæ dexteram & efficacitate, ut desiderii fe
rem in fructum operis excoquat, piáque
consilia dum interpellat, adducíque ad ex
tum vetat, cumulata omni ex parte plen
que reddat.

7. E

7. Ex hoc eodem precationis fonte major in dies existet sanctæ Paupertatis in nobis amor, blandior caritas, ampliórque fiducia. Et verò, quoniam summus is sit oportet atque dulcissimus, liberorum B. Pater amori jubet illum esse persimilem: quoniam autem in ejus fide atque præsidio non tutis modò, sed etiam degere lætis licet, firmum Religionis murum appellat. Hæc nos vitæ commoditatum plus æquô nimiam sollicitudinem dedocebit, quæ nè sensim influat illabatúrque subvereor, aditum pedetentim pérque rerum incrementa fallentia, pandente necessitate, æquitatis etiam cujusdam fortasse probabili nomine, gratíque post diuturnos in Societate labores animi significatione. De justa mihi necessitate sermo neutiquam est: quæ cum premit, nè calicibus quidem parcendum, quo egentibus, si aliter nequeat, consulatur, moderatores non fugit: verùm, hanc si unam excipias, animum credite Patres Fratrésque tantisper intendere satìs est, *Brevis viæ*, inquit Ambrosius, *non est magnum viaticum requirendum.* Sanè magistra experientia constat, blandimenta ista naturæ alia ex aliis necti; sedatioréque animo, minoréque longè luctâ, omnibus planè tibi interdices, quàm, ubi semel cupiditati indulseris, deinceps absistas. *Item Paupertas.*

sistas. Delectat me hic summopere, q

Psal. 10. 5. ad illa Psalmi verba, *Oculi ejus in pauper respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios minum*, adnotavit solertissimè Nazianzen

Orat. 16. sive de Pauperũ amore. *Oculi*, inquit, *ejus in pauperem respiciunt, q quidem palpebris melius est, atque præstant palpebræ autem interrogant filios hominum est minor, ut ità dicam, & posterior insp* Quod si, ut hoc obiter animadvertam, opum (nos in rem nostram dicere possu commoditatum) amantes, præsidentéq iis sunt, filii hominum à divino spiritu cor pellantur, certo affirmare tutóque possu eos, qui verè pauperes sunt, nullúsque qualibet contenti, cupiditate tangunt maximè propriâ quadam privatáque ratione Dei filios esse: quo fit, ut hereditatem ex tra Deum omnem defugiant, pleniquè mi ac spei decantent: *Dominus pars hæred tatis meæ, & calicis mei*; quidquid nimirum aut in expectatione mihi est, aut reipsa co sequi valeo. Tu omnium mihi vicem D mine imples, neque opportunitates re tantummodo, sed delicias etiam repræs tas: in quem sensum verba illa, *calicis* Cardinalis Bellarminus interpretatur.

Et Castitas. 8. Hac eadem precationis, ceterar que piarum exercitationum in luce claret nostra in dies magis, nitebitque castimon

co

cujus ſplendor niſi candidiſſimus ſit atq; integerrimus, pióque auſu nitori pæne decertet Angelico, oculos ad hæc perſtringat omnium, ſperandum non eſt, aut in divina amplificanda gloria, aut in juvandis ope mortalibus, pro illorum votis, noſtrorum poſſe functione munerum promoveri. Quærit peracutè Nazianzenus, quid lumbis cum veritate commune ſit, ut propterea Paulus dixerit: *State ergo ſuccincti lumbos in veritate*: reſpondétque, contemplatione rerum divinarum (quibus nihil verius) concupiſcentiam coërceri, nè aliò feratur. Nimirum qui mentem atque oculos in cæli formoſitatem, ſiderúmque defigit, lapidum, quod idem indicat, terræque amore duci nequaquam cor ſinet. Atque hic ego optârim, ut qui, pro ſingulari Domini bonitate præcipuus in Societatis filiis erga cæleſtem hanc virtutem viget animi ſensus, excuteret eorumdem de manibus, ſeu manus potiùs colligaret, nè genus neſcio quod librorum vel attingerent quidem, è quibus numquam doctrinæ tantum accedet, quantum ut caſtimoniæ decedat in proclivi eſt; ut eam ob cauſſam nè domi quidem habendos Conſtitutiones noſtræ decernant. Nè nectar quidem, aut ſi quis adhuc præſtabilior eſt liquor, reconditæ cujuſcujus doctrinæ

Orat. 42. ſive 2. in Paſch.

Epheſ. 6. 14.

part. 3. c. 1.

per fœdos adeò inquinatiſſimorũ verbor
canales colligendum eſſet. Memini me a
Hieronymum legere, magnũ illum Joſeph
caſtum purúmq; non minus, quàm cautum
providum (& verò eſt illi tuendæ hæc vir
perneceſſaria) ubi pallũ animadvertit à
lerata illa femina contrectatum, ac ſi inf
illâ dexterâ infectum foret, eo actutum a
ćto profugiſſe: *Pallium illud contactu impu
ſimæ manûs contagione peſtilenti contami
erat.* Et cenſebimus noſtrum ab *hujuſmo*
lue tutum cor eſſe, ſi oculos peſtilentib
Hom. 2. in Hierem. hiſce chartis commodemus? *Calix aureus
ſunt*, Origenes inquit, ſed qui veneno re
det, ut ſi fortè te aurum illicit, magìs a
virus abſterreat, eò periculoſiùs, quo rectiùs
Hierem. 51. propinatum. *Calix aureus Babylon.* Bab
lonis hoc porrò nomen efficit, ut mi
deinde mirum accidere debeat, ſi ab hu
lectitatione librorum, qui Deum nom
verentur cæcâ ferè omnes & obſcurâ ſolo
tudine ſuſpenſi recedant, verborúmne, ſ
ſorúmque, vaſis veluti cujuſdam magn
centiâ duci ſe atque elegantiâ permiſer
an dulciculâ etiam illâ, qua quo nocen
fallat, obductum eſt venenum, illece
1. Confeſ. c. 16. *Quo mihi verba, carminâque quædam q
vaſa*, ùt loquitur Auguſtinus, *electa, a
pretioſa, ſi vinum in eis propinatur error*

In ſumma, ad hunc incomparabilem ſervandum theſaurum, intentâ noſtrorum fores ſenſuum cuſtodiâ muniamus, diſcrimina devitemus, à propriis familiaritatibus neſcio quibus, privatíſque jungendis amicitiis abhorreamus; revocemúſque, quod mirificè adnotavit Baſilius, in memoriam, iis ipſis, qui animi vitæque candore, præſtantiâ virtutum, cæleſtis conſuetudinis excelſitate id elogii promerentur, *Dii eſtis*; ſive ad comminationem, ſive ad imbecillitatis humanæ, miſeriæq; recordationem mox ſuccini: *Vos autem ſicut homines moriemini.* De Virgin. Pſal. 81. 7.

9. Iſto ipſo orationis in lumine ſpirabit flagrabítque perpetuo Caritas; omnéſque proinde peræquè homines nationéſque collatata circumplectetur. Equidem facere minimè poſſum, Patres Fratréſque optatiſſimi, quin profitear me, cùm appellationem iſtam externorum in Societate audio, planè exhorreſcere: ſed fortiſſimam mihi cupiditatem injicit Deus, ſpémque firmiſſimam affectus hujuſmodi vocéſque ſtirpitus convellendi. Et verò provinciis, atque nationibus addicti conſecratíque iſti ſpiritus, ſanctæ hujus Societatis, cujus unus eſt erítque ſpiritus JESU, conjunctionis nimirum, caritatis, atque concordiæ, dulciſſimum mare influentes, æquum ſanè fuerat, ut oblittera- *Et Charitas.*

to etiam nomine interirent. Quod si qu
oculorum Societatis isti pupillæ, sive hu
sce bene adeò constituti compactique co
poris cordi qualibet incommodare ratio
conaretur, næ is à moderatoribus acerri
plectendus foret, pestísque habendus in
co: in qua tractanda uti clementer agere
que humaniter, immanitatis est summæ;
severè, atque, ut ità loquar, crudeliter
gerere, pietatis est maximæ atq; verissima
Hæc efficit conjunctio, ut nostro ingen
bono, & approbatione mortalium, non m
nus Fratrum Provinciarúmque omnium le
tis eventibus, quàm nostris, nostræve Pro
vinciæ triumphemus. *Incremento dispar*
*proprio*, rectè inquit Leo, *qui profectu læta*
*tur alieno*. Recidendi igitur continuer
affectus sunt quidam animi, quos isto ge
nere vetus in nobis homo progignit. Non
ex elementis unquam argentum, aurum
gemmæ, aliáque peregregia permulta ad
mixtionem habentia corpora existerent, n
si longissimè licèt inter se dissita, dum ill
mutuo pæne concedunt, è pluribus una
naturis inita conspiratione conflarent. Ed
dem ergo & nos ipsi ratione, quamquam e
ga res nostræ, sive Provinciæ sive regi
nis, voluntatis propendeamus inclination
exiguum quiddam concedamus, ut in hac
re

rem Nazianzenus ait, ut quod majus est recipiamus, conjunctionis hujusce stabilitatem scilicet, concordiæque incrementum, cedamus, ut superemus. Enim verò hæc planè virtus est, quæ nos victores, & inexpugnabiles quidem reddit, ut idcirco Bernardus, sive quis alius, adnotet à sancto Spiritu Ecclesiam, omnémque famulorum Dei cœtum cum acie castrorum ordinata conferri. *Nam sicut hostes*, inquit, *timent quando acies castrorum bene ordinatas ad bellum vident; ità mundus, ità diabolus expavescit, quando spirituales viros virtutum armis accinctos in unitate concordiæ vivere conspicit.* Neque solùm quovis hæc in discrimine fortitudine admirabili quadam nos obarmat, perficítque ut securo tantummodo atque tranquillo, sed ut alacri etiam erectóque animo depugnemus. Legimus in sacris litteris: *Et adjuvabant Judam omnes fratres ejus, & universi qui se conjunxerant patri ejus.* Subjiciuntur mox illa: *Et præliabantur prælium ejus cum lætitia*; quamvis & præstantissimi robore hostes, & multitudine innumerabiles pæne essent. Animorum inter nos, in Domino, conjunctio sit & consociatio; idem sapiamus, idem dicamus omnes; neque nos admodum sollicitos habeant, quæ mundus in nos jactat & commolitur. De

Orat. 14. sive 3. de pace.

Serm. 41. de modo bene vivendi.

1. Mach. 3. 2.

Ibid.

iis, quæ ad noſtram pertinent perfectionem omniúmque conſecutionem virtutum, ac quas precationis, utì memorabam, palæſtra nos erudit, hæc dicta ſint ſatìs.

*Demum zelus in Miſſionibus.*

10. Eamdem inter precationem pii exercitationibus ceteris conſociatam, animorum ſalutis zelus exardeſcet, qui otii ac & lentitudinis in ſuſcipiendis eorum cauſis laboribus horrore perfundet; ad Miſſiones proprium adeò Societatis munus, omnium adeò votis exoptatum probatúmque ſententiis, ad opem non pecunioſis modò & illuſtribus, ſed pauperibus etiam atque humilibus ferendam, ſuavi quadam nos virapi lectiemus; neque ſi pluribus pares ſint vires, unica iis functione prodeſſe ſatìs habebimus. Et ſanè dedecoris plena res eſſet, ſi ex Societate aliquis (ſoboles tantorum Patrum, quibus Deo mundos ipſos totos ſacrari perparum videbatur) ſatìs ſibi faceret, multúmque ſanè præſtare ſe duceret, dum Collegio, Domóve in aliqua non incommodè degit, piiſque triginta plus minus muliebus bis térve per hebdomadam confitentibus aures præbet. Expendat igitur, per Domini caritatem, unuſquiſque in ejuſdem oculis perdiligenter, num cui præterea laborì par ſit, rémque præſidi totam candidè exponat; legitimum orationis ope compa-

rare

rare guſtatum ſtudeat, qui omnium ſapore capiatur animorum, neque dum JESU ſanguine reſperſi ſint, quid inſuper quærat. Quod ſi Concionator fuerit, illuſtria, media, obſcura ſint ſuggeſta nè curet; neque frequentiſſimis tantummodo in urbibus atque celeberrimis, ad ampliſſimos ornatiſſimóſque conventus, nobiles maximè conciones admittat; vulgares modicis in oppidis variis congeſtis declinet excuſationibus, germanámque imperii detrectationem fucatâ apud moderatores neceſſitate prætendat; immemor Deum non irrideri, Deóque (ut hominem deludas) minimè imponi.

*Quæ ſint extra Deum deſpicienda?*

11. Eodem orationis in lumine quàm abjecta, deſpicata, amore votíſque noſtris indigna planè ſint, quæ extra Deum ſunt univerſa perſpiciemus; Joanníſque Baptiſtæ exemplo, qui, ùt ait Hieronymus, oculis deſiderantibus Chriſtum nihil aliud dignabatur aſpicere, divinæ gloriæ, perfectionis noſtræ, proximorum ſalutis ſinceriſſimis corda ſtudiis cumulati, conſilia, reſpectus, curas, terrenarum rerum cupiditates pectoribus noſtris excipere, aut aditum iis patefacere dedignabimur. Et verò an non probrum eſſet intolerabile, ſi qui ex Dei caritate ſæculo ſibíque nuntium ipſi remiſit, unius exinde cathedræ, ſuggeſti unius, loci hujus,

Epiſt. 4. ad Ruſticum.

hujus, illius muneris ambitione duceretur? avertat divina clementia, ut nè in Societatis filios acerrima illa juſtiſſimáque aptè cadat objurgatio: *Filii hominum*, &c. Hebræi habent: *Filii viri, glorioſi mei*, ſeu gloria mea, *uſquequo ad ignominiam*? Filii amantiſſimi, tanto, atque B. Ignatius fuit, parentes progeniti (eo ſcilicet viro, in quem ſpiritum omnino maſculum virilémque tanta Deus ubertate profudit) quibus (*quamquam ſumma animi demiſſione debetis*, & verecundiâ, liquidáque, quàm nihil vobis ex vobis ſit, veſtri perſpicientiâ) ad omnem tamen fas eſt veritatem, promptámque gratti erga Domini indulgentiam animi conteſtationem, profiteri, Majeſtati divinæ meſum hac vos nobili appellatione, *Glorioſos*, ſeu *gloria mea*, condecorare; ergo vos Deus compellat: *Filii viri*, &c. uſquequo ad ignominiam, dum extra Deum aliqua deperitis; ſi quæ veſtrorum conſiliorum infringi interpellariſve contigerit, animo diſcruciamini; cùm tamen illa, niſi in Domini gloriam, opémque ferantur animorum, abjecta ſanè quàm eſſe neceſſe ſit, veſtríque ſimilibus probroſa atque indecora? Subjicit actutum Propheta *Sela* illud, quod interjectionem, ùt Latini vocant, quamdam eſſe nonnullis placet, quæ ad ingentem aliquam ſignifi-

Pſal. 4. 3.

can-

candam, qua obstupescimus, admirationem usurpetur : ac si diceret : Fieríne unquam potest, ut parentis tanti liberi, tam à Deo dulciter magnificéque habiti, præclarissimis destinati honestissimísque provinciis, tanti adeò vilia & abjecta ducant, tam intimis angantur eorum caussâ sensibus atque dispereant?

12. Hinc illud præterea commodi consequetur, ut clientelas, commendationes, gratias, seu domi, seu foris nemo colligat, quo altius, ùt mos est loqui, efferatur. Et verò hîc ego ætate provectos, gravésque auctoritate Patres omnes, Consultores, Præceptorésque, per Domini caritatem, studiúmque, quo in secundum Societatis nostræ cursum feruntur, omni contentione atque operâ obtestor, intendant seriò oculos, perpendántque, quàm illi, & impensè obesse, & prodesse insigniter possint: non se certis propensionibus ferri sinant, neque ad benevolentiam privatim designent, qui cubicula frequentiùs terunt, laudibus liberaliùs onerant, ampliorem fiduciam ostentant, (nollem uti hac voce, quæ mihi Religioso statu nimium quantum videtur indigna, atque execranda) qui se aptos, & obnoxios ex iis pendere omnium maximè præseferunt. Adjiciant potiùs sincerè oculos ad virtutem, deinde

*Clientelæ, commendationes & patrocinia non quærenda.*

inde dotes, quas dispertiit singulis Deus omnes, qua consilio, qua exemplo juvent ad sanctam Obedientiam in primis, ad pa rem in omnia animi nutum, ad se modera toribus permittendos, Deíque arbitrium er eorum petendum oraculo; sibíque persua deant, neque Deo se, Beatóque Ignatio gratum quid & jucundum magìs patrare, ne que majoris momenti officium Societati posse persolvere; cui uberrima sanè *in cælo* præmia coronæque respondebunt *amplissi*mæ, quæ, ùt probè novi, est ipsis Dei mu nere, summa votorum. Ità feram illam im manémque belluam, quam Politicam appel lamus, domo exterminabimus; quæ, roci bus quidem omnium proripere se jubentium, clamoribúsque configitur, nostras men in insidiis obsidet perpetuò fores; a que utinam nè ad nostram interdum perni ciem etiam irrumpat. Æquum tamen ve rúmque est, religiosâ submissione adole scentes atque simplicitate colere, qua decet observantiâ Patres, qui suos in Ordinis ob sequium annos contriverunt; quo in genere nonnihil aliquanto ab hinc tempore junior peccare inficiari non possumus. Denique ut caput hoc claudam, quod pluribus, quam destinâram, sum executus, quemadmodum Sancti dulcissimo huic vastóque precationi com

committentes se mari, pretiosissimas sensorum, virtutúmque indepti cælestium, expiscatíque sunt margaritas, ut consimili in re Chrysostomus fere habet, quibus cùm se tum nos locupletarent exornaréntque; ità usu nobis veniet, ut quidquid nostram in perfectionem, aliorúmve salutem est opus in eodem deprehendamus. Haud scio, an tribus significatiùs verbis efferri omnia possent, quam iis, quibus totam hanc rem complexus est Nazianzenus: *Per eam*, inquit, (sacram nimirum, quam contemplatione delibamus doctrinam) *Deus sincerè percipitur, & conservatur, atque in nobis adolescit*: nocentibus herbis, dumísque, omnibus denique evulsis, quæ, nè vera Christus vitis nostris in cordibus comprehendat, pubescat, fructuosa sit, queunt officere. Hæc porrò ipsa precatio depascitur, eámque ob causam, *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*, David ajebat. Legunt nonnulli *amputationes*, seu *falces*. Et exploratissima sanè res est divina mandata, si accurata commentatione exterantur, falces quasi quasdam esse, quæ demetant; assiduam Christi verborum gestorúmque meditationem continentem putationem quamdam esse, quæ nostrarum sarmenta surculósque exscindat inutiles perturbationum; quæ

Lib. 2. de orando DEO.

Orat. 12. sive 1. de pace.

Psal. 118. 54.

hujus

hujus in eremo vitæ, in qua peregrinamur adeò validè, támque uberi proventu succrescunt.

*Non curandæ obtrectationes.*

13. Ad extremum pervelim, ut parùm propensas in nos hominum voluntates quæ reláſque, quibus nos exagitant, toto pectore retractemus. Quamquam enim novi permultas in totum falsas esse, alias mirum in modum auctas atque exaggeratas; prodest tamen summopere non ità nobis nos asserere, ut inducamus in animum nè à nemine quidem è nostris uno, saltèm interdum, ansam aliquam occasionémque præberi; quandoquidem proprio Societatis infortunio, sed potiùs privata quadam, insigníque felicitate singulorum dicta vel facta omnibus tribuuntur; ut jam non Petrum, seu Paulum, sed hosce in universum homines ejusmodi esse circumferatur. Verùm, utut se res habeat, demus rumores istos atque obtrectationes nullo veritatis fundamento niti, nullâ culpâ nostrorum; quid tandem obesse nobis queat, si materiam illis omnem atque occasionem præripere totis viribus contendamus? Facilè id autem, Deo juvante, consequemur, si ut cautiùs agamus, in adversa tendamus, plánè contraria.

*Capita querelarum.*

14. Querimoniæ porrò communiter ad hæc capita revocantur: superbos nos

se; huc nos tendere, ut omnia per nos administrentur, ex nobis pendeant universa; de nostra nos sapientia ample magnificéq; sentire, ceteros parvi facere, modico in pretio habere. Hoc primum est caput. Alterum est, vitæ commoditates nos impensè sectari. Tertium cupidos nos esse, & quærere quæ nostra sunt. Quartum denique, prudentes nos homines esse magis, & politicos, quam solidè spirituales. Jam in hæc, oro, capita mentem animúmque figamus, tutóque Regularum nostrarum ductu, utì ajebam, in adversa tendamus atque contraria. Curemus, omnes vulgò planè pervideant, nullius nos alterius rei, quàm novissimi loci ambitione teneri; útque tempore sumus ac nomine postremi, minimíque (nimirum nostis Societatem ab iis, qui eam constituerunt Patribus Minimam appellatam) ità nequaquam quæsitæ, sed germanæ veræque demissionis laude, ut omnium maximi & principes simus, enitamur. *Nihil est*, inquit, Hieronymus, *quod nos ità & hominibus gratos & Deo faciat, quàm si vitæ merito magni, humilitate infimi simus.* Nè commoveamur si contemptim, si minus honorificè, si minori in pretio habiti nobis videbimur, sed patienter silentio feramus; animorum potiùs lucris, quàm plausibus nescio

*rum, quas contra nos movent Externi.*

Epist. 24. ad Celantiam.

quibus mortalium oblectemur: nè in au
nos inferamus ; ad spiritualem paupe
opem toto pectore incumbamus : Epis
pis , eorumdem Vicariis , iis qui præ
omnibus , unicum illud in hoc genere
Xaverii exemplar perpetuò contuentes,
timam ex animo submissionem atque obl
vantiam deferamus. Nè umbram quid
nostra, seu dicta seu facta, præferant, u
oboriri suspicio queat audere nos cum
pæne ex æquo contendere, nihil *non* ve
pervincere: nè alienis nos rebus immisce
mus: *neque quid agatur in alia*, quod sap
Epist. 2. enter monet Hieronymus, *domus alia pe*
ad Ne- *noverit*: de omnibus, religiosis præcipue,
pot. par est, honorificè atq; officiosè loquamur:
statímq; haud amplius vulgo nos censi
perbos deprehendetis. Eadem ratione h
vitæ cõmoditatibus procurandis minim
duli erimus ; si in itineribus, missionibus,
nodochiis, ergastulísq; lustrandis, diu noc
que ad piè mortẽ obeundam juvandis pau
ribus nonnulla sciemus statuemúsq; pert
re ; si in corporis cultu atq; vestitu paupe
& esse & videri gestiemus, neque vestibu
rubescemus detritis & consarcinatis uti ;
vas remissionum atq; oblectationum a
formas minimè excogitabimus ; extern
mensas , optimatum in primis refugie

neque tam iis nos oblectari, quàm fatigari significabimus; quæ erat altera querela conticescet, omnésque factum sibi satis per nos esse fatebuntur. Ad hæc si à litibus abhorrebimus, rationem agendi veritatis & fidei plenam, ab artificio nescio quo, & apicibus puram sequemur; pacta, promissa ad amussim sanctè servabimus; testamentis condendis intersse ex regularum nostrarum præscripto recusabimus, quod tantopere suis etiam fratribus inculcat B. Bonaventura: denique si nos ità geremus, ut omnes perspiciant, hominũ animos, non marsupia nos quærere, neque id agere, ut ista nobis, verùm ut illos Deo lucremur, quis nos insimulare valeat aviditatis? Hæc verò quàm maximè possùm moderatores oro quæsóque, Procuratoribus, Confessariis, Ecclesiarum Præfectis, eleemosynarum conquisitoribus, omnibus denique invigilent, ut moderatione, quæ sanè est pernecessaria, utantur, certi non unquam alios nobis commonstratoribus cursum ad cælum instituturos, si nos terrenis rebus affixos adhæresscere animadvertent.

15. Ad extremum si opportunè complures ad exercitia spiritualia peragenda perliciemus, inter quæ germanam spiritûs Societatis speciem sæculares mente conci- *Externi ad S. Exercitia inducendi:*

*& pii eum iis sermones miscendi.*

piunt; si de piis rebus sermones cum om
bus miscebimus, ad vitam meliùs insti
endam proximos cohortabimur, Patris B
giæ, sanctæ memoriæ, conquestio illa c
sabit: *Quàm multi veniunt ad nos, ut fa
ditiores; quàm pauci, ut fiant meliores!* H
porrò caput, in quo nonnulla, quæ ad l
guam pertinent, perstringere necesse h
beo, gaudeo in postremum hunc locum
cidisse, quod cupiam omnibus, quæ hac
nus recensui, altiùs ista cunctorum cor
bus imprimi sempiternis notis. Nè, qua
so, nobis, Patres Fratrésque, blandiamur
non pauci hoc in genere valido freno eger
nemini parcunt; nimia agunt libertate &
licentiâ, non sinè gravi caritatis, justitiæ
que interdum injuria; dum aliena, seu dic
cta seu facta, nunc amplificata augent, nu
dò ultro citróque renuntiant, nunc in dete
riorem partem accipiunt; ad motus anim
atque consilia Deo reservata dijudican
progrediuntur; haud scio an dicendum si
res neque gestas unquam, neque per somn
um quidem oblatas comminiscuntur &
ctant. Equidem mihi persuadeo, cons
tò & deditâ operâ non delinqui, quod sci
quantus Dei timor, ipso adjutore, in Soc
tate vigeat; verùm affirmo inconsidera
am, indiligentiam, lubricitatem hac in

malum esse longè gravissimum ; atque utinam interdum divina Majestas nihilo magis, quàm leviter lædatur, eóque periculosiùs, quo minùs indè conscientia onerari alicui fortassè videbitur.

16. Ego verò, quoniam exonerare meam statui, mihíque persuasum est innumera hinc nobis bona intercludi, atque ex hoc fonte in primis, & universè derivari mala, quæ æquissimo Domini judicio toleramus, ex intimis cordis mei visceribus omnes obtestor, examen, quod vocamus particulare, quàm accuratum per hosce dies in hoc vitium instituant ; quandoquidem latiùs, quàm opus esset, illud serpere per Societatem deploramus omnes, fatemúrque, venenosæ hujus atque execrabilis plantæ fibris evulsis, terrestrem quemdam paradisum illam futuram. Remedio porrò utantur, quod in Domini nomine cunctis porrigo, omniáque, quæ ex remissa linguæ custodia nobis impendent mala stirpitus eradicabit. Neque verò aliud illud est, quàm ut omni ope atque operâ pios inter nos, cúmque externis sermones instituere consuescamus. Quanta hinc, Patres Fratrésque nobis bona provenient! Ità res domesticas, non optimi interdum exempli, sæculoribus nequaquam indicabimus, magno

*Commendatur Examinis particularis usus, ad extirpandum vitiũ linguæ.*

ipsorum detrimento, nostræque existim
tionis majore jacturâ: ità rerum dictarum
gestarúmque nuntiis aliorum aures non
plebimus; neque pro nugarum rumorib
que qui fálsi, inepti, vaníque deprehend
tur auctoribus unquam habebimur: ita n
mini occasionem afferemus, ut prædice
cùm de rebus piis colloqui animus tulen
ad aliorum se religiosorum fores, non ad
stras accedere. Ità denique nemo sæcul
rium observabit usurpabítque, *haud amp*
ùs in nobis vigere priscum illum primorum
Patrum spiritum, qui cum principibus viri
planéque omnibus non nisi de Deo, atq
æterna salute sermones serere noverant, ea
que ratione pro arbitratu cuncta confice
bant. O si renovatam hoc in genere Soci
tatem daretur intueri! Omni tunc sanct
mi ardore inclamarem: *Nunc dimittis*, &c.
Incumbamus, per Dei caritatem, curem
que, ut longè alii hac ex parte evadam
hanc in rem studium præcipuè nostr
conferamus per hos dies, quibus pro opp
tunitate, rationéque à moderatoribus p
scribenda secedere cuncti debebunt, quo
genti hoc Jubilæi thesauro fruantur, q
ex occasione novi muneris, quod mihi
mandare est Deo visum, atque infecta
num, quas pro ipsius gloria Societas, &

cleſia univerſa, in Japonia præſertim, uti inaudîſtis, tolerat, ex Patrum Aſſiſtentium deliberatione, atque ſententia à Sanctiſſimo D. N. humiliter petii, ſingulariſque ille benignitate, qua Societatem perpetuò protegit, eſt impertitus.

17. Felicem Japoniæ ſtatum, Indiarúmq; omnium, precibus univerſorum commendo, Dominum obſecrans, ut in multorum è Societate animis flagrantiſſima ſtudia inflammet ad immanem illam ſterilitatem ſudoribus, vel etiam ſanguine ipſo, irriganda ſe conferendi. Hac in re, per Dei amorem, moderatores præſertim adjutores ſe præbeant & adminiſtros; atque in ſubjectis vocationes ejuſmodi & conſpicere & incendere gaudeant. Neque ſuarum provinciarum caritate trahi ſe ſinant, nè optimis operariis deſtituantur; ſed Deo fidant, fore ut ſi ad ipſius gloriam permultas egregiáſque operas liberaliter in Indiam ſubmittant, Europæas ipſorum provincias, & numero virorum & conditione Dominus locupletet. Et ſanè dolerem vehementer, haberémque, quod jure reprehenderem, ſi quis, moderatorum præcipuè, pro eo ac me juvare debuerat, frigidum ſeſe præſtaret, vel etiam obeſſet, minimè reputans ardores iſtos à Domino excitari, non ad egentiſſimarum illarum

*Status Japoniæ, & Indiarum commendatur.*

larum provinciarum neceſſitatibus tantu
modo conſulendum , ſed in Europæan
etiam ſummam utilitatem: in quibus exp
rientia planè teſtatur, quàm ejuſmodi vo
tionum, itinerúmq; præſidiis germanus S
cietatis ſpiritus ſervetur, & floreat. Om
um me precibus , ut tandem finem imp
nam, & ſacrificiis, tamquam omnium ma
mè indigum , ex animo , & omni humilit
commendo. Romæ 11. Januarii, 1617.

*Omnium Servus in Chriſto*

MUTIUS VITELLESCHUS

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXIV.

R. P. N.

# MUTII VITELLESCHI

Præpositi Generalis VI.

Tertia,

Ad Provinciales, & Patres Congregationum Provincialium ejusdem Societatis.

Anno 1619. 7. Martii.

## *De præsenti Societatis Statu.*

*Qualis fuerit anno 1619. Status Societatis.*

1. INstante Congregationum Provincialium tempore, quo singulis in Provinciis unus eligatur venturus ad Congregationem Procuratorum, quæ Romæ cogetur, favente Domino, ad 15. Novembris decurrentis anni 1619. volui ego spiritu affectúque animi, quando aliter nequeo, sistere me præsentem omnibus, ut ubi amplexus

plexus fuero quàm arctissimè unumquem dilectissimorum Patrum meorum (quos e nomine Societatis, gaudium meum, & co ronam meam ritè mihi videor appellare po se) iisdem quadantenus exponam, tum qu nunc statu sit nostra Societas, quósve pro gressus ea faciat, aut eam certè facere, Chri sto favente, confidamus; tum quo potiss mum ea nè delabatur, vereri possimus, quando sui ipsius, quod absit, suæve perfe ctionis curam negligeret. Ex *harum quip*pe rerum notitia faciliùs pertingent RR VV. ad eum scopum, quem hujusmodi Con gregationes tertio quoque anno fieri soli tæ, habent sibi propositum, & expressum in earumdem formula, approbata à Congre gatione quarta generali, §. 31. Ego simul officio meo aliqua ex parte satisfecero, nec non ardenti illi desiderio, quod mihi Do minus largitus est, non parcendi labori, ne que ullam prætermittendi occasionem, qua submotis impedimentis, promovere valeam, & quidem in dies vehementiùs, adeò commendabile sanctæ hujus Religionis in stitutum. Crediderim equidem, posse me verè affirmare, quòd non mediocri RR VV. ac mihi pariter esse debeat consolatio ni, universum hoc Societatis corpus (Deo sint laudes) rectè habere, vegetúmque esse

20

ac firmum in procuranda tum propria, tum proximi salute atque perfectione. Tametsi, ùt ferè usu venit in humano corpore, suæ non desint infirmitates ordinariæ, interdum etiam extraordinariæ nonnullæ : sed quibus tamen opportuna adhibeantur remedia ; deprompta videlicet ex Constitutionibus, ex regulis, ex consultationibus, quæ de more instituuntur cum Patribus Assistentibus ; denique ex eo lumine, quo benignissimus Dominus pro divina sua providentia perpetuò assistit huic suæ minimæ Societati. Unde & ipsa dilatatur quotidie magìs ac magìs, & similiter augetur ubique fidelium numerus, qui vel ab hæresi, falsóve idolorum cultu ad fidei veritatem adducuntur, vel à Nostris adjuti, ad meliorem frugem se recipiunt. Adeò ut rectè cum Apostolo dicere possimus : *Ostium magnum nobis apertum est* ; & quidem toto pæne orbe, nedum in aliqua ejus parte : sed adjiciendum itèm quod subjungit Apostolus : *Et adversarii multi* ; nobis, inquam, nihil non audentibus in eo, qui nos confortat ; sed perinde diffidentibus, nobísque meritò timentibus à nostris ipsorum miseriis atque infirmitatibus. Enim verò justam maximi timoris caussam habet nostra fragilitas, ob id quod aptè indicat S. Augustinus, dum generatim agens de

1. Cor. 16. 9.

de creaturis, sic loquitur: *Omnes creatu… ex eo proficere possunt, quia esse cœperunt; … eo deficere, quia ex nihilo facta sunt: ad defe… ctum conditio eas ducit originis, ad profectu… potentia conditoris.* Nec sanè dubium, qu… si mentis oculos convertamus ad illam Do… mini dexteram omnipotentem, quæ tan… brevi temporis spatio à tam exili, tenuíq… principio Societatem nostram ad tantam… provexit amplitudinem, ut ei rectè congru… ant verba Psalmistæ, *Plantasti radices ejus… & implevit terram: operuit montes umbra ej… jus, & arbusta ejus cedros Dei: extendit pal… mites suos usque ad mare, & usque ad flumen… propagines ejus*; Nec, inquam, dubium, quin… si ea, quæ dixi, consideremus, sperare pos… simus ac debeamus fore ut illa ipsa manus, … quæ Societatem instituit, eamdem custodiat… atque perficiat. Id nimirum pollicetur B. P. N. Ignatius in ipso Constitutionum… procœmio.

Psal. 79. 10, 11, & 12.

*Societati detrimenta unde maximè timenda?*

2. At enim si altera ex parte conjicie… mus oculos in materiam ipsam, ex quo cor… pus hoc constat, scilicet in personas tot, … támque diversarum nationum, affectionum, … morum, voluntatum; jure timendum est, … nè nostrâ culpâ regularum sanctarum dir… ruptâ sepe, dicatur aliquando: *Exterminavit eam aper de silva, & singularis ferus de… pa…*

Ibid. 14.

*passus est eam*; sítque hoc primum de damnis, à quibus Societas possit ac debeat sibi timere. Atque utinam ista ex parte nihil jam detrimenti acceperit! Non vacat mysterio, quod ipso Societatis nostræ exordio, cúm eam Dominus Deus è suo nihilo ad tam insignem evocavit statum, eamdem coagmentari voluerit è personis adeò discrepantium inter se nationum, sed quas arctissimo caritatis vinculo copulârit, eísque unum quasi vitalem spiritum infuderit; quemadmodum & illis olim apud Ezechielem aridis ossibus: & ità quidem, ut ipso Constitutionum initio dicere non dubitârit B. P. IGNATIUS, vix sibi videri necessarium regulas in Societate conscribere; quandoquidem unica regula caritatis, quæ est plenitudo legis, regula esset, atque instar omnium regularum. Jam verò nollem, Patres mei dilectissimi, ex veritate posse dicere: *Ad defectum nos conditio ducit originis.* At excrescimus, & longè latéque diffundimur: agit ferè quisque perpetuò cum suis indigenis: plurimi nescio quo affectu, & quasi zelotypiâ, ad suam restringi videntur Provinciam. Verendum maximè, nè excidentes ab illa felici regeneratione, ad primam nostram originem brevì revolvamur. Principio videlicet nostræ Societatis nullum appa-

1. *Ex spiritu nationali.*

Cap. 37.

parebat discrimen Collegiorum, aut Pr
vinciarum, sed nè quidem nationum, regn
rum, aut regionum; nunc tamen negari no
potest, quin se prodat in nonnullis nesci
quis affectus, & zelus illius particularis bo
ni, quod ad suas ipsi putent spectare Provin
cias; indéque sensim sinè sensu minuatur
iis, atque intepescat amor communis bo
omnium Provinciarum, & subintret pe
tentim meum & tuum, frigidum illud ve
bum, ùt ait S. Chrysostomus, & quidqu
malorum est invehens. Utut sit, hoc unum
summopere exopto (& ob id ego, ut qua
dem possum, assiduè fundo cor meum in
conspectu Domini) ut in spiritu humilitatis
& in animo contrito procidamus ante De
um, ploremus coram Domino, qui fecit
nos, & evexit ad vitam hanc spiritualem,
dum nos constituit membra mystici corp
ris Societatis; tum ardentissimè ipsum ro
remus, ut eam, quam plantavit dextera sua
perficere omni ex parte dignetur, quantu
vis denuo foret opus illo miraculo, quod
olim per Ezechielem operari non est gra
tus: *Et tu fili hominis, sume tibi lignum unum*
*& scribe super illud, Judæ, & filiorum Isra*
*sociorum ejus; & tolle lignum alterum,*
*scribe super illud, Joseph, ligno Ephraim,*
*cuncta domui Israël, sociorúmque ejus; &*

Cap. 37. à v. 16. usque ad finem.

*junge illa, unum ad alterum tibi in lignum unum, & erunt in unionem in manu tua. Cùm autem dixerint ad te filii populi tui loquentes; Nónne indicas nobis, quid in his tibi velis? loqueris ad eos. Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego assumam lignum Joseph, quod est in manu Ephraim, & tribus Israël, quæ sunt ei adjunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Judæ, & faciam eas in lignum unum, & erunt unum in manu ejus, & faciam eos in gentem unam in terra, & Rex unus erit in omnibus imperans, & non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & servus meus David Rex super eos & pastor unus erit omnium eorum.* Tunc autem procul dubio consequetur multiplex illa felicitas : *In judiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea, & habitabunt super terram, quam dedi servo meo Jacob, in qua habitaverunt Patres vestri. Et habitabunt super eam ipsi, & filii eorum, & filii filiorum eorum usque in sempiternum: & David servus meus, Princeps eorum in perpetuum. Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis, & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia*

ego

*ego Dominus sanctificator Israël, cùm fuer sanctificatio mea in medio eorum in perpet um.* Enim verò Patres mei in Christi visc ribus dilectissimi, tametsi non sum ego Pr pheta, sed omnium minimus, sentio me men à Domino impelli, ad id officii præsta dum, quo vel meo profuso sanguine reb cam Societatem nostram ad humum fuso ùt illic ait Propheta, hoc est, ad pristinu suam veræ ac plusquam fraternæ caritat unionem; tum maximè si RR. *VV.* qu præcipua sunt membra suarum Provinciar rum, me juvabunt oratione, verbo, & ex emplo.

*2. Ex defectu Obedientiæ*

3. Secundum caput, quod multa nobis ac gravia damna minatur, est defectus sanctæ obedientiæ, quem in plerisque non rò experimur, dum agitur de ministerio, de loco, aliáve re, quæ minus arrideat aut convenire putetur miseræ illi existimationi quam in humilitatis domo (quod pudendum est) tanti facimus. Quoniam autem B. P. N. Ignatius in illa sua divina re re, nec unquam satis commendata epistol de Obedientia, virtutem hanc substituit, & quasi subrogat iis pœnitentiis, & corpor afflictationibus, quibus in Ecclesia Dei pl rique alii Ordines Regulares, juxta propr um cujusque Institutum magna cum ædifi catio

catione prælucent; hæc profectò una si nos deficiet obedientia, jure nobis ab aliqua imminente ruina timendum erit. Nec jam inficiari possumus (quod pariter lugendum est) quin incipiamus id in nobis præsentire, &, quod est consequens, nonnihil damni nostris in ministeriis. Dum etenim aliqui (faxit Deus, sint pauci) veluti hujus corporis membra, certis in locis, occupationibus, ac muneribus, studeant magis honori ac nomini, propriisque commodis, quàm totius corporis, necesse omnino est, gravia indè proveniant incommoda; multísque in rebus nostrum desideretur officium: non quia desunt operarii, sed animi inductio, & absoluta resignatio in manibus Superiorum, ipsa denique, ut uno verbo dicam, obedientia. Imò quod est dolendum magis, non deest, qui ut eò, quò intendit, perveniat, patronos & intercessores, tam intrà quàm extra Societatem, perquirat, majori cum jactura boni nominis, gravioríque offensione tum domi, tum foris, quàm facilè credat qui hæc molitur; & quidem contrà quàm Decretis admodum severis cautum est à sexta, & septima Congregatione generali. Unde credibile sit fore, ut compellatur aliquando Societas extremum illud adhibere remedium, quod scimus attigisse nonnullos

eorum Patrum, qui interfuerunt postre
Congregationi generali, videlicet, inha
litatis ad omnia ministeria, &c. Ex h
namque vitio, ut liquet, paullatim indu
tur altera longè major deformitas, nimir
ut aliqua hujus corporis membra non
dò sibi munia usurpent aliis assignata m
bris ejusdem corporis (quod etsi incon
niens, minus tamen est grave) sed etiam
se recipiant eorum officiorum ac negot
rum tractationem, quæ sint à *Societatis* co
pore penitus abhorrentia, & ab ejusdem
stituto aliena. Id vero ut illi assequantu
insinuant se in amicitias Principum, eor
adhibent favorem, iis se tuentur: adeò
cogatur Societas, vel eorum à se volun
alienare, si deneget postulata; vel ips
destruere, si concedat. Sed præstat
dere in manus hominum, quam in ma
Dei viventis. Nec est quod quisquam
hi dicat: Nollem id ego quidem, mi
ter, sed eo me adigit Dominus ille,
Princeps: nam si te puderet, non dice
Principe occupari, sed vel solam tuam
quiri operam ad quodvis munus tuo
conveniens instituto, ausim ego affirma
numquam eum tibi fore importunum.
verò plus satis mihi compertum est,
velle Principes, quia velis; ideo Socie

esse importunos, quia te illis importunum præbeas.

4. Spectabit tertium caput ad suavissimum castitatis votum, à cujus tamen tractatione libenter abstinerem, quandoquidem B. P. N. IGNATIO satis fuit dicere, eam virtutem in Societate debere Angelicam imitari puritatem. Et verè (quæ singularis est illius Domini benignitas, qui pascitur inter lilia,) talis omnino illa est, in quam plurimis Societatis alumnis, qui parati sunt sequi Agnum quocumque ierit. Sed necessitas occupationum, quæ periculo sunt obnoxiæ, occasiones variæ ac multiplices, defectus orationis, internæ recollectionis, studiique ambulandi sollicitè coram Deo, nonnullorum otiositas, aliorum denique nimiæ commoditates, non levem nobis metum incutiunt, nè optimo Societatis auro aliquantisper obscurato, amarissimi luctûs caussa præbeatur ei, qui aliquo tangatur zelo nominis Societatis, & divini honoris; néve liceat cum significatione doloris & conquestionis exclamare: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Ceterùm quamvis non sit meæ mentis novas edere Ordinationes (extant quippe sat multæ, & quidem efficaces) non possum tamen non vehementissimè obsecra-

*3. Ex periculis Castimoniæ.*

re, & obteſtari Reverentias Veſtras, ut
amorem Dei etiam atque etiam conſidere
num quid ampliùs in eo rerum genere pr
ſcribendum occurrat ; nè fortè culpâ n
ſtrâ tam pretioſus theſaurus, non dico
pereat, ( nam qui benigniſſimus Domi
eum Societati largitus eſt, eumdem, uti
vat ſperare, pro ſua bonitate ſervabit )
nec ulla vel minima ſui parte minuatur.

*4. Ex relaxamento Paupertatis.*

5. De Paupertate aliquid etiam dice
dum eſſet ; nec enim dubium, *quin ea re*
laxetur, indéque debilitetur noſtræ Reli
gionis murus. Et revera non ſe produ
in nobis ea grati animi, teneríque amor
ſigna, quæ huic virtuti, quam matrem agno
ſcimus, jure debentur. Sed aliud item eſt,
quod me pungit acerbiùs, & ob id Reve
rentiarum Veſtrarum conſilium & opem
imploro & expoſco. Reperitur nemo,
qui laxiores in hac materia evocet opinio
nes ac divulget ; atque utinam illæ paro
non adverſentur veritati ! Zelus inſuper a
marum ſanè quàm refrigeſcit in multis, n
míſque verum eſt, paucis nos eſſe contr
tos, & à nobis occupationes aſſumi, ac m
niſteria ex voluntate potiùs traducendi tem
pus, quàm ex ſincero ardentíque deſider
& fame ſalutis animarum. Eſt etiam, q
ſi velit, duorum inſtar eſſe queat ; ſed

sibi incommodet, nè unius quidem partes expleat. Hinc porrò fit, ut cui muneri olim satis forent quatuor, nè viginti quidem, ùt sunt hæc tempora, fortàsse sufficiant. Certè cum ipse mecum reputo, quid illi primi decem Patres effecerint; quid aliàs itèm hæc sola professa Domus Romana cum operarum numero sanè perexiguo, digna res mihi prorsus videtur, in qua omnes erubescamus, ùt verè operit faciem meam confusio. Huc pertinet, quod memini evenisse anno 1563. Nobilis quidam Româ, ubi aliquamdiu moratus erat, reversus in patriam, & interrogatus à suis, quid omnium vidisset Romæ pulcerrimum; planissimè respondit, Societatem JESU. O quàm vellem his nostris temporibus liceret idipsum affirmare non solùm de Urbe Romana, sed de aliis quoque, ubi sedem ac domicilium Societas nostra collocabit!

6. Ad hæc inter privatos crescunt vitæ commoditates, atque in dies curantur impensiùs. Faxit Deus, nè præcipua ejus rei causa tribuatur nostro Superiorum exemplo: nostrûm enim plerique in eo delinquimus; frustráque à subditis emendationem requiremus, si nos eam primi non exhibebimus. In recreationibus, in vineis, aliisque oblectamentis, negari non potest, *5. Ex cura propriarū commoditatum.*

quin appareat excessus, multáque superf
tas. In oratione, & examine quotidian
ceterísque spiritualibus exercitationibu
valde vereor nè quippiam desideretur à n
paucis. Quod si ægre, etiam cum eor
adjumentorum usu, religiosa vita susten
tur, quid tandem futurum est, si ejusm
exercitationes aut omittantur, aut adeò n
gligenter, oscitantérque obeantur, ut per
de sit, atque si prætermitterentur? *In his r*
rò non potest una aliqua generalis *præscri*
regula æque omnibus conveniens. Si quo
tamen aliquam sibi volet præfigere, illam
assumere licet, quam omnibus communi
assignat S. Augustinus, qui se ipsum interro
gans in hunc modum: *Quantum tempus o*
*rationi tribuendum est?* Sic ipse sibi respon
det: *Quamdiu vacat; id est, quamdiu ab*
*rum bonarum & necessariarum actionum n*
*impedientur officia.* Hac profectò regula u
utetur, nulquam ei vacabit loqui extra ne
pus, referre vel audire sæculi rumores, alien
ingredi cubicula. Quin imò, quod plu
faciendum est, longè majorem quovis in
co ac ministerio spiritualem consolation
& animi quietem experietur, séque suavi
& cum uberiore proximi fructu, in salute
animarum superimpendet. Denique ut ep
stolæ finem imponam, tametsi adversùs
ha

hæc, quæ strictim attigi, mala & incommoda non desint remedia, eáque per Dei gratiam efficacissima, quæ petere liceat ex Constitutionibus, regulis, instructionibus, & ordinationibus, quas, ut dixi, multiplicare non intendo, præsertim cùm negotii summa pendeat ab executione, quæ similiter pendet à Superiorum fortitudine ac zelo; quando certum est regularum praxim fore satis, ut omnibus occurratur incommodis: nihilominus tamen pervelim, & magnopere commendo RR. VV. ut fusis ad Deum precibus considerent, ac pro ea voluntate, quam eis Dominus largitur propensissimam in progressum Societatis, tractent inter se, inquirántque diligentissimè, quid demum possit effici, ut non modò nihil nostræ Religioni deterius contingat; sed potiùs ad id, quod perfectum est, assequendum, bene omnes animati contendamus, & quidem convenienter sublimitati nostræ vocationis, ac peculiaris instituti. Quidquid autem putabunt, statuéntque mihi suggerendum, accipiam ego libentissimè ab istius Provinciæ Procuratore Romam venturo. Equidem in eum finem jam ab aliquot mensibus ego singulis hebdomadis ex thesauro Societatis offero Patri misericordiarum magnum numerum sacrificiorum, & Rosariorum, ut ab

istis Congregationibus, quæ primæ sunt
quo me Dominus Deus, quantumvis in
bilem, qualem me in dies agnosco mani
stiùs, ad hoc munus destinavit, is qui spe
tur, propitio Numine, fructus percipiat
ad continuum Societatis incrementum,
subsidium animarum, ad majorem deni
divinæ Majestatis gloriam & honore
Quod superest ego me plurimùm, atque
animo commendo precibus omnium, & sa
ctissimis sacrificiis. Gratia *Domini nost*
Jesu Christi cum omnibus vobis
Romæ 7. Martii, 1619.

RR. VV.

*Servus in Christo*

MUTIUS VITELLESCHUS

EPI

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXV.

# R. P. N.
# MUTII VITELLESCHI

Præpositi Generalis VI.
Quarta,

## Ad Patres & Fratres Societatis JESU.

Anno 1639. 15. Novemb.

*De Anno Sæculari Societatis*

*Reverendi Patres in Christo, Fratréſq; Cariſſimi.*

Pax Chriſti, &c.

SÆcularem annum ætatis ſuæ, ac fundationis ingreſſa Societas magnam ſecum adfert conſolationis materiam, ubertatem gratulationis. Convenio illam, ſi minùs corpore, ac præſenti (quod ſummè averem) ſalutationis officio; at certè animo, & caritate ſtudiorum; nec poſſum ubiq;

propiorem ipsi me totum sistere, quàm
Epist. 1. ad Mar. Cassub. epistolam, quæ ab Ignatio Martyre, *sed dus portus* ideircò dicta est, quod alter affatus, & congressus inter absentes per ret. En adsum igitur amoris præsenti gressibus animi aditurus omnes Provinci quibus me communis Dominus præfec lim servum jussit, indignum licèt tam p tiosi nominis titulo; ac post arctos comp xus seorsim singulis divisos suavissimis P tribus, Fratribúsque, quos *cum Apollo*
Ad Philē. 12. *viscera mea in* CHRISTI *visceribus* jucun dè appellem, voco omnes in partem illi
Ad Philip. 1, 8. spiritûs, quo me in hac tantâ communis l titiæ copiâ divina bonitas dignatur, d excitamus beneficiorum ingentium dilec memoriam, quæ in nos amantissimus Pater & Dominus constanter juxtà, & liberal per solidum sæculum profudit; ac dum gratum testamur animum, quo nos para putemus officio functos, nisi præter verb & desideria, conatus quoque ardentes, validos tam benigno patrono, tam sollici defensori ejus in obsequia rependamus, e tamúrq; in posterum ejusdem tutelam, q ad finit imbecilla mortalitas, modis om
*Causæ celebrati Jubilei.* bus promereri. Atque hæc fuit potissim ratio, quæ me, auditis Patribus Assisten bus, in Provinciarum vota flexit illud ec

petentium, ut hic noster annus non absque aliquo solenni, & publico apparatu abire sineretur, de quo nuper ad totam Societatem scripsi; nempe ut hinc nobis non modò præsidium, sed necessitatem accerseremus quamdam; & hoc nos veluti pignore sciremus Deo, & hominibus obstrictos ad exprimendam in omni vitâ perfectionem, & sanctimoniam gratiis debitam, quas nos Deo agere profitemur: habet hoc etiam exterior species, & pompa in animum, ut illum efficaciùs moveat, nósque intrà nos cogat, ut in illo secessu à nobis exprimat vivum ejus virtutis ac spirans exemplar, quam adumbrant fluxi alioqui, & evanidi apparatus. Nec fuit alia Dei mens, cùm statis temporibus Jubilæum annum suo populo indixit, ejusdem quàm populi faustitas, & conservatio. Eductum siquidem ex Ægypto, destinatúmque promissis sedibus, noluit deinceps attributis semel possessionibus unquam excedere, sed eas, tum in familiis singulis hærere stabiles, tum ipsas familias primum florem, ac felicitatem in seros nepotes transmittere. Ob id lege cavit, nè quid ab se bonorum abalienarent; aut, si quid fortassis, ùt fert humana conditio, distraxissent, per certas annorum periodos designaretur annus, quo quisque sua reciperet, ac perinde

fo-

foret illorum dominus, ac si nunquam dim
dita fuissent. Proh! quàm clarè audire
deor illam quondam ad Moysem, nunc
Ignatium Dei vocem Patres, Fratrésque
Levit. 25. 9. & 10. rissimi: *Clanges buccinâ mense septimo in*
*versâ terrâ vestrâ sanctificabísque annum*
*vocabis remissionem cunctis habitatoribu*
*ræ vestræ. Ipse est enim Jubilæus.* Et ecc
eumdem non absq; divino consilio, & Ig
*Quid faciendum, ut annus secularis Societati Jubilæus sit.* tii ductu, solenni præconio jam *nuper*
nuntiavimus, & quidem septimo mense
num, qui ùt Jubilæus, ut Sanctus nobis,
Beatus evadat, quid opus facto sit accipi
*Revertatur homo ad possessionem suam, &*
*nusquisque redeat ad familiam pristinam, qu*
Ibid. v. 10. & 11. *Jubilæus est.* Si quo casu, aut negligenti
nonnihil nobis de sæculi pulvere, hoc quod
exegimus, sæculo adhæsisset; si quid forte
nobis in alienos distractum de hac terra bo
ctorum, quæ, quòd ad Jesum tota per
neat, abdicari prorsus non poterat; qua
fortè nostrûm turbulenta cum mundi sequ
cibus, perpetuáque commercia non dicam
in servum mancipâssent, cùm id per Dei m
sericordiam nec possim dicere, nec vere
sed vel exiguâ cordis particulâ minuissen
eámque mundo pignorâssent: *Revertatur*
*homo ad possessionem suam, unusquisque red*
*ad familiam pristinam, quia Jubilæus est. R*
cip

cipiamus sanè quod nostrum est, repetamus, inquam, paupertatem illam hæreditariam, & avitam, nihilo suo contentam, ac divitem; illam puritatem, quam sat est vocâsse angelicam; obedientiam usque adeò citam, & docilem, ut nutu solo ageretur; mores denique antiquos, sanctitatémque instauremus primigeniæ illius Patrum decem nostrorum, fortunatæque familiæ, qui pauci numero, atque annis, in navandis tamen Christo laboribus virtutem, ac robur unius populi, ac integri sæculi æquârunt. Scio posse, quæ Dei est gratia, Societatem nostram generatim annorum centum, quem ait Isaias, infantem vocari; diverso tamen hoc, & optimo sensu, quod se ad hoc ætatis, annique centesimi & servârit semper, & majore nunc curâ, quàm unquam antea innocentem, velut Infantulam, conservet, labísque ignaram, & gaudentem primo etiamnum lacte integritatis & sanctimoniæ, quod ex illo hausit Parentis Virginum casto sinu, in quo, & nata est, & hactenus crevit: si quâ tamen corporis parte (quod ipsi conflamus) aut tristi eventu, aut vetustatis injuriâ paulùm elanguisse videretur, & senii aliquid sensisse, vehementer opto, quoscumque id tangit, hoc saltèm contendere, ut, ex Hieronymi intelligentiâ, possit Societas centum annorum

*Societas centum annorum infans.* Isa. c. 55.

In cap. 65. Isa.

rum infans meritò nuncupari: hanc Be
Doctor nomenclationem Christo
commodat, per centenarium Abraham
in Isaac, progenito: ità nos velim hoc a
quod claudimus, Patriarchæ nostri ac
tris Ignatii postlimus blandâ illâ frui co
pellatione: *Filioli, quos iterum parturio,*
*nec formetur* Christus *in vobis*, un
*quasi modo geniti infantes* novæ in Chr
sto vitæ cum novo spiritu renascamur;
citissim denuò nascatur in nobis Christ
Jesus, totúsque à nobis in nos ipsos im
tandi studio transferatur, hoc est, legu
nostrarum observatione diligenti, omnig
ex parte perfectâ. Tali hac vitæ instaur
tione, istóque accessu animorum ac vi
collecto in novos procursus impetu, & ar
dore iterabimus alterum sæculum sanctis
tis nullo usquam loco substituri, *donec o*
*ramus in virum perfectum, in mensuram a*
*tis plenitudinis* Christi. Atque hoc
lud est virile robur ac validum ab innoc
tia puerili numquam sejungendum, quo
stra Societas ùt penè vix nata, *& adhuc*
*fans ab ubere, delectabatur super foram*
*aspidis*, ità deinde constantiùs non pri
tantùm integritatis tenax fuit, sed vigor
& robustæ virtutis. Me quidem Cal
apud Josue ducem olim gloriantis abrip

*Singuli sint in Societate quasi modò geniti infantes.*

Gal. 4. 19.

1. Pet. 2. 2.

Ad Ephe. 4. 13.

Isai. 11. 8.

*Societas Calebo similis.*

la vox in ſenſus intimos gratiarum, quas æternæ beneficentiæ debemus; cùm poſſe Societas apud Imperatorem JESUM videatur non minùs ingenuè profiteri. Hodie centum annorum ſum, *ſic valens, ùt eo valebam tempore, quando ad explorandum miſſa ſum: illius in me temporis fortitudo uſque hodie perſeverat tam ad bellandum, quàm ad gradiendum.* Ità eſt planè, ità eſt, faventis miſericordiæ propitiam manum experta eſt, cujus beneficio condita, conſervata eſt ad hoc ævi, ſuo illo flore ſpiranti, ac vegeto, quo ſe tum ferebat, cùm primùm orbe toto ſparſa exploratum iit, quâ parte, ac modo illum Deo ſuo, ejúſque legi ſanctiſſimæ ſubjugaret. Videmus nunc etiam magnâ noſtrâ & incredibili voluptate, ac ingenti lucro bullientes cruores, & maſculum robur tot, ac tantorum Sociorum certam nobis fidem præbentium integræ hodiéque ac regnantis in Societate fortitudinis Majorum, *tam ad bellandum* contrà Dei hoſtes, & aſpectabiles, & occultos, *quàm ad gradiendum* in omnem religioſæ vitæ curſum, cæleſtiúmque profectuum. Et verò, qui tandem morderi ſenio, & rugis ſulcari potuit, quæ jam indè ab ortu ad *mamillam Patris* labra applicuit; (ſic JESUM Clemens Alexandrinus vocat) virtutum ipſius divinarum, vitæque

Joſ. 14. 10. & 11.

Pædag. c. 6.

lacteæ

lacteæ incorruptos, & vitales succos affi
exsugens, vitam exin suam, & vitæ regu
*Magnæ causa lætitiæ.* perpetuò ductura? Dulcis haud dubiè n
omnibus causa miris nunc incessendi læti
si modò illam redamamus, ex qua & in
renati sumus, & in Christo Jesu educ
*Hujus labes, si qui filii degeneres.* Verùm enim verò quæ foret hæc labes,
qui hominum nostrorum in hoc Societ
flore, ac spiritu adeò exsangues, & inva
di cernerentur, ut nequirent præ debili
te consistere, nédum aliquid *moliri? Pe*
tentosum ac monstro simile viderentur ad
lescentis adhuc Matris confecti jam seneſ
filii sermonem de se utrimque famosum
nè præbituri; cordatis quidem viris dicer
tibus mentiri hos nomen, dum se tantæ Ma
tris partubus accensent, esse potiùs alienos,
ùt scitè colligit Rex vates, cùm ait: Fi
Psal. 17. 46. *alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveter*
*sunt, & claudicaverunt à semitis suis*; infa
sis autem, atque malevolis ansam capta
bus de natorum imbelli, & decrepita ætat
arguendi Matris ipsius dolum, re ipsâ effo
tæ, sed dissimulantis exhaustam ætatem,
specie tenus vigorem lætum annósque in
gros venditantis. En quantam invehunt S
cietati cladem, qui professionis suæ imm
mores, (si qui tamen inter nos hujusmo
sunt, & faxit Deus, nè unquam ulli sint
re

regia via Regularum ſanctarum exorbitant, & in prophanis mortalium oculis, quos non valemus declinare, vivunt ex profano ſenſu, uſúque mortalium: nec purgat labis hujuſce dedecus, quod in contubernio ſancto degunt hominum verè religioſorum, & ſpiritu ambulantium, quorum quaſi ſub umbra ſplendida protegantur, ſed hîc ſi uſquam probatur veriſſimùm, quod ab S. Hieronymo quondam ſcriptum de beata illa virginum domo nunc legimus: *Sanctum propoſitum, & cæleſtis angelorúmque familiæ gloriam, quorumdam non rectè agentium nomen infamat*; transfuſo videlicet in ſanos atque immerentes morbi ſui probro, vel communis ſaltem aliorum virtutis pretiosâ famâ privatis vitiis accisâ; eo prorſus exemplo, quo ùt monet Apoſtolus, *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*; aut quo pauci heu! cani pulchram cæſariem deturpant nigro, alioqui lucentem ſplendido; qualem, ex mente D. Gregorii, aliorúmque Patrum, nihil vetat Societatem intelligi noſtro in capite CHRISTO JESU blandè fulgurantem, de quo illius probè gnarus cecinit divinus Spiritus, *comæ ejus nigræ quaſi corvus*, aptam ſcilicet plenarum virium conſtitutionem, juvenile robur, ac heroum eâ coloris notâ ſignificans. Ad unguem denique in nos ca-

Ep. 8. ad Demetr.

1. ad Cor. 5. 6.

In c. 5. Can.

Can. 5. 11.

dit quod in dispari argumento eleganter
Lib. 7. de prov. xit Salvianus: *Ità est Ecclesia* (dicamus
cietas) *quasi oculus; nam ut in oculum, etia
si parva, sordes incidat, totum lumen occu
sic in hujus corpore, etiamsi pauci sordida
ciant prope totum ejus lumen offuscant.* Pe
git me, fateor, Patres mei dilectissimi,
Fratres, & miserè lancinat ista res, atq
haud scio, an quemquam pariter non ang
si quo erga tam bonam, & honoram Matr
pietatis sensu, pulsúve tangitur; *pungit i*
quam tantò acerbiùs, quantò pridem, ùt
liàs memini, hâc sorte vivimus, malàne,
secùs non affirmo, malo certè bonæ caus
partu, nisi bonus quoque hic partus est,
optabilis eventus, quo simus saltèm cum
res, & ad meliora compellimur. Nim
rum illam pridem in hominum mentib
opinionem præscripsimus, ut ob eam, quæ
in nobis vident, aut rentur vidisse con
sionem voluntatum, quicquid in quopi
vitii notârint, statim attribuant univer
& ex deformibus privatorum nævis co
mune mox damnent: quo dici luctuos
quid potest, vehementius, acrius ad
stram cujusque sollicitudinem, & conten
nes in vitæ totius disciplinam, integritat
que diu noctúque applicandas? Itáne vo
& esse poterit, ut meâ unius vel caussâ,

*Unius in Societate Vitium attribuitur universis.*

culpâ illud paſſim triſte occinatur; Societas Jesu avitâ nunc modeſtiâ excidit, quâ unâ ſecernebatur ab aliis; excidit zelo animarum; amiſit verecundum illud, religioſum, ſanctum, quo ſuam omnibus operam commendabat; mutata eſt ab illa, quid opus eſt pluribus? quæ olim fuit, jámque alia eſt: & hæc videlicet ſtudioſiùs non ſugillant, non libenter garriunt homines? inquit Gregorius Nazianzenus: nam in aliis communitatibus, *cùm non ideo nigri judicentur, quia nonnulli tales ſunt, nec obſcuri, aut ignobiles,* Or. 3. de pace. *aut deformes, aut ignavi, aut intemperantes, quòd plures ità ſe habeant; verùm unuſquiſque privatim conſideretur, & expendatur, nec res ulla tam in laude, quàm in vituperatione poſita communiter omnibus tribuatur: hic contrà* (credas hunc loqui de Societate) *vitium unius ad omnes facilè manat, atque ob quorumdam culpam, univerſus Ordo in invidiam, criménque vocatur. Quódque omnium miſerrimum eſt hæc criminatio non in nobis conſiſtit, atque defigitur, verùm ulteriùs ſe porrigit, ac magnum, & venerandum Religionis noſtræ myſterium in eandem invidiam trahit, & ex iis, qui noſtrarum rerum cenſuram faciunt, iniqui, & peracerbi in legem quoque ipſam, quaſi vitii magiſtram, culpam conferunt.* Dixi hoc eſſe infelicitatis noſtræ; nam eſt planè

mirum, & miserum pendere tot proborum famam ex negligentia paucorum non sic amussim Instituto nostro sese aptantium; cétque liberè cum Augustino concedere,

Ep. 137. quando fortassis *contristamur de aliquo purgamentis*, id mirum videri non debet in hac tanta ejusdem ordinis multitudine quæ denique hominibus constat; *in ea* quidem ùt plurimùm quoque *consolamur pluribus ornamentis*: nec fas est *propter murcam*, quæ tum est permodica, tum cò fœcatur, aut foras mittitur, *torcularia dete stari, unde apothecæ Dominicæ fructu olei lu minosioris implentur.* Addidi verò hac ite ex causa nos esse singulariter felices, quod hic nobis subdatur à Deo stimulus, ut cum que revera inesse hunc convenit, agendi per inde, ac vivendi, tanquam si unusquisque totam solus fratrum suorum famam, hono rem, existimationémq; matris: gloriam Co pitis & Imperatoris CHRISTI JESU ho moribus sustineret. Hinc verò cælitus in vacibus studiis accendi me sentio, nec de biis spebus, fore, ut hâc tam pronâ redem tis sæculi occasione & aditu, sese quibu nostrûm seriò colligat; subeat penitus in

*Omnes actiones nostræ*

cretius animi conclave velut gemino gr su, quorum prior sit exquisitum examen, retractatio accurata rerum omnium nost

rum, caſtigando, dirigendo, componendo ad famæ communis trutinam & exemplar, nè quo uſquam noſtro privato errore Societatis nomen maculetur; ſed quidquid acturi deinceps erimus, hoc incitamento ad præclarè agendum provocemur, rati non tam nos ipſos, quàm Societatem in nobis agere, crebrò illud nobis Auguſtini ad Aprignum repetendo, inculcandóque: *Quod tu facis, Societas facit, propter quam facis, & cujus filius facis.* Nec debet hæc cogitatio populorum dumtaxat opinionibus cavere, verùm etiam, atque adeò magìs, divino illi judicio, quo ſæpe unius peccatum in tota plectitur univerſitate. Ecquid redit in mentem Achan ille violator præcepti Hebræo militi per Joſue ducem à Deo poſiti, nè quid vel minimum detraheret de hoſtium ſpoliis, poſt inſignem illam victoriam? peccavit is unus, rei omnes vocantur: *Peccavit Iſraël, & prævaricatus eſt pactum meum.* Quare toti populo graviter offenſus unius crimen in cæteros ultus eſt, & funeſtâ illâ, ac terribili clade in eos deſæviit. *Itaque pertimuit cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt. Joſue verò ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini uſque ad veſperam.* Unde Salvianus in hanc rem appoſitè: *Crimen unius hominis, plaga omnium fuit.*

*exigendæ ad famæ communis trutinam.*

Ep. 150.

*Deus ob unius peccatum aliquando punit totam communitatem.*

Joſ. 7. 5. & 6.

Lib. 4. de prov.

*fuit.* Quis scit, an non rarò turbines, qui
Societas, ignota ex causa, & ex nubium
culto impetitur, quorũ metus ac dolor
rorem nobis ciet & lacrymas, pronosq;
humi in genua corporis, pronos in cælo
ram Arca vera Testamenti nostri, Christ
Jesu in cordis genua abjicit; quis scit,
quam, num unius crimen plaga omniũ fiat
hoc eò magìs, quò nihil opus enormi scele
aut magnis criminibus; sat est levis nonnun
quàm lapsus, cùm ingrati animi pondere
stitiã proritat, ejúsq; iras in reliquos sparg

2.Reg.24. Sic recensiti populi culpam unus David a
misit, & quidem multorum sententiâ
gravem; hanc tamen luêre univers
mihi quidem gratum est credere re
nos aliter habere, & has tempestates
culpâ cujusquam excitari, sed piissimi
tris singulari erga nos amore, filiorum

Jerem. 1. 9. gitantiam *in judicio, non in furore su*
jurgantis. At enim caritas plena est
ris solliciti, fingítque animo illa etiam
quæ esse possunt, tametsi non sint re
futura: debet igitur hæc cogitatio ille
cordibus perpetuò instare, quos Soci
tis remordet cura, ut spinæ hujusce
ti punctione ad jugem disciplinæ no
custodiam arrecti, sempérque vigiles,
hil umquam peccent, quod parens o

ma & ſuaviſſima cruciatu ſuo luere cogatur.

*Primævus Societatis ardor & Spiritus inſtaurãdus.*

Alter eſt greſſus intrâ mentis noſtræ receſſum ferendus; inveſtigatio non defunctoria, num quâ parte in nobis obſoleverit ea flamma, quâ quondam arſimus, ignis illius ac ſpiritûs non degener filia, quo primùm vixit Societas, hodiéque ſe tuetur & vegetat, ut ſi quis ejuſmodi deprehendatur tepor, ſuſcitetur non ſegni operâ, & antiquo fervori reddatur. Neque verò diſſimulandum eſt, quin nimis proclive ſit tale aliquid evenire: quis enim hac mentis gravedine non ſe identidem premi ſentit quamdiu mortis hujus peregrinatur in corpore; *Ecce corpus, quod corrumpitur, aggravat animam*, inquit Auguſtinus: *Vitam ergo habet anima in corpore corruptibili: qualem vitam? onera patitur, pondera ſuſtinet, ad ipſum Deum cogitandum, ſicut dignum eſt ab homine cogitari Deum, quanta impediunt, velut interpellantia de neceſſitate conditionis humanæ? quanta revocant? quanta à ſublimi intentione detorquent? quæ turba phantaſmatum, qui populi ſuggeſtionum?* an non hæc animam enervant? ac ſinè ſenſu in ſenium urgent: Nimiùm id quidem experti novimus, cùm improviſo ſpiritûs languore torpere nos ſæpiùs repente advertimus, & egere illius Davidici moniti: *Renovabitur, ut Aquilæ, juven-*

In Pſalm. 102.

*Renovanda juventus noſtra ut Aquilæ.*

Pſ. 102. 5.

*ventus tua.* Refert Augustinus huic avi
reginæ, ætatis jam mole fatiscenti adu
rostro, quà in uncum exit, callosam durit
& fræno quodam veluti carneo rostrum
perius cum inferiore tam arctè connecti
disjungi ad pabulum non possit: *hinc p*
*gravatur languore senectutis, & inopiâ co*
*dendi langueſcit.* Verùm addit à natura d
ctam, melioris ævi opportunitatem revoc
re: illisâ namque & afflictâ, attenuatáque
saxum aliquod adunci oris exuberantiâ, d
thale obstaculum paulatim absumit, & viar
pabulo tandem facit, mox ergo *accedit a*
*cibum, redit vigor omnium membrorum, nit*
*plumarum, gubernaculo pennarum volat re*
*celsa sicut antea, sit post senectutem, quasi*
*venis Aquila.* Hæc quàm sint vera non di
sputo, penes auctores fides esto, apud qu
legit Augustinus: sat habeo, hunc fer
modum, seu vitio annorum, seu nostrâ qu
dam incuriâ, cordis nostræ labris mas
nescio quam curvorum in terram affec
um, & cupiditatum excrescere, quo, n
quam carneis lupatis, animi ora violen
clauduntur, nè possint ad cælum expan
& divino pabulo recreari. Quod idem
Ps. 101. 5. gebat diverso symbolo Rex Vates: *Perc*
*sus sum ùt fœnum, & aruit cor meum:* en h
guor & senecta: sed quænam hujus est c

ſa? *quia oblitus ſum comedere panem meum.* Ibid.
Unde porrò hæc ineluctabilis capiendi cibi
difficultas, & deſuetudo? *adhæſit os meum* Ibid. v. 6.
*carni meæ*, en os obſeratum circumfusâ du-
ritie, in quam permiſſus ſibi ſenſus inſanè
protuberat. Quam verò ſuſpicamur cau-
ſam noſtri ſubinde in rebus divinis faſtidii?
noſtræ in colligendo animo laborioſæ mo-
leſtiæ? reducendíſque in viam cogitatio-
num vagarum erroribus, eò non rarò pro-
gedientium, quò minimè volumus, quòd
tum illas non repreſſerimus, cùm poſſemus.
Quid ille rerum infimarum, mundi, hono-
ris, parentum, commodorum tenax amor,
& viſcatus? illa factis quidem, nam verba
nihil moror, rebellanti carni & ſanguini,
quàm ſpiritui major auctoritas, illa viribus
caſſa, & exſucca inter conflictus cum hoſte
domeſtico imbecillitas repugnandi adverſa-
riorum petitionibus, forſan ut non penitùs
ſuccumbens, at eam non exerens alacrita-
tem, animi & excelſitatem, cui uni datur
victoriæ nomen? ſunt iſti fructus remiſſæ
virtutis, & diſſoluti ſpiritûs, qui niſi tem- Ibidem.
pori erigatur, ac refocilletur, eſt planè ca- *Per aſſidu-*
ſui proximus, & interitui. Quid igitur hi- *am Chri-*
ſce tot morbis remedii? præbet ibidem Au- *ſti pati-*
guſtinus. *Firmitas petræ tibi excutiet vetuſta-* *entis me-*
*tem, petra autem erat* CHRISTUS; *in* *moriam,*
*ac medi-*
*tationem.*

Christo *renovabitur ùt aquilæ, juvent tua.* Crevit vetuſtas, os clauſit, atteratur petra, beata ſcilicet illa petra, quæ ſeve tatis propriæ ſceptro vulnerata vitales ex ſe quondam rivos fudit omnia excitantes omnia ſaginantes. Quidni & nobis ſuo cordis ore illam cædentibus, præter ſub litatem, quâ egemus, à terrena concre ne expeditam, vitæ ros indidem manad ariditati noſtræ irrigandæ? *Revireſcet ſp num*, ait alibi Auguſtinus, irrigatum ſa guine Salvatoris. Quàm verè illud dici po teſt Christi laborantis, atque morien tis aſſiduâ meditatione noſtras ad petram a fectiones allidi ac dolari, & illam earu pertinacem protuberantiam exedi, quæ pro ceſſu temporis adnata oris intercludebat of ficia, vetans nè poſſet animus ad Deum e fundi, & cum ſancto Propheta exclamare

In Pſal. 150.

Pſal. 118. 131. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Ita que hoc nobis præcipuum, ut ſanè per eſt, magnopere optârim renovationis no ſtræ præſidium eſſe, nempe orandi ſtudi um; reſtituendo imprimis, ſi quid in eo re trò defluxerit. Sic ferme aſſolet, cùm ar tis deciduæ, ac propè deperditæ inſtaura da eſt excellentia, ipſa primùm paratur, & reſtituitur cum neceſſariis inſtrumentis exe ercendæ artis officina: neque id nos lata re-

*Renovatio noſtra initium ducere debet à ſtudio Orationis.*

recoquendæ ad purum igne cæleſti ſenectutis, & reparandi ſpiritûs officinam non aliam eſſe, quàm orationem. Sic divinus Pſaltes: *In meditatione*, inquit, *mea exardeſcet ignis*; acer nempe ille, & agendo promptus ac mirificè potens, à quo pertingit nativus in animam, ſeu, dicam potiùs, divinus calor, unde illa vitam, & vires ducit. Mira omnino, induſtriáque officina nobis ab Sanctiſſimo noſtro Patrefamilias IGNATIO erecta, inſtructa eximiis, & ſupra quàm poſſint inveniri locupletata inſtrumentis, & adminiculis, quæ ſicubi cujuſquam deſidiâ vel æruginâſſent, vel forent omninò diſſoluta, iis reficiendis, ac repoliendis incumbendum eſt toto niſu, advocatâ in opem exercitiorum ſpiritualium efficacitate: hîc proinde facere nequeo, ad iſtorum uſum, quanto poſſim maximo ardore, quin omnes adhorter, rogando plurimùm, urgendóque ut illa ſeriò complectantur, adhibeántque ex propoſito in hunc finem, ut ex iis ingentes animos, ac fortes colligant ad hanc artium artem toto deinceps, quod reſiduum eſt, vitæ tempore fructuosè tractandam, futuram utique uſui non ad integrandam ſolummodo juventutem, ac valetudinem, verùm ad arcendam in poſterum à nobis in perpetuum vetuſtatis omnis injuriam. Pſal. 38. 4.

*Deinde uſu Exercitiorum ſpiritualium S. P. N. confirmari.*

Quam-

Quamquam ista, quam dico, senectutis
quacis injuria defendi à nobis præsent
remedio debet, præ quo cætera omnia i
strà sint ; non novo tamen illo, & igno
sed antiquo, at hìc, si potero, vi novâ p
dito, & ad curationem idoneè mixto.
undat hoc sæculo Societas nostra, pra
Constitutiones, & Regulas, id est, ùt
interpretor, exundantem thesaurum lect
morum pharmacorum adversùs omnia m
borum genera ; sed abundat præterea
nitis, Ordinationibus, Instructionibus
multis, tam certis, ac salutaribus in qu
libet casus, & occasiones, ut nova cuiu
vel proferre videatur magìs perturban
qui valent, obruendis ægrotis profu
rum ; quàm conservandis illis, & his p
sanandis. Unum est modò, quod defi
rari nonnumquam possit, & hoc tantop
commendo, ut nec graviùs valeam, n
majore studio commendare, votis omnib
id optans tam altè singulis in animum d
scendat, nè quo umquam rerum, aut te
porum lapsu eradatur, sed quoties se dab
occasio confestim ab animo in manus op
que prodeat ; Est verò illud, accurata,
efficax Ordinationum, quas habemus,
remediorum executio, & applicatio, cui
tantùm unius operâ atque usu vigebit æte

*Tum accurata & efficaci ordinationũ executione.*

no juventutis ſucco Societas, nec *in ſæculum* dumtaxat, *ſed in ſæculum ſæculi* florebit. Pſal. 20. 7.

Audiamus quàm pulchre Auguſtinus. *Non ergo te ſanabit, qui fecit talem, qualis non ægrotares, ſi legem ſanitatis acceptam ſervare voluiſſes? Nónne tibi & diſpoſuit, & mandavit quid tangeres, & quid non tangeres ad retinendam ſalutem? noluiſti audire ad retinendam, audi ad recipiendam: languore tuo expertus es, quàm vera ille juſſiſſet.* In Pſalm. 102.

Infelix boni experientia, quæ ex prono in malum lapſu percipitur; eſt tamen quod ex ea quoque lucremur, *jam tandem homo; quod non tenuit monitus, audiat vel expertus.* En quanta immineat executionis neceſſitas: quæ ſita eſt haud quidem in illis tantummodo, qui curari velint, ut curationem, & remedia admittant, quales ſunt, qui aliis ſubſunt; ſed in iis potiſſimùm, qui præſunt, ut eadem admoveant, eorúmque ab laborantibus rationem fructúmque exigant. Eſt profectò illorum, qui reguntur, valetudo, ac vigor ſpiritûs magnam partem in pervigili ſtudio, diligentíque cura regentium poſitus, videmúſque ùt plurimùm quales Domus, & Collegia Rectores nacta ſunt, tali ferè obſervatione, diſciplinâ, ordine ſtrictiùs, laxiùs temperari; & certum eſt illud Nazianzeni: *Subditorum mores, uti opera de*

*Requiſita non tantùm in ſubditis, ſed multò magis in Superioribus.*

Orat. de ſeipſ.

*de artificibus, sic de Superioribus testimo*
*ferunt.* Mihi quidem, ut verum fat
1. Reg. 3. *ambæ aures tinniunt*, quoties recurrit o
11. pronuntiat S. Leo. *Inferiorum*, inquit,
Ep. 2. *dinum culpæ ad nullos magis referenda s*
*quàm ad desides, negligentésque Rectores*
*multam sæpe nutriunt pestilentiam*, dum
*cessariam dissimulant adhibere medic*
Quantò severiores sunt tituli, quibus ad
gendam ab suis disciplinam virtutis com
luntur, tantò iis gravior, si dissimulârint
causa metuendi: ob eam enim, quam n
dit Deus minoribus subjectionem sub
jore, dici vix potest, divino obsequio q
tùm hic noceat, si oscitantiùs rem ge
nam ùt principio, esto quidem ad pœn
Gen. 4. *signum Deus in Cain posuit*, nè à quoquam
15. terficeretur, ità illos, qui præsunt, sed
nam in partem, fecit signo quodam ver
randos, & eorum frontes charactere ho
ris, & auctoritatis tam luculenter decor
vit, ut iis subjecti nefas censeant repug
Psal. 85. re: atque hoc illud est *signum in bonum*, q
17. se ornari David precabatur, perduelles s
ejus imperio, & observantiâ fracturus.
Lib. 24. ergo illud Gregorii dictum, quod sem
Moral. in oculis gerant Superiores, pulchrum
mnino, sed æquè terribile; in horrendo
lo supremi judicii Tribunali, unam à sub

ctis animam, plures à Rectoribus deterendas. *Quare penſet, qui ad ſatisfaciendum diſtricto Judici de ſua tantùm anima vix ſufficit, quia quot regendis ſubditis præeſt, reddende apud eum rationis tempore tot ſolus animas habet.* Et quidem arbitror, quæ Dei eſt bonitas, quotquot præſunt in Societate, magnâ voluntate, proníſque ſtudiis eò ferri, nè quid ſollicitudinis omittant ad urgendam eorum executionem, quæ fovendis nobis, ac perficiendis præſcripta ſunt, réque ipsâ nihil omittere; verùm quia homines ſumus, proindéque humanis obnoxii, admittit crebrò, probè abſque ſenſu, aut parit animus occultam quamdam rubiginem vel affectûs, vel opinionum exerrantium tantiſper extra lineam; quibus nonnihil minuitur, aut ſaltem tardatur illa vis, quæ ad exequendum eſt neceſſaria. Ex iis pauca obiter attingo; quorum unum eſt communius quoddam, & latiùs patens, etſi ab caritate, ſed minùs compoſita profectum deſiderium omnium æquè juvandorum, ac provehendorum in melius; at parùm cogitans, poſſint nécne juvari, aut obfutura ſit permultis unius juvandi contentio. Hinc fit, ut Rectores habenas remittant, multáque taciti prætereant, magno communis obſervantiæ detrimento, hoc uno decepti rationis fuco, quòd

*Cauſæ, cur Superiores ſint remiſſiores in executione.*

*Primò inordinatum deſiderium omnes æqualiter juvandi.*

quòd nimirum verentur, nè parùm secu
exitu premere aliquem, ubi necesse est,
cipiant, frangántque illum priùs, & dir
hant, quàm ad recti normam reducant:
satis advertunt, quantùm interea utili
publicæ noceant, ad privatam tamen
prorsus conferant. Non hæc profecto
ratio sanctè aliquos juvandi, retinendi
intrà vocationis castra, plenam illis co
facere audendi quidvis, seu negligendi;
nec refractarios equos, atque indociles
go, quà rapit impetus, & indomita li
per quævis avia excursu, permittendi
loris in via continemus; sed attempera
ad occasiones, & nunc suaviter adduc
fortiter modò, & cum imperio adstrictis,
tortáque ad motum frænorum, & vi
nutus obedientiâ. Bonus ille apud E
gelistam Lucam Samaritanus, qui quam
pius tantùm industrius, & cordatus, ex
plar fuit bene regentium; jacentis illius
semianimis hiantes plagas alligando
vit, non laxando, *alligavit vulnera ejus*,

Lib. 7. in c. 10. Luc. suo more prudenter Ambrosius: *confi*
*vulnera austeriore præcepto.* Quod tam
sic nolo intelligi, ut non liceat aliquand
imò fortasis & debeat spe bonâ veri,
inanis & ficti, ad Dei gloriam momenti
piam aliquid indulgeri, ad dissimulari

aliquo ; sed cautè admodum , & suspensâ manu agendum id ajo , vitatâ qualibet offensionis publicæ justâ causâ , & vel exiguo exempli non boni periculo : ac in universum illud ratum fixúmque tenendum est D. Augustini consilium , ac temperamentum : *Sic vigilet tolerantia , ut non dormiat disciplina.* Est hic tantopere à Jobo laudatus, quia perpetuus , indefessus , somno , & intervallis carens , cælorum concentus ( *concentum celi quis dormire faciet* ) cujus dulcedine cælestes evadunt eæ nostræ Domus , & ea Collegia , in quibus sempiterno choro celebratur.

Serm. 24. de verb. Apost.

Job. 38. 37.

Affine huic est impedimentum alterum executionis , in eo situm, nè quem abs te unquam alienes , nè cui displiceas : quod quidem effatum tum foret probandum , ac necessarium , si quis Beatis spiritibus præesset ; ut verò idem homini procedat homines regenti , nè sufficiat quidem , si ex spiritu vivant , nisi sint quoque purissimi spiritus , & planè corporis expertes. At valebit tum demum , probabitúrque axioma , si Superiores paterno animo , ac propensâ mentis comparatione solidæ suorum consolationi totis viribus studere cupiant , nec ulli umquam molestiam creare : stent verò nihilominus in gradu , &, ubi res poscet , ac di-

*Secundò timor displicendi.*

vini obsequii ratio, audenter eant, quò v
cat necessitas, & quoad postulat (sequam
hinc licèt aliquorum mœrores, & queri
niæ ) velut exactores divinæ voluntat
nam & teneri Patres parvulos filios per
pe contristant insistendo, premendo, inc
pando, quà puerorum utilitas, & salus
miliæ suadet, éstque apud nos, quàm sit
pud istos Gregorii sententia verior, quæ
tris animum in Superiore à matris ani
Past. c. 7. distinguens sic deinde concludit: *Rectus subditis, Matrem pietas; Patrem exhib disciplina.* Et vanus plerumque nec legi
mus est hic jubentium timor, nè lacer
suos, illósque conturbent, si eâ, quâ dece
caritate ab iis flagitent religiosæ vitæ
cia; quin magis verendum, nè idcircò
re apud eos offendant, quòd usque a
videantur eorum virtuti, pietatíque diffi
re. Nam nobis tandem res est cum ho
nibus, Deo sponte ac ultrò mancipa
Christi jugum sponte ferentibus, ip
que doctis experientiâ, leve ab eo fact
esse, qui ejus in se periculum facere, p
músque illud tollere voluit, nunc verò
*putrescere facit jugum à facie olei*; ac tam
si ità oneret quandoque, ut doleat illius po
dere, ac sese commoveat natura fluxa,
debilis, perfertur tamen non invitis hum

ris, ac ſub eo duratur, occurrente illo B. Auguſtini diſciplinæ hujus, & oneris lemmate: *non eſt pondus onerati; ſed ala volaturi.* Sic, velut totidem alites paradiſi, non habent noſtri has pennas pro pondere, quamvis inſit in iis aliquid ponderis, cùm, *etſi portant illas in terris, portentur ab illis in cælo*, audiántque illam à Superiore cum voluptate Dei vocem ſub regulæ onere hortantis, atque confirmantis: *Porta pennas pacis, alas accipe caritatis.* De verb. Apoſt. Ser. 24.

Tertia labes executionis cenſeri poteſt Superiorum in aliquos privata propenſio, quibus, ut tutiùs, & abſque aperta iniquæ gratiæ nota conniveant, nihil nimis in commune ſtringendum ſomniant, ſed interpretandum in multis leniùs, & cum multis connivendum. Jam has etiam leges nimiùm humanas ſi qui animoſiùs æquo proculcent, nec ità laborent, nè videantur in omnes minùs æqui; patet illa eorum ex aliis religioſæ obſervationis exactio, prætermiſſis nonnullis, qui pariter ſunt eidem obnoxii, quàm nullâ vi polleat, quàm nihil ſit nervorum habitura. Unde magnum eſt regenti præſidium ad impetrandum ab ſuis, tum facilè, tum magna cum ſuavitate communis diſciplinæ cultum, ſi apertos eorum in merita, factáque oculos teneat, in perſonas clau-

*Tertiò Superiorũ in aliquos privata propenſio.*

*Superiores apertos teneant oculos in facta, clauſos in perſonas.*

claudat. Nec vacat mysterio, quòd t
Gen. 27. cæcus esset Patriarcha Isaac, cùm erat d
bus filiis solemni benedictione bene pre
turus; si utrumque ex vultu clarè disc
visset, res erat plena periculi, nè animi
inclinationem pluris faceret descriptioni
divinis, & tenerum illud atque molle e
Esau suum Jacobi meritis anteferret: ne
pe omnium Pater non debet commun
animum privatim cuiquam addicere; n
uni dexteram, sinistram aliis destinare;
*Æquales se omnibus præbeant.* quantum in ipso est, ambidextrum, & æq
lem se omnibus præbere, ratione omni
criminis à Deo solùm expectatâ, obfirm
tâque mente ad servandum illud Domini
Matt. 20. 23. sponsum. *Sedere ad dexteram, vel sinistr*
*non est meum dare vobis, sed quibus para*
*est à Patre meo.* Sed si tantum obsun
*Quartò privatus sui ipsius amor.* perioribus in exigenda executione sing
res affectus in alios; quid privatus in
psum amor cum proprii nominis, & co
moditatum acriore studio conjunctus?
hic videlicet, hic, inquam, humor est
tilis, & lentus, qui nervos gubernationis
citè invadit, atque illam emasculat, ut
immobilis, jacens, sine ullo efficiendi
bore marceat, quod unum in Superiore
quiritur, ut possit singulis liberè, & sua
Matt. 18. 28. ter jubere: *Redde quod debes.* Parit in
pe

pejus aliquid hic amor, penetrat ſeſe atque inſinuat in oculos mentis; aut vigilans illud, ac providum, quod eſt utilitati publicæ perneceſſarium iis eripiens; aut verò cogens cæcutire, ac iiſdem de rebus, tam ad ſe quàm ad alios ſpectantibus, diverſa judicia fingere, quæ duo magnam perniciem inferunt ſapienti, & erectæ executioni; ac ſi alibi uſquam, hîc certè præcipuè locum habet illud Gregorii: *Vehementer claudit oculum cordis amor privatus; ex quo fit, ut hoc, quod nos agimus, & grave eſſe non exiſtimamus; plerumque agatur à proximo, & nimis nobis deteſtabile videatur.* Et quid tandem quis valet in hac obſcuritate animi caligantis abſque rubore jubere, aut vetare, quæ alioqui Regulæ poſtulant, dum hæc ſibi agenda, vel omittenda non judicat? Quæ ratio hoc validior eſt in Societate, quòd in ea, Deo miſerante, illud retinetur, ut Superiores cæteris præeant in omni etiam religioſæ vitæ officio, cuſtodiáque Regularum, præſténtque hoc ſolùm aliis, quod præter propriam, quin propriis humeris diſciplinæ communis provehant obſervationem, illius in Canticis imitatores ſponſi, qui ſponſam miſſurus in myrrhæ montem, amaroris ſedem, & acerbitatum, non putavit ſibi aliter jubendum, niſi de ſe hoc illi denuntians: *Va-*

Hom. 4. in Ezech.

Cant. 4. 6. *dam ad montem myrrhæ.* Breviter; exc
plum imperium est summè potens apud
ligiosos homines desertis edictionibus
sísque robustis : quamobrem Christus
ternarum in terris Dei voluntatum cura
Isa. 53. 1. mirabilis ( ex quo est *brachium Domini*
pellatus ) ut nos ad illas inflammaret, ca
Act. 1. 1. *facere, & docere*, quasi suum illud fac
documenti loco, legísque poneret. N
mirum, vilem de seipsis sensum, suime
spicientiam, paupertatem, tolerantiam
rumnarum in omni vita homines doctu
voluisse tam vilem, pauperem, despect
ærumnosum esse ; hoc nempe Rect
perspicuè admonens fore ab hac privati
Luc. 24. 19. moris victoria, ut erga subjectos *potentes*
*opere, & sermone* evadant.

*Quintò nimia cura ac sollicitudo rerũ temporalium.*

Postremum quod videtur posse exc
tioni quoad illos, qui præsunt, obstare,
ra est, ac sollicitudo quotidiani commeat
rerúmque temporanearum justò major. H
mentem illorum, atque adeò corpus fr
quenter distrahunt, ac domo procul qu
dóque distinent, nè possint coràm virtut
negotium, & perfectionis urgere ; in qu
parùm advertunt certiorem viam rei fac
endæ, stabiliendæque in futurum ab fel
deseri, Regularum, inquam, atque Instit
ti pervigil studium, exposcendæ insistie
ab

ab unoquoque in Regulis diligentiæ, ſanctimoniæ in exemplis, in proximorum ſalutem ſedulitati. Hic demũ optimus, hic mirè frugifer, hic certiſſimus eſt Collegiorum cenſus ac reditus, de quo venit in mentem S. P. N. IGNATIUS, dum hîc Romana in Domo ageret. Erat fortè, ùt fit, in Patrum circulo, & illato ſermone de annonæ anguſtiis, quæ tum erat Romæ arctiſſima, dicentéque uno, videri ſibi miraculo ſimile, quòd tunc Domus noſtra, quæ nihil ad victum præter ſtipem haberet, in reliquorum egeſtate re tamen nulla indigeret; itáne verò miraculum vocas? intulit graviter, & ſeverè vir ſanctus; quin foret potiùs pro miraculo habendum, ſi res in oppoſitum eveniret, quamdiu enim divinis obſequiis fideli opera non deſumus, hoc eſt, noſtræ imprimis, deinde perfectioni alienæ; non poterit Deus providentiæ ſuæ promiſſis deeſſe, quibus ſe pactus eſt noſtri curam aſſidue geſturum. Ex his, & talibus, quæ poſſent in hanc rem congeri, ex parte accidit, ut fortè nonnemo ab iis nequeat, quos regendos accepit, Regularum, quam quærit, incolumitatem conſequi, & perfectionem diſciplinæ. Sunt enim, quæ diximus, velut arcanæ teredines, quæ occulto dente tamdiu illum arrodunt, donec palàm fiat comediſſe illas robur ejus.

Ac licet bene animatus, optiméque sit affectus ad procurationem Regularum, rem tamen inter eos subsistit, qui apud Isai.

Cap. 37. 3. *venerunt usque ad partum, & non est virtus pariendi.* Non deest studium sanctimoniæ communis, suorum delictis, & erroribus pungitur, ad eorum lapsus totis viscerib torquetur, iterátque non semel illa B. Cy

Serm. de lapsi. priani: *Jaculis illis grassantis inimici membra simul percussa sunt; sævientes gl per mea viscera transierunt; in prostratu tribus, & me prostravit affectus.* Con mant res non bene habere, vociferantu queruntur, apud quos ùt par est, útque cesse est, oportet; imò & nonnumquam quod non decet, nec fieri par est, apu quos non oportet; cujus ùt plurimùm num hoc est operæ pretium, quod in hu li argumento valde dolet S. Augustinus,

Ep. 137. *infructuosè crucientur firmi, periculosè tu bentur infirmi.* Et quid pluribus opus? Ve

Isa. 37. 3. *niunt usque ad partum*, súntque hi sensus, motus, hæ voces, & angoris parturient insignem totâ domo religiosæ vitæ consti tutionem. Ut verò ab iis, quorum id mo nus est, scribuntur remedia, dictatur cons tio, decreta proponuntur, mox *non est vir tus pariendi*: debilitate exequendi vanesc opus præ manibus, & tanto strepitu nè tan

tillum quidem promovetur. Animadverto me illos affari, quibus hæc præcepta non ità vulgò sunt necessaria, quòd ea jam per se, vel intellectu prospexerint, vel usu semper tenuerint, sed video unà me ùt hominem loqui magnis, Deo dante, motibus afflatum ad publicam in Societate virtutem incitandam, quod est opus unius executionis, ac muneris mei pondus, quo ad bonum commune augendum adigor, facilè me extra, quàm fortè deceret, extulerit. Sed ut credi possit hic animus non prorsus veniâ indignus, eò tamen spectavit sermo, ut religione, quâ teneor, conscientiam meam liberarem, monitis semel Superioribus, quod Subdiaconum suum Petrum in Sicilia commorantem B. Gregorius admonebat: *De hiis quæ tibi pro servanda justitia scribo, ego absolvor, & tu, si negligis, obligaris: audîsti quid volo; vide quid agas.* Lib. 1. Regist. cap. 1.

Sub hæc verò cogitandum restat, exequendis rebus debere omnino à subjectis adjuvari superiorum nisus, quæ est pars altera curationis adhibendæ, quam ajebam ad illum, qui curandus est, attinere. Inanis est medicorum labor in præbenda medicina quæ sanet, ac restituat ægrotum, nisi hic manum præbenti porrigat, ac se totum sumendis remediis offerat. *Deo nos committamus,* In Psalm. 97.

*Subditi debent adjuvare Superiores in executione.*

*Et esse ægrotis similes.*

*tamus*, inquit Ambrosius, & Dei vices
rentibus, *parati, quo velit, curari m*
*mento: novit ipse, qua singulis vulneribu*
*dicamenta conveniant. Vide eum, qui*
*ri velit, in omni genere medico acquies*
*& si differt medicus, æger offerre se debe*
*citiùs secetur.* Debet quin imò, si opus
sponte se vinculis permittere quò fiat
rior, salubriórque sanatio. Sic expl
dum est prolixum illud non sanguinis,
mentis martyrium, quod religioso Int
Ser. 250. de Temp. Sancti attribuunt, *Habet & pax nostra*
*tyres suos*, ex S. Augustino; *nam iracu*
*am mitigare, libidinem fugere, justitiam*
*stodire, avaritiam contemnere, superbia*
*miliare*, (in quo est ratio, & summa to
executionis) *pars magna martyrii est*,
nondum mors est, est certè mortifica
Nunc, ut illa quondam Ecclesiæ lum
*Vel SS. Martyribus.* invictissimi Martyres tam jucundè, ac
lè totam admittebant suppliciorum
pam sibi ad terrorem objectam, nullâ
jusquam fugâ, vel delectu; complectebā
tur cruces, figebant catenis oscula, app
mebant pectori flagella, & taureas, inf
bant ultrò ferreis nexibus sacras manus,
colla ingenua; ad hunc modum nostris
ligiosæ vitæ Martyribus recipienda sunt
Serm. de S. Laur. *honorem triumphi, etiam instrumenta*

cii, ut de illis aliis prædicat Sanctus Leo, non induendis tantùm manibus in ſancta vincula præceptorum, legúmque; ſed ea captando, iis gaudendo, gloriandóque, illa toto amoris complexu aſſerendo, tanto propenſiùs, quantò ſunt libera vincula, & aurei torques à mitiſſimis Patribus filiis injecti ad eorum mentes, & amores advenienti Deo liberaliter ſolvendos, dum eorum manus pauliſper adſtringuntur. Ad hoc provocat David, hoc eò ſignificantiùs commendat, quò breviùs, & verbo dumtaxat altero, ſed fœto altiſſimis ſenſibus, & uſum amplificationis ſolidæ præbente: *Apprehendite diſciplinam.* Quod verbum ſic tractat Hilarius: *Virtute verbi ſignificationem impatientis, velut properæ ad id voluntatis oſtendit, non tam expetendam, quàm apprehendendam potiùs diſciplinam docens: non tepore fidei in hujus obedientiæ obſervatione contentus, ſed ardorem ſpiritûs in appetenda aviditate deſiderans*: ac demum appoſitè in eum, quem verſamus, locum de capeſſendis cupidè mandatis, quibus, ùt vinculis, blandè religamur; *Apprehendenda itaque diſciplina, & invadenda eſt quaſi quodam amplexu, & vinculo corporali, nè elabatur, aut decidat* tam illa quàm ipſe religioſus ordo, qui totus diſciplinâ innititur. Ut enim S. Gre-

Pſalm. 2.

Or. ad Jul.

Gregorius Nazianzenus primos illos M
tyres *mundi nodos* eleganter dixit, qu
qui Deo constantiâ fidei mundum colli
& adstringant; ità hos secundos religi
obedientiæ Martyres Societatis nodos
temerè nominem, ùt qui primos integ
tis ejus nexus contineant, illam conser
ejus membra inter se, Christóque
Os. 11. 4. vinciant *in funiculis Adæ, in vinculis car*
*tis*; hoc est, torquibus sacris Regula
neque obscurum est laxatis his, solutiss
dis, quantum detrimenti, quanta sit in
cietate consecutura confusio. Quapro
Sanctus Parens noster Ignatius
toties præcipit eorum, qui sublunt, ex
perioribus, ordinem, subjectionisque m
geræ perfectissimam rationem, ut vide
in hujusce cultu faustitatis nostræ caput
tuere; quod aureâ illâ de obediendo ep
*Societas similis cælo, & ejus subditi orbibus cælestibus.* lâ clariùs testatur; ubi Societatem c
vult esse persimilem, imitaríque consen
nem ejus orbium, motuúmque ex summ
& mediis gradatim per proximè Superio
deligatum ea celeritate jussa faciendi, ut
se modò terræ vicinior à contingente v
sinat, verùm ab eodem, nativo impetu
lentæ inclinationis, etiam rapiatur: nusq
certè Deo quàm in cælis magis ad nut
deservitur, nusquam promptiùs, & ordi

tiùs ejus vocem facta excipiunt, quod per excellentiam quamdã Propheta laudat cùm Deum alloquens, *In cælo*, inquit, *permanet verbum tuum*; ubi Sanctus Hilarius, tam ad argumentum noſtrum, quàm ad exemplum egregiè: audiamus nunc quæſo, poſtquam Sanctus Pater IGNATIUS executionem omni ex parte abſolutam doctore cælo jubet nos diſcere. *Non eſt illic tranſgreſſio*, inquit Hilarius, *non demutatio, non infirmitas, non otium: contueamur Solis annuum curſum, & menſtruum Lunæ recurſum, aſtrorum quoque, aut ſtationes, aut converſiones, aut demutationes: numquid non finibus ſuis, aut conſtitutis terminis, aut decretis viciſſitudinibus continentur? nihil illic demutatur, nihil differtur, nihil negligitur, ſed in conſtitutionis ſuæ manet lege, & in indefeſſis obedientiæ miniſteriis perſeverat: quo exemplo*, concludit, *in ſanctis quoque, qui cæleſtes ſunt, Dei verbum manere credendum eſt.* Neminem latet in pulcherrimum nos, ac ſplendidiſſimum coaptatos cælum, ubi (dicam cum S. Petro Chryſologo) Aurora eſt Mater Societas: Sol parens noſter IGNATIUS; ſtellæ noſtrorum tot Fratrum per tot annos, ac terras digeſtus ſplendor virtutis ſingularis, & perfectæ: *Dies eſt aſpectus Matris, Sol Patris rutilat in vultu, propinquorum quot oculi, tot lu-*

In Pſalm. 118.

Ser. 1. de fil. prod.

*lucernæ, inter quorum lumina non valent*
*cta versari: unde viventi inter tot virt*
*duces, criminum tenebræ propinquare non*
*sunt.* Si quis tamen portentoso eventu

*Uti in spectabili, ità & in mystico cælo Cometes aliquando.*

metes ex fœdis mundi nimiùm propin
ac pestilentibus expirationibus concre
tot inter benignos, & propitios ignes let
lem flammam accenderit, non est propc
damnandum hoc cælum; cùm & identi
aspectabili cælo eadem inviti videamu
in cælis cælorum, in arcano Dei augu
Deíque ipsius sub oculis faces ejusmod
nestas sciamus fuisse non paucas, iis ver
lias universitates quanquam sanctissimas
nimè carere; quod cùm præclarâ illâ
Ep. 137. epistolâ probet disertè B. Augustinus,
mihi pergratum hanc ab unoquoque ad
mi sui consolationem per otium peri
precor verò per illam quantùm valeo,
possum cæli nostri mentem ejus princip
motionum CHRISTUM JESUM, ut
ab eo monstra prohibeat. Verùm, ut di
re cœperam, si necesse est aliqua in eo re
numquam apparere; hæc saltem nos re
soletur, quòd sunt ævi brevis, ac propc
Ad Rom. 1. 21. phemera, priúsq; penè advertimus *eva*
*se illas in cogitationibus suis*, & secessione
nobis feciſſe, quàm clarâ nos malignit
terruerint. Nè quis porrò furor, & inc

tatio in eandem nos quoque deformitatem mutet, juverit plurimùm ipsius S. Petri Chrysologi sapiens monitum. *Sepiat nos*, inquit, *paterna reverentia*, & observantia tanto Patri, tam amanti, ac bono, IGNATIO debita; *Matris componat affectio* tenera illa, & medullis inhærens, quam, impii sumus, si Societati Matri non reddimus; *cognatorum custodiamur affectibus*, tot Fratrum exemplo, tam insigni atque multiplici morum præstantium, & sanctimoniæ omnis archetypo nos ipsos, & nostra fingamus; nihil admittamus, quod communem famam, opinionémque nostri fallat: quicumque non illud apud se experitur tenerum, ac forte in expetendo, urgendóque Societatis bono, vel eam certò non agnoscit Matrem, vel nequaquam ab ea inter filios computatur. Quantum mihi Deus ardorem subjicit? quæ suggerit vota? ut beata hæc Mater digna sit, quæ juxta mentem Fundatoris sui, stellarum Societas nuncupetur; sit ità sanè terrestrium; sed quæ sint tamen ab contagione exerrantium facularum, & abortivorum ignium immunes: quando & Isaias Propheta cæli stellas, militiam seu ordines dixit. Ac si minimè est dubium fore, ut *qui ad justitiam erudiunt multos*, (quod est nostri prioè muneris,) luceant *ùt stellæ in perpetuas*

Ser. 1. de fil. prod.

Isa. c. 24. 21.

Dan. 12. 3.

*æter-*

*æternitates*, quid rem nominis hujus non
tevertere properamus, cur non occupe
illius titulum? & expreſſis ſiderum dot
Abac. 3. 11. id jure nobis vindicamus? *Sol elevatus e*
*luna ſtetit in ordine ſuo*: ſic enim legêre
ptuaginta Interpretes illud Prophetæ
chrâ ſanè, aptáque in rem noſtram con
nientiâ; cujus pars altera, quin perfecte
conſtet, nemo in dubium revocat, S
*Sol S. Ignatius.* enim noſtrum Ignatium elevatum à
inter Sanctos, evectúmque in gradus
mos glorioſæ immortalitatis; inter
les honoris clariùs in dies ſuſpicimus.
ſtat nunc alteram, quæ ex hac priori
ſequitur, virtute noſtrâ, quâ parte nos
*Nos ſtellæ ſtantes in ordine.* git, impleamus, *& Luna* (per quam
item ſtellas Doctores intelligunt) *ſtetit*
*ordine ſuo. Ordo noſter*, ait eximius
Ep. 142. hunc locum B. Bernardus, *abjectio eſt*,
*militas eſt*, *voluntaria paupertas eſt*,
*entia*, *pax*, *gaudium in Spiritu ſancto*:
*noſter eſt eſſe ſub regula*, *ſub diſciplina*,
*ceri orationibus*, *& ſuper omnia excellentiſ*
*Ab illis ſumamus exempla virtutum.* *viam tenere*, *quæ eſt caritas.* Quàm vel
& incredibili affectu cupiam omnes ſt
rum inſtar lucidiſſimarum, ſed noſtro in
dine, nos ſtare pari utrobique alacritate,
que lætitiâ fulgentes ſive in Collegiis,
Scholis hærere fixos; ſeu per miſſiones

am longinquas, & orbe altero ſemotas erre oporteat, prout illi gratum visúmq; fuerit, qui nos huic cælo inſeruit. Utinam quoque omnes ſimus illius æmuli paupertatis ſtellarum locupletiſſimæ, quæ nihil privatim poſſident, nihil accumulant, nihil reponunt non dicam ſupervacaneum, ſed nec opportunum; communi victu contentæ ſunt, demenſum ſuum pro modo cujuſque, ac neceſſitate, quot noctibus, (quæ illis ſunt dies) nullo unquam defectu accipiunt, habéntque à Sole, ut ità dicam, precariam, quâ ſuſtentantur, lucem. Quis det illam in nobis infractam laboribus caritatem illarum aſpicere? quâ recurrente ſemper interitu, & quotidianis quaſi mortibus in hominum utilitatem, & gratiam conſumuntur, & occidunt; illum ex uno ſuſpenſum, ex quo totum ſplendorem rapiunt, & cujus in ſe gloriam exprimunt ſolum, & unicum nexum? florem illum nitoris illibati, qui totus, quod ſufficit dicere, lumen eſt, adeò cujuſvis labeculæ expertem, ut corporibus illis puriſſimis, planéque cæleſtibus impurum aliquid nè poſſit quidem cogitando affingi. Addo modeſtiam, addo ſolitudinis amorem, ſuíque contemptum tenebris gaudentem, ſeponentémque extra hominum lucem, & oculorum arbitria quicquid agunt præcla-

Matt. 6. 5. rum, & honorificum, quasi *nè videantur hominibus.* Ad extremum illam ea promptam, & paratam semper obedientia ac diligentiam in parendo. Ac si eod

Bar. 3. 35. cum illis instinctu, quæ *vocata dixer adsumus: & luxerunt ei cum jucundita fecit illas*; ipsi quoque obedientiam pro ce duceremus, forétque apud nos non s splendere, quàm jussa lubentes perage adesset illa explicata, & micans alacrit capesslendis Dei obsequiis absque loci u aut temporis aut ministerii remora, nihi jiciens, nullius ambiens, multò minùs tis, seu clandestinis alienísve molitio vel eliciens, vel extorquens, exoriens, opus est, mundóque se luculenter cl dens; prona etiam, cùm res petit, dec præcipitare, oculósque latere; sus d habens inter *magnitudinis ultima aut p* censeri, eâ tantùm gaudens statione, i illam summus Imperator DEUS locav Quod ipsissimum est B. Gregorii Nazian

Or. ad Jul. ni consilium: *quo quisque ordine vocatu in ipso maneat, etiamsi alioqui præstan dignus sit: plus utique laudis habiturus e quòd præsenti gradu acquieverit, quàmsi quærat, quem non accepit*: claudénsque positè ad institutum de stellis sermone *nè quis cùm sinè periculo alium sequi liceat*

pr

*præire cum periculo expetat, neque obedientiæ legem infringat, quæ tam terrena, quàm cælestia tuetur, atque conservat.*

Hæc itaque nobis omni ope servanda esse præcepto monemur fundatoris nostri sanctissimi cælorum nobis magisterium indicantis ad condiscendam sanctitatis omnis absolutam executionem; & huic opinor operam tunc ipsemet dabat, cùm intempestas noctes sub aperto cælo in siderum contemplatione insumeret, ex quarum forma, & decore tantùm ille horrorem reportabat pulchritudinum infimarum congruenter B. Augustino suadenti, *Si vis esse cælum, purga de corde tuo terram*, ut videri novum non debeat, ex eo aspectu cùm tantùm proficeret, nobis ipsum ejusdem autorem & olim fuisse, & nunc unicuique nostrûm injungere: *suspice in cælum, & dinumera stellas ejus*: quæ Dei quondam ad Abrahamum verba Philo Judæus videtur potiùs ad stellarum virtutes exprimendas, viréisque exponere, quàm ad ineundum earum numerum; cupiditatis enim, quâ trahimur ad mira earum spectacula, rationem hanc adfert, quòd *simus amantes virtutis insatiabiles*, geramúsque nobis Dei manu, ac dono ab ortu impressam illarum imaginem, *qui sic immisit in animum*, inquit Philo, *semina præclara*, splen-

In Psalm. 96.

Genes. 15. 5.

*Æstimandum, non quàm multi simus, sed quàm probi.*

L. 2. de leg. alleg.

& l. de migr. Abrah. *ſplendida perpetuóque vigentia, ſicut ſtellæ calum.* Ob hoc illa, quæ ibidem ſequitur ad Abrahamum, *faciam te in gentem magnam, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli*; non tam ad multitudinem poſterorum idem refert, quàm, ùt loquitur, ad *crementum in melius*, hoc eſt ad fœlicem posteritatem: *tam magnitudine, quàm multitudine auctam.* Nec verò eſt hoc lo nomine cur tantopere nos amemus, quibrevitate unius ſæculi ità hunc orbem ſtrum implêrit Societas, ut ſe in novum lium pridem diffuderit, nec admodum tereſt, ut numeri ſummam ſubducam ſtatuamúſque quàm multi ſumus, ſed quàm probi, quàm ardentes ſalutis noſtræ mùm, deinde alienæ; quanti, quàm ſtantis exempli, quàm amantes divinæ riæ; decretorum noſtrorum, & ſanctæ gulæ quàm tenaces, hoc enim eſt, *tem magnam, & ſicut ſtellas cæli* evaſiſſe. tur Deus Abrahamo benedicens infinillam poſterorum gentem non magni fenec ait, quod Philo ibidem notavit, te in gentem multam, ſed in gentem gnam. *Sciens multam per ſe imperfectam ſe, niſi accedat vis intelligentiæ, ſcientiæ* id eſt virtus, & perfectio, quâ magnitudo ſtellarum, ac pulchritudini affinis mag-

tudo nostra, perfectióque continetur. Porrò in spes hujus incrementi, accessionúmque sanctitatis confido eandem misericordiam, quæ suam huic Societati minimæ defensionem obstringere voluit, IGNATIO suo jam indè à principio dixisse, *multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & benedicens benedicam tibi.* At nos vice versâ, quantis nominibus ad profectus lucis, executionis, obedientiæ, tanquam stellæ viventes, obligamur? quos si negligimus, formidandum est, nè sævis illis, intonatis olim, nunc etiam flagellemur minis: *Stellæ cadent de cælo.* Matt. 24. 29.

*Ad promerendam Abrahami benedictionem opus est Obedientiâ.*

At non sunt unquam casuræ; imò nec earum cælum ruinam expavescet; si non illæ modò, quod modò prædixi, sed ipsum quoque *stabit in ordine suo*, hoc est quo modo inter alios cælos infimam sedem obtinuit, éstque proinde illorum minimum: quam, ejus fundator, sui contemptor egregius, appellationem assiduè ipsi, lætúsque tribuebat: ità certò putet non fore se re ullâ sat tutum, nisi suæ hujus abjectionis, tenuitatísque conscientiâ, & professione; cujus ope, ùt pulchrè S. Leo: *declinetur superbia, cui proximum est ut decidat; ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat.* Epist. 90. Hoc igitur modestissimi nominis, ac multò magis vitæ puncto immobili, tanquam polo, quo

*Opus Humilitate.*

semel libratum est, nitatur, uni Dei glor
studeat; profusè laboret, ut prosit aliis,
se parciùs loquatur, Superiorum orbi
agnoscat, ùt par est, revereatúrque dig
tatem, cæteras, inquam, & magni fac
religiosas familias, & observantiâ omni
lat, & pro Instituti nostri ratione suum
obsequium commodet, gaudeátque illis
sui Ordinis natura, & gradu subesse:
ante omnia supremo suo, a quo motum
bet cum reliquis, & immenso orbi con
tiat, hoc est, Ecclesiæ sacrosanctæ equ
in terris capiti, cujus pedibus adorandis
culiari sacramento arctè nos S. P. Ign
TIUS alligavit, ac venerabundus dica

*Arctiori vinculo ad Sedem Apostolicam.*

Intelligamus Societatem Nostram, quam
se fortiùs sanctæ Apostolicæ Sedi adhæ
ctam servârit, ac devotam, quantò illi
gìs, pro muneris sui obligatione adhæsc
venerando, propugnando, parendo om
studio, ac diligentiâ, (quod ego singu
quâ possùm contentione spiritûs comm
do) tantò futuram ab omni aut casûs,
insultûs periculo tutiorem, tantò afflue
tiùs grande illud, atque magnificum pr
missum participaturam: *Porta inferi*
*prævalebunt adversùs eam.*

Matt. 16. 18.

Atque hic finis sit eorum, quæ hac Ep
stolâ instituera commendare, utique scr

ptâ ex peculiari meo & intimo sensu, & animi sanguine exaratâ ; nempe hanc postremam ad Societatem universam me dare censeo, cúmque supremæ, novissimæque voces hærere diutiùs animis audientium soleant, eósque fortiùs promovere, vehementer cupio altè has intimi pectoris penetralia subire, ac imprimi penitùs *in tabulis cordis carnalibus* Patrum, ac Fratrum meorum, ut quas inflammata perfectæ illorum sanctitatis desideria pepererunt, in absoluta repositæ Ordinationum, Regularúmque observatione. Claudo itaque iisdem vocibus quibus olim ad populum Josue : *Ego senui, & progressioris ætatis sum, vósque cernitis omnia, quæ fecit Dominus Deus vester, quomodo pro nobis ipse pugnaverit, & nunc quia vobis divisit omnem terram ab Orientali parte usque ad mare magnum.* Non videmus ipsi, penéque oculis contrectamus, quantùm hujus sæculi decursu Societati faverit ? quantum illi terrarum, & hominum tribuit ? usque ad mare magnum, Indósque ultimos ; quàm fuit ejus laboribus in conversione populorum, sudoribúsque propitius ? quantùm ejusdem contra hostes divini nominis prælia fortunârit ? tot ista, & tanta non possumus sinè lacrymis gratiarum meminisse : non consistit hîc tamen, multæ adhuc su-

2. ad Cor. 3. 3.

Jos. 23. 2. 3. 4.

*Quantum Deus primo sæculo Societati faverit.*

Ibid. 6. persunt nationes, *Dominus Deus vester* ... *sperdet eas à facie vestra*, & vestrâ virtute ... bi subjiciet, quo nihil potest vobis venire ...

v. 7. licius. Unum vicissim à vobis expectat. *Tu* ... *tùm confortamini, & estote solliciti, ut* ... *stodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volum* ... *legis Moysi, & non declinetis ab eis neque* ... *dexteram, neque ad sinistram.* En tanto ...

*Quid in vicem reposcat.* quæ contulit, tantorum quæ promisit ... norum vice, à vobis quantulum repos ... Executionem sollicitam, accuratámque ... servationem traditarum vobis per famul ... suum IGNATIUM, ejúsque successores ... gularum: hanc si præstabitis, sanctè po ...

Jos. 23. 14. ceor fore vos certò *in gentem magnam, & ... cut stellas cæli. En ego ingredior viam u ... versæ terræ, & vos toto animo cognoscetis, q ... de omnibus verbis, quæ se Dominus præst ... rum vobis esse pollicitus est, unum non pr ... rierit incassum.* Ità quidem spero, illius ... ac benignitate, qui dare solet, quod pr ... pit. Per hæc ergo nova revertentis hæ ... li gaudia mirificè cupio tum Superiores ... iis subjectos paulùm apud se commorari ... susceptis, ùt ante hortabar, meditationib ... Sancti Patris in Regulas nostras, Decr ... Ordinationes particulatim inquirere, se ... sum autem velim legendo recoli, & lent ... digeri primam, quam dedi ad Provinc ...

omn

omnes Epistolam cùm Deo placuit hanc muneris sarcinam mihi imponere: discerni verò in singulis exoptem veraci trutinâ, & acri examine, num quid correctione indigeat? num quæ pars executionis inveteraverit, aut elanguerit? num tota floreat, pergátque vim suam retinere? Post sicubi opus deprehensum erit, ingentibus animis, & generoso proposito tantorum beneficiorum recordatione confirmato communes operas conferamus ad illam fortiter asserendam: subditis quidem libenter sese, ac prono affectu ad illam accommodantibus, & *sollicitis*, quod ait S. Bernardus *circa custodiam Ordinis, ut Ordo nos custodiat*, iis verò qui regunt validè illam, sed tamen suaviter sic flagitantibus ut diligentia illorum paterna, & spiritualis, vigoris plus habeat, quàm rigoris, servétque illud D. Gregorii temperamentum mistæ caritatis, ut *Regat disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic alterum commendetur ab altero, ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* Persuasúmque omnino habeant, religiosam gubernationem nullâ re gravius infringi, quàm inflexâ duritie, ac severitatis immoderantiâ; contrà verò constantiæ nervo suavitatis manu ritè temperato, nihil esse quod non evincatur. Cogite-

Ep. 321.

L.19.Moral.c.15.

mus Patres, ac Fratres dilectissimi, quod extra dubitationem, Societatis conservandi vim ac modum in cujusque nostrûm posteritate, manúque sita; ac meminerimus patrâ Majorum nostrorum virtutibus, factisque ingentibus nos in hanc diem vixisse famâ, sustinuisse nos illorum meritis, quâ inter homines gaudemus, magni nominis dignitatem: nostrum est, ídque nunc agitur, ut novo sæculo novos ad longam virtutem impetus, & momenta indamus, fundemúsque novum fideicommissum perfectionis totius, solidæ sanctitatis numquam posthac abolendæ à posteris in nos eò attentiùs aspectu & animo defigendis, quò sunt propiùs vestra vestigia, eáque recta, vel obliqua vectaturi mordicus, & calcaturi: sítq; hic etiam non postremus, etsi ultimo loco dictus, sed profectò magnus instaurandæ virtutis stimulus, ut magnum eidem præsidium imprecatit eximia bonitas, & paternus animus S. D. Urbani VIII., qui tum suâ comprobatione sacratâ præsentiâ, & faustâ benedictione gratiarum actionem dignatus est, quâ collatis in nos à Domino Deo per integrum tractum unius sæculi prosecuti sumus; tum ut gratam hanc, dulcémq; memoriâ redderet nobis fructuosiorem Jubilæum concessit, communicandum cum Societate universa, ejus-

*Jubilæum ab Urbano VIII. Societati cõcessum.*

dém-

démque in Dei obſequio conſervationi, lætiſque progreſſibus addixit. Hujus tanti boni, quò uberiores nobis proveniant, diuturnioréſque fructus, vehementer opto, & quoad valeo, omnes hortor, ac plurimùm rogo, non modò ut exercitiis ſpiritualibus hâc mente ſeriò ſuſceptis ſe comparent, verùm etiam animosâ, & candida profeſſione vitæ omnis, quàm in Societate traduxerunt, vel quam à poſtrema Generali, retexant, prout fuerit cuique in Domino gratius, atque utilius. Ac licèt diem percipiendi Jubilæi uniuſcujuſque opportunitati, pietatíque liberam permitto, & Superiorum prudentiæ maturè ſingula expenſuræ; ſed non poſſum negare, quin magnæ mihi futurum ſit, & incredibili conſolationi, ſi Sancti Noſtri Parentis IGNATII feſto proximè celebrando, vel intrà octavam ejus diem, res tota peragatur. Optârim ſiquidem illum ejus triumphum iis lætitiis, & honoribus cumulare, quibus illi non queunt majores accedere, hanc nimirum tantopere caram, & tam unicè dilectam filiolam ſuam talem univerſim, ac pariter optimo Parenti ſiſtere, & offerre, qualem ipſe ex ſuo ſpiritu genuit, *non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ſimile, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Faxit illa magni Patrisfamilias miſericordia, quæ Ad Ephe. 5. 27.

per

per fidelem ſervum Ignatium *voca nos in Societatem filii ſui*, hujus quoque th ſauri ſacroſancti efficacitate in ejus ima nem transformemur. Atque hîc iterum quantâ maximâ poſſum animi mei teneri dine, quo Patres meos Fratréſque circum fero ſimul omnes in viſceribus Jesu, arc que complector, in quæ illos depono n vum ex iis ardorem ſpiritûs, robúrque d cturos. Priùs tamen omnes cum B. Bern do impatientiùs obteſtor, iiſque denun

Ep. 273. expectare me *ad hanc Epiſtolam, benigne a veſtræ reſponſum, ſed reſponſum facti, non re bi*, precórq; enixè cum D. Gregorio de diendi ſui magno præceptore, *ut quiſq*

Lib. 34. Moral. c. ult. *hanc legerit apud diſtrictum Judicem ſolatu mihi ſuæ orationis impendat, & omne quod me ſordidum deprehendit, fletibus diluat. Or tionis autem* quæ mihi tribuetur, *& exp tionis*, quæ à me dabitur *virtute collatâ, le ctor meus in recompenſatione me ſuperat, cùm per me verba accipit, pro me lacryma reddat.* Gratia Domini Noſtri Jesu Christi ſit cum omnibus vobis. Ro mæ 15. Novemb. 1639.

*Omnium Servus in Chriſto*

MUTIUS VITELLESCHUS

EPI

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXVI.

R. P. N.

# VINCENTII CARAFÆ

Præpositi Generalis VII.
Unica,
Patribus, ac Fratribus Societatis JESU.

## *De Mediis conservandi primævum Societatis Spiritum.*

POstquam visum est divinæ bonitati, præter spem omnem, ac meritum, imbecillitati meæ tam ingens onus imponere, quanta est cura Societatis universæ, altè mihi video in arcanum judiciorum Dei descendendum, & investigandum, cur ei placuerit præferri multis, quem omnibus titulis postponi omnibus oportebat. Cujus consilii nulla sat mihi ratio arridet, nisi

Rom. 9. 23. nisi tantummodo hæc una, *ut* nempe o
*dat divitias potentiæ suæ* vocantis *qua*
Rom. 4. 17. *sunt*, *tamquam ea quæ sunt*, & summo
juxta, infimorúmque dispares operas æq
Apoc. 19. 5. exitu manúque adhibentis. *Laudem d*
*Deo nostro omnes servi ejus*, *pusilli & ma*
quem nec meritorum arctat inopia, nec
Psal. 138. 11. nent aliena adminicula suspensum; sed
*tenebræ ejus*, *ità & lumen ejus*, *ego vocabo*
Isai. 49. 13. inquit, *& stabunt.* Stabit in gradu fort
imbecillus, egeni opibus affluent, obscu
nobilitatis splendor inopinatus decorabi

Rationis hujus certissimâ luce perfu
animus, etsi alioqui per sese angustior, erum
pat necesse, ac timiditatis propriæ limi
prætergressus præpotentis Dei magnificæ
tiæ se totum mancipet, tantò se in Deo m
jorem agnoscens, quantò sibi ipse despi
bilior apparet; hinc ergo & ipse saluber
mâ edoctus disciplinâ, *& infirmitatis p*
Greg. *priæ oblitus*, *introibo in potentias Domini*,
illius misericordia *confisus*, *qui non relin*
*sperantes in se.* Et hac primâ ad Societat
epistolâ, ut incipiam officiorum partem e
solvere, quæ facilè video multa mihi m
gnáque incumbere, *loquar* cum Apost
*quinque verba in sensu meo*, perstrictis sum
matim capitibus, quæ postrema Congreg
tio Generalis perficiendæ Societati nostr
mag

magnis animis intenta cordi sibi esse indicavit, & quæ vehementissimè cupio efficacibus remediis ad primigenium illius spiritum, florémque revocari: hunc verò spiritum & vigorem ab unoquoque conservari non modò suis integrum partibus, & vivacem, sed ità illibatum, ut instituto nostro congenitus sanctæ coràm Deo, atque hominibus innocentiæ nostræ candor nullo sinatur vel incommodi metu, vel commodi studio fuscari.

*Ex tribus pendet incolumitas, & progressus Religiosi Ordinis.*

Ut autem ex iis initium ducam, ex quibus Sanctus Bonaventura censet religiosi Ordinis incolumitatem, & in destinatum vocationi suæ finem auctus veros, progressúsque pendere (loquitur autem de iis Ordinibus, qui perfectionis alienæ curas cum propriæ studio miscuerunt) tribus maximè præsidiis statuit hujus operæ summam contineri. *Primùm vitâ irreprehensibili. Deinde scientiâ sacrâ. Tertiò authoritate Prædicandi, & Confessiones audiendi*, quæ ope cælestis gratiæ, mirificè cupio in Societate nostra singula instaurari, ut sit ejus vivendi ratio nullius obnoxia reprehensioni, sacra verò doctrinæ, concionum, & confessionũ ministeria sacro ardore constanter incitentur.

*Primum vita sit*

Atque ut seorsum libemus singula; ad primum quod attinet, duplex vitæ modus oc-

*irreprehensibilis in interiori, & exteriori homine.*

occurrit in Societate, exterior unus ac communior, alter interior magisque singularis, sed suis uterque ità numeris absolvendus, ut culpari possint à nemine. Ac primùm hæc vita, quam debent Societatis homines vivere, quantò finem spectat supra humana altiùs evectum, tantò se in Deum attollat necesse est, nè, humanum in morem fluxarũ rerum trahantur illecebris, sed magis quam homines *surgentes ex mortuis*, ùt loquitur Apostolus, extra mundum, & carnis situ mentis oculum in Dei interna contuitum defigant, ubi excellentiæ Dei perfectionúmq; immersi oceano felix *in abscondito faciei ejus à conturbatione hominũ* ævum agant.

*Interior tantò sit sublimior, quantò finem spectat sublimiorem.*

Psal. 30. 21.

*Specie homo, gratiâ sit Angelus.*

Scitè dictum à quodam de Baptista, *annes specie homo, gratiâ Angelus*, hoc est hominibus nihil præter hominem præ se ferens, mentis arbitro, & inspectori Deo totus homine major & celsior. Basilius itèm cognomento Magnus, *figurâ tantùm homo erat*, ac præter illam nihil humanum nihil debile sapiens divinam quandam agebat interiùs ac vivebat vitam; & hanc nobis beatus Parens noster Ignatius, ad quam contenderemus, palmam proposuit; nam *frequens erat*, ait Historicus, *Ignatii præceptum Angelos in rebus agendis imitandos*, quique ùt ii solent ad recreandam, quâ æstuan-

Auth. imperf.

Lib. 13. n. 18.

divinorum sitim res creatas, *quasi Divinitatis guttas*, ex perenni fonte immortalitatis adhibere, sic oportere à nobis fieri: hæc nostra hæreditas, hoc patrimonium à majoribus acceptum, & fideliter posteris transmittendum, patrimonium cæleste, hæreditas sanctæ cum beatis, ipsóque cum Deo consuetudinis, & arctissimæ familiaritatis: ob hanc jure nostris institituti scopus hanc indidit nomenclationem, ut *cælestes homines vocentur, qui ad cælestem patriam & ipsi contendant, & alios quacumque possunt ope, studióque compellant maximam Dei gloriam semper intuentes*: quo verò id pacto exigendum est, paulò distinctiùs, & nostris ex regulis ducendum. Polanc. hist. tom. 2. Lib. 2. n. 5.

Ex iis enim noster Dei præsentis adspectus interior à meditatione incipit matutina, quæ Deo solida debetur, ut si quo fors casu aliquid illi decesserit, quàm primùm integre restituendum sit, neque committendum, ut à nobis nocturnæ quietis tributum natura priùs ferat, quàm Deus precationis matutinæ, repetitâ illâ identidem Tertulliani voce, *horrendum est diem sinè Oratione transire*. & hîc illos velim obiter monere, quos bene orandi habet difficultas nimis sollicitos, minimè verò id est difficile, si comes adsit precationi amor, quo velut ardenti faculâ in *Interiorem hominem juvat matutina Meditatio.*

Deum animus rapitur; nec fore iis op
sum hanc flammam succendere, qui B. L
rentium Justinianum audierint brevite
centem: *cùm oras, diligenter attende qu*
*cui, nec alterum dividas ab altero.* Fe
plane nos, si ad veri solis non ancipites
dios harum modò vim syllabarum poss
cernere, *quis & cui*, quàm citò nobis exp
tissima evadat amandi simul ratio, & ora

De triumph. Christi. c. 7.

*Crebræ per diem Adspirationes;*

Porrò hanc meditationem diei aus
sequantur necesse est crebræ ad Deum
spirationes, quibus tota interpurgatur
Quis enim exul procúlque à patria pa
ex animo non vocet, non suspiret, non
clamet cum S. Bonaventura, *quando te*
*mine diligam? quando te perstringam? qu*
*do ad te perveniam?* quibus sanè mens
mandum Deum validiùs inflammatur,
incomprehensæ Trinitatis adorabili secr
magnis cogitationibus pertentato: & c
hæc precum jacula, quæ sursum torque
Augustini pectus, cùm diceret: *& tu D*
*ne usquequo, usquequo Domine* procul ab
arcebis profugum? quamdiu mortis h
corpore teneor, affectionum improb
vinculis compeditus? Sanctus Franci
Xaverius usu longo ad Deum suspirandi
am dormiens nocte intempestâ rump
bas ad illum voces: *ô bone JESU, JE*

S.Bonav.

Confess. lib. 9. c. 12.

*creator mi*; *Deus cordis mei*, *& vita animæ mea!* quibus orationum brevium veluti flabellis, charitatis ignem assiduè ventilamus, nè languens denique præfocetur.

Tertiam nobis præsentem Deum retinendi artem, ac methodum commendant Regulæ, cùm jubent nos illum *in omnibus quærere*, quasi dicerent, *aspice quæ vides*, *& quare quæ non vides*. Facultates omnes suo pabulo gaudeant, corporis visus creato, & sensibili; animi visus increato, & ab concretione terrena libero. Cujus rarum exemplar S. Parens noster de se nobis relinquit, cùm cæli non tantùm ac stellarum, sed minimi floris, aut plantæ humilis adspectu *in Dei cognitionem*, *& amorem* confestim rapetur, idémque ab nostris maximè optavit, ut omnium occupationum externam speciem vitali spiritu meditationis reipsâ perpetuò animarent, ac suis moribus Doctoris Sanctissimi Nazianzeni dictum exprimerent: *Religiosus totus sit in Deo*, *& totus in proximo*; *totus in Deo*, *quia conversatur cum proximo propter Deum*; *totus in proximo*, *quia cùm orat Deum*, *commendat proximum Deo*: nec est perfecti Religiosi evidentius argumentum, quàm *si omnis ejus operatio*, *& cordis volutatio*, *viva & jugis fiat oratio*, *& semper habeat spiritum in Deum elevatum*, *& oret*

*In omnibus quærendus DEUS*; Augusti.

Cassian.

Climac.

*oret in omni loco, in omni tempore, & in*
*negotio.*

*Recta in omnibus intentio.*

Quarta demum Divinæ in omnibus
sentiæ colendæ ratio, noſtris item Reg
præſcripta, rectæ mentis ſeu intentionis
ſuetudine firma conſtat; *non ſolùm circa*
*ta noſtra ſtatum, ſed etiam circa res par*
*lares omnes, in eis ſincerè ſpectantes ut ſer*
*mus, & placeamus Divinæ bonitati prop*
*ſeipſam*; etſi enim docet Theologiæ ma
lus Beatorum hanc eſſe non ſolùm in o
bus, ſed ſeorſim in ſingulis conſentien
voluntatis cum divina; ſed hujus in par
beatitatis non minimam Religioſi etiam
niunt, cùm ipſi, ſi minùs ex Dei, ac eo
ſaltèm, qui Dei loco præſunt, ex verb
nutibus, divinorum indicibus motuum
rè intelligant quicquid ab ipſis requirit
us, & nihil eos prætereat, quod ejus in
riam poſſint, & obſequium referre.

*Exercitia ſpiritualia, quotannis per octiduum obeunda.*

Ad hæc annuus ad exercitia per oct
um ſeceſſus, à ſeptima Congregatione
bus imperatus, à proxima verò tam ſan
confirmatus, ut ſtatuerit non poſſe cuiq
illius obligationem niſi à Provincialibus
mitti. Hic verò univerſi Patres, Fra
que mei animo repetamus Societatis no
principia his exercitiis inniti: fuêre hi
drati lapides, quos ſapientia divina per

vum suum IGNATIUM Societati fundandæ subjecit, iisdémque præsidiis ejusdem conservationem, ac felices progressus sperare nos voluit. Verùm enim verò nè tantum nobis & tam affluens bonum asseramus solis, nè invideamus aliis hunc thesaurum, sed communicemus cum illis quoad poterimus. In quo majorem in modum cupio Superiores omnes probare se dignos parente IGNATIO filios, & libenter atque hilariter externos excipere, cùm ad recognoscendas in exercitiis animæ rationes dierum aliquot receptum apud nos se velle significaverint. Quia verò ad Societatis in spiritu profectum, & integritatem magnopere spectat, ut iste Congregationum septimæ & octavæ sensus in opus conferatur, notari mihi à Provincialibus singulos quotannis cupio, qui exercitiorum pensum omiserint, & addi causam ob quam omiserint.

*Danda etiam externis.*

*Provinciales quotannis scribant, qui, & quare exercitia omiserint.*

Ad interiorem Societatis vitam, cujus præcipua capita cursim decerpimus, pertinet quoque studium mortificandi sui, tamquam orationis firmamentum, ídque varium sanè & multiplex, diversísque regulis traditum; est enim carnis mortificatio, sensuum, affectionum, facultatum. Prior, cùm sita sit in quodam medio rationis, seu prudenti mediocritate, non æqualiter omnibus in-

*Mortificatio necessaria, eáq; multiplex: Carnis,*

cumbit, *sed unusquisque assumere poterit ... sibi videbuntur cum approbatione Super... ad majorem sui spiritûs profectum conven...* quâ regulâ intelligendum est afflictatio... externas præcipi velut subsidia, viásque... perfectionem, ad quam ùt jubemur ex in... tuti officio summam absolutámque con... dere ( pro mensura tamen communica... nobis divinæ gratiæ ) ità planè uten... quibusvis afflictionibus monemur, quæ ... parandam nobis perfectionem propos... necessariæ censebuntur.

*Sensuum.* Secundum mortificationis genus ... 19. Sum. bus assignat Regula, docétque nos *sum... portas ab omni inordinatione custodire*, qu... vox *ab omni* scopum legis disertè explic... nihil enim patitur in usu sensuum nisi con... positum, modestum, castigatum: non ocu... jactum, non verbulum, non gressum, ne... túmque minùs gravem minúsq; meditatu... Est verò multorum querela, (quæ utinam ... falsa sit) obsoleviſſe illam Societatis nost... tantùm olim laudatam modestiam, maxim... verò in junioribus, dicimúrque domo in pu... blicum justò sæpius prodire, incedere p... vicos licentiùs, gressúque non adeò decen... ti, curiosiùs, quantùm quidem apparet, ... spicere, & oculos spargere; interdum etia... inconsideratè, exemplóque non bono & ...

qui, & colloqui; éstque planè mirum ex tyrocinio in Collegium missos tam repentè in alios, at non in meliùs, mutari; ut toti mox vultu, consuetudine, incessù discrepent à seipsis, jámque ipsis tempus colligendi, domandi, continendíque sui fluxisse videatur: momento exuunt illos ad unguem exquisitos mores, & habitus, quos multo vix tempore, ac labore in probationis Domo induerant; volunt spoliari, non supervestiri, ùt sensu oppositio ajebat Apostolus; putant emendatam collecti oris, gestúsque modestiam Novitium sæpe re, religiosam illam exterioris hominis conformationem cuivis in Societate gradui communem penè priùs ab sese abdicant, quàm ullo in gradu constiterint, cùm circumpositæ virtutis cultum ornare scientiâ debuissent. Curiositatem, & immodestiam Sanctus Thomas ad otium refert. Otiosus enim apud se animus foris, quod agat, aucupatur, ac, dum principes suas vires intus habet ab opere vacuas, exterioribus utitur, & mediastinis: magnum ergo ac potens in sensus imperiũ tenebit animus, quem præsentis Dei aspectus, & cogitatio constanter occupabit. Mens enim probè constituta corpus câdem operâ componit; & præsentiæ divinæ magisterio doctus agere moderatè, nihil præceps, nihil inconditum hominum oculis objiciet.

*Affectionum*, Reg. 14.

Jam domitis sensibus non erit arduum fectiones pariter domare ; *adhibitis* (ut Regula) *earum contrariis* : nam ùt exi suo more a Kempis, *tantùm proficies, qu tùm tibi ipsi vim intuleris , & non amp* Hinc illud ad nostros beato Xaverio solet ne, perpetuúmq; consilium : *Vince te ipsu* cujus toties iterati causam denique rog respondit (id ferè quod olim in alio arg mento Beatus Joannes) *quia hoc tantum dici ex optimo parente nostro Ignatio.* hoc autem viam censebat brevissimam penitùs introspiciendi, cognoscendique ram, sui inquam nihili, suorúmque defec um. Quare nostros Goam per literas alloquebatur : *vos ipsi vincite, summóque dio elaborate , ut vos ipsos penitùs agnos tis : nam sui cognitio nutrix est divinæ fiduc & parens Christianæ humilitatis.*

*Intelligentiæ, & Voluntatis ;* Reg. 31.

Supereſt mortificatio præcipuarum mæ virium, intelligentiæ, ac voluntatis, qua Leges nostræ ità præcipiunt: *conten resignationem , & veram abnegationem p pria voluntatis, & judicii habere.* Hoc rò est animæ sceptrum sub Monarcha D uno ac summo Rege moderandum ; hu autem pax regni ex concordia triplici obsequio coalescit ; memoriæ scilicet e intellectum, hujus verò erga voluntate

&

& voluntatis in ipsum Deum ; est enim ut loquitur S. Theologus, *memoria propter intellectum, intellectus propter voluntatem, voluntas propter Deum.* Intelligentiæ tum rectè memoria ancillatur, cùm specierum, quarum est thesaurus, delectu habito, noxias extundit, & abjicit ; utiles & castas tuetur, & detergit : ejus enim est *divinas species, & puras imagines servare*, atque ad præstandum obscuritatis expertem intellectum valde idoneas. Nec dissimile est erga voluntatem intelligendi officium, suggerendis nimirum voluntati veris, & honestis opportunisque bonis, cùm ex S. Bernardo, is verè sit sapiens, *cui res sapiunt prout sunt*, non ùt falsò jactantur, & videntur. Quæ utinam falsitas in religiosas domos non frequenter subiret, & repræsentaret pro magnis vilia & parva : pro vilibus grandia, & excelsa : caligat hîc sensus, satisfit ratio, fidei splendore opus est, quæ intelligentiæ præluceat, mentémque subvehat ad participandos veritatis æternæ radios. Quamobrem jure Parens noster S. IGNATIUS ad intelligentiæ nostræ instaurationem conformari eam cum divina jubet, cujus Præpositos habemus interpretes : quod ipsum tantopere commendat Apostolus, cùm ait : *hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo JEsu* ; hoc

est, vestro vos, quoad potest, privato ju... cio abdicate; Christi de rebus judicium ... stri loco habete; cum Christo de illis, ... pretio illarum, sublimitate, aut nihilo cen... te; ô certam, & claram veri judicii reg... lam! ô inviolabilem ferendæ de unaquaq... re sententiæ canonem! quo, etsi oportet po... suasiones omnium dirigi, sed præcipuè no... stras, quos ad propiorem Imperatoris nost... CHRISTI JESU imitationem ejusdem pro... fessio nominis auctorat. Atque his imbu... disciplinis non invidebimus suas mundan... dignitates, & evanidas glorias, non tange... mur pulchritudine rerum caducarum, ne... iis pretium nisi vile, aut nullum ponemus; ... sempiterna dumtaxat mirabimur, suspicie... mus tantùm cælestia: præter cælum, æter... nitatem, ac Deum, nihil fixum animo ge... remus. Tandem voluntatis mortificatio... nem Regulæ statuunt in perfecta eorum, ... quæ privatim cupit, repudiatione, suique ab... negatione absolutissima: cùm enim volun... tas prædita sit duplici facultate, cupiendi ... unâ, alterâ exequendi; priori rejectâ, secun... dam retineat necesse est, amputatóque pro... sus arbitrio proprio, Divinum exequatur. ... Tunc verò censeri perfecta poterit, quasi ... finem adepta, in quem à Deo condita est, ... hoc est, consensionem summam cum Dei vo...

*Mortificatio Voluntatis in quo sita?*

voluntate, nihil aut volens, aut nolens, nisi quod Deo placet, aut displicet; seu potiùs nec volens, nec refugiens quicquam; sed ex Dei nutu aut renutu suspensa, huic solam ministrans executionem; hæc verò Sanctorum, hæc beatarum felicitas mentium, *quia voluntas Dei, facta est voluntas eorum*; quid enim beatiùs quam *sub divino volito annihilari*, & in Dei transire transformaríque voluntatem? Tradit S. Thomas, & dubitat nemo, in concursu multarum facultatum, nobiliorem dignitate, esse item agendo potiorem: sic humanæ in Christo naturæ supereminet divina, sic in religiosis hominibus prærogativam semper ferat divina voluntas necesse est, huic attendatur, hæc observetur arrecto studio, & illuc toto pondere, quò inclinaverit, eatur. S. Bern. 1. p. q. 31.

Et hactenus quidem de interiori Societatis vita, quibus parùm profectò satisfiat, si asserventur solùm Regulis consignata, nisi ad rem opúsque veniatur; tantum enim donum, quantum est hæc Dei præsentia, Societati cælitus inspiratum, decet non modò summo in pretio haberi, sed re ipsâ, & moribus diligentissimè à nobis, ac integerrimè conservari. Imitemur beatissimos Angelos mentis nostræ totius conformatione, omnémque ab illa opinionem, affectum, & de-

desideriuin, quod terram & infima sapi
ablegemus; quisque se, jam indè ab diei
ortu, in meditatione matutina holoeaust
Domino faciat, pergat idem sacrificium
procedente die, brevibus orationum sed
dentibus flammis incendere; Deum quæ
in rebus omnibus omnium scopum ac
fontem, ad illum omnia & singula refer
illum spectet, in summam ipsius gloriam
norémque collimet, & de quolibet nostr
Cap. 45. 14. illud Isaiæ verè usurpetur *tantum inte*
*us*, & præter Deum nihil: in cogitation
Deus, in desideriis, affectibus, consiliis ub
Deus: huc sui frangendi studium, & mort
ficatio corporis, sed multò magis pertu
bationum intimarum, totiúsque animæ co
*Modus exterior vivendi Societatis communis quidem; sed pauperum,* Reg. 4. vertatur. Nunc vocat nos propositi ob
de externo Societatis vivendi genere ut d
camus, quod ex Regulæ mandato, *justus*
*causas commune est*, & vitæ pauperum sim
le, ac eorum qui habent *pietatem cum sci*
*entia*. Pauperum est nostra vivendi ratio
vitam pauperem profitemur, pauperes spi
ritu, studio pauperes, & sanctæ paupertatis
Tob. 4. 23. tamquam matris charissimæ, amatores. *Pau*
*perem vitam degimus, sed multa bona habe*
*mus*, si tenuerimus, quam debemus paupe
tati huic nostræ, fidem integram & linc
*Re, & affectu.* ram. Paupertatem B. Bernardus, non

sola ponit bonorum fragilium spoliatione, sed in arcano illorum contemptu, & dulci amore paupertatis. Hinc probè secernunt viri sancti paupertatis vim ac naturam ab ejusdem fine : illa se fluxis à rebus abstinet, hic ab earum etiam amore, & desiderio. Sed ulteriùs pergamus, & in tam gravi argumento certa quædam capita distinguamus, quæ opto à cunctis accuratè in posterum observari.

*In renuntiatione bonorum quomodo peccetur ?* Exa. c. 4.

Primum est bonorum renuntiatio, quæ nobis in sæculo obtingbeant, in qua mihi videntur nonnulla peccari illúdque imprimis quòd ultra quàm debeat differtur : huic S. IGNATIUS Parens noster tempus *ante ingressum in Societatem* assignavit ; nunc recepto more, quòd in quartum annum ab eo tempore transferatur, haud quaquam nostrâ, sed Societatis causâ fieri putandum est, ut fiat interea de suorum virtute, & constantia certior. Ceterùm primus est in via Dei gressus, juvátque mirificè ab ea quàm primùm sese expedire ; & nocet, plusquam dici potest, eam in longum rejicere. Hoc ergo Christus consilium præverti omnibus volebat, *vade & vende* ; pòst verò, *sequere me*, hunc esse significans ad ineundam Christi familiam necessarium apparatum, censûs omnis caduci abdicationem ; nec posłum ca-

capere, quo pacto sæculum tenaci propo
to cum religiosa familia mutârit, qui sarc
sarcinam, & impedimenta gestit nihilo
nus circumferre; multò minùs, qui po
jam Christo devinctus, & cælo consecrat
terræ libens affigi, & terrenis vinculis gr
dere. Miror verò, & quidem maximè, eg
re aliquos monitore, imò suasore ad exsti
landum languorem, ut velint ea excuter
quin etiam monitos tergiversari, quoad
lent, multáque, & varia excusare; refelle
hæ voces religiosi propositi obligationem
& eludunt scopum, atque consilia provide
tiæ divinæ, quæ ad hoc illos omnino
caverat, ut, repudiato non fictè sæculo,
bi uni servirent: at enim hæ moræ sanct
ris commodi gratiâ nectuntur; differtur
nuntiatio, ut indè pauperum, ut Societ
inopia pinguescat; ità nempe suam nonn
lentam hanc defendunt pietatem: sed obli
Sanctorum communis sententia, præfer
videlicet eleemosynæ paupertatem, & ill
tim Christi causâ pauperem fieri, quàm op
sibi reservare, ut in pauperes Christi sent
opportuniùs dividantur.

Alter in eodem negotio error, eorum
qui abjiciunt quidem sua, sed ex iis sibi al
quid seponunt, sícque illa Deo volunt co
secrata, ut indè sibi partem retineant, no
pl

placet hæc in domo Dei sectio timida, & diffidens, itaque Christus apud S. Lucam procul omnem tollit ambiguitatem, *& omnia quæcumque habes vende*, inquit; qui dicit *omnia*, nè unius quidem exceptionem indulget, cujuscumque generis illa sint, pretiosa, chara. Denique omnia tibi sunt respuenda, ut nudum Christum ipse nudus sequare: hoc ità pleno, & securo animo qui præstant, *holocaustum offerunt, imò magis holocaustum fiunt.*

28. 22. S. Hiero.

S. Greg. hom. 10. in Ezech.

Tertium quoque ab iis peccatur, qui sua erogant in cognatos non absque fiducia recuperandi eadem, si usus veniat, aut eorum partem; certè contra mentem Salvatoris, qui, ùt rectè animadvertit S. IGNATIUS, non dixit, da consanguineis, sed da pauperibus; &, si dubium foret, essétne potiùs agnatis, tanquam pauperibus, quàm aliis danda, ad suspectæ carnis, & sanguinis cavendam prævaricationem jubet unum, duos, trésve ab eo legi Præpositis assentientibus, quorum in hac re stare judicio, & sententiâ debeat.

Exa. c. 4. §. 8.

Quartò, agnatis & propinquis esto nihil detur, at Societati donabitur; verùm definitis pro dantis arbitrio Domibus, sive Collegiis, in quibus aut sedem sibi fixurus est, aut jam animum fixerit; quem modum arguunt

P.3.c.1.n. 7. G. guunt S. Patris noſtri verba illa, *ut decet rum ſpiritualis vitæ ſectatorem* : obeund hanc ſui ſpoliationem, exutis affectibus p penſionum privatarum, iiſque inter ma eorum qui regunt omninò permiſſis, ut probaverint Domui legata bona attribua modò nè extra eamdem Provinciam: qua quam Collegio cuipiam ſua relinquere, teſt nonnullis interdum concedi, ſi tam in eo non habitaverint.

Poſtremò anxiè qui agunt, ut quæ Soc tati reliquerunt, ipſimet per ſe adminiſtre indicium præbent animi nondum ab eor viſco ſatis expliciti : nam facit triplicem C

Coll. 7.c. 1. ſianus renuntiationem, *rerum*, *affectuum*, *memoriæ*, complectitúrque omnes Socie repudiari ab ſuis volens non poſſeſſione modò rerum, & affectum, ſed ipſam quoq ex eorum mente perinde abduci memo am, ac ſi nunquam illas poſſèdiſſent. H ità poſitis, & eorum obſervatione ad per ctionis religioſæ culmen tam neceſſariò bilitâ, omnibus quoad poſſum, & quo ſingulos pertinet, commendo ut ſæculi nis & ſeſe quam primùm, & ex præſcr conſtitutionibus formula exuant; ſi qui t citò non poterunt, procraſtinandi cauſas impedimenta ad me ſcribant, parati nih feciùs exequi, quicquid ſanctæ obedien

dictârit authoritas. Ad hæc sibi Provinciales injunctum intelligant, ut si quos fortè habuerint, qui renuntiandi suis elapso tempore, adhuc illa retineant, de illis, & eorum negotio clarè per literas, accuratéque me doceant.

*Qualis debeat esse usus rerum concessarum?*

Secundum caput in hac paupertatis, quam instauramus, sanctitate concessarum rerum in usu versatur; nec enim sufficit sæculari mammonæ nuntium remisisse, nisi datis utamur moderatè, procúlque omni superfluitate: ac debet hic usus frugi, accisus, pauper, rebúsque necessariis præfinitus ubique elucere in vestitu, in victu, in cubiculis; nusquam superflua, nusquam curiosa, nè imagines quidem piæ pretii alicujus, quod conditioni pauperum, cujusmodi nostra est, minùs conveniat: nec verò hîc aliquis superfluitati obedientiam prætexat, dicátque se bona cum venia obedientiæ tales reculas habere; vereor enim hæc, quam putant obedientiam, nè magis sit indulgentia; etsi autem non potest perfectæ virtuti officere, quod duce fit obedientiâ; sed huic indulgentiam si attexas, & utriusque res geratur potestate, mirum non fuerit aliquando illam absolutæ virtuti repugnare. Quare hîc ego Superiorum pervigil studium magnopere requiro, ut efficaci remedio, quic-

quid laboraverit, perſanetur; luſtra
quandoque ſuorum cubicula, & ſuperva
nea, quæ deprehenderint, nec paupertati
ſtræ ſat conſentanea, omnino amoven

*Parſimonia tenenda in itineribus.*

Quam præterea in itineribus parſimo
am teneri vehementer velim; convehu
enim, conquiruntúrque commoditates
noſtræ, nec ſatis ab ingenio ſæculi pe
tæ, & diverſoria non ità ſancto, ùt pa
ſet, exempli odore vaporantur. Fuit
gni illius in Societate operarii Patris F

Hiſt. lib. 3. n. 25.

dictum: *proprium eſſe noſtri Ordinis rel*
*re in omnibus domibus, & hoſpitiis, quò de*
*tunt, veſtigium aliquod ſanctitatis; ubi*
*enim conſulendum hominibus eſſe, ubique p*
*tandum, ubique colligendum, cùm debitores*
*mus omnibus, & ubique nos ſpectet Deus.*

*In illis ſolita pietatis exercitia non omittenda.*

veatur inſuper, nè itineris moleſtiis
precandi jura, & tempora negligantur;
que primorum Societatis Patrum imita
ne, quorum, dum agerent viatores, p
erat precandi cura, *egreſſos hoſpitio arma*

Lib. 3. n. 3. & lib. 4.

*oratio; excipiebat ingreſſos:* ex qua &
hauriebant alacritatem viarum incommod
& difficultatibus fortiorem; *quia Chriſti*
*mor, & crucis ſitis quidquid erat aſperum*
*tigabat.* Quàm potens igitur erga C
ſtum amor ad perferendam Chriſti Cruce

S. Bonav.

*quo vivens Chriſto viventi, moriens morie*

*ti, & mortuo perfectâ imitatione anima conformatur !* in vit. S. Franc.

Veniamus ad tertium illud & supremum munus veræ paupertatis non modò à superfluis abhorrens, sed necessariis etiam, quotics Deo placuerit, libenter carens; de quo juvat audire B. Bernardum: *Felix*, inquit ille, *qui nihil sibi retinet ex omnibus; non habet foveam ùt vulpes; non tamquam volucres nidum; non loculos quomodo Judas; non domos, sicut nec Maria locum in diversorio, imitatus perfectè illum, qui non habebat ubi reclinaret caput.* Epist. ad Henric. Archiep. Cùm totos quadraginta dies Fundator noster sanctissimus à Deo precibus, & lacrymis quæsisset, quod genus paupertatis esset Societati præcepturus, peculiari tandem divini Spiritûs afflatu supremum, & altissimum præcepit; *quia Christus Dominus Dux, & caput est Societatis*, quàm proinde ad summam Christi paupertatem decebat collimare: hæc verò qualis extiterit, nemini est obscurum; aversatus est Christus divitias, sæculi commoda refugit, admavit è contrario in cura corporis, cibo, veste, domo summam inopiam continuáque incommoda; natus præsepi excipitur, & nudus in cruce moritur. Debet hæc nobis ob oculos, inquit S. Bernardus, paupertas versari, *quam Christus docuit verbo, consecravit*

*Libenter careamus necessariis quoque.*

*Paupertas Christi qualis ?*

*vit exemplo*; ab cujus exempli norma lo
profectò absunt, qui paupertate gloriant
sed ejus molestias fugiunt; paupertate
mant, illius comites procul ab se exclud
Christum non ægre pauperem sequun
sed hâc lege; nè cum Christo vel nece
riis, vel opportunis careant; solius nom
specie pauperes vacuæ atque umbratili
pertati inanem titulum prætendunt. C
tum quidem est, ipsóque divini Spiritûs
culo confirmatum, quod pòst S. Bonav
tura asseruit, *nusquàm, & numquam leg
quem volentem in paupertate Deo servi
defectu cibi fame periisse*: sed nec dub
est, Deum ad augenda suorum merita,
bandámque mortalibus eorum virtutem,
terdum ad tempus quotidiana iis alime
vel ex parte, vel planè subducere, rel
solùm quæ ad mortem arcendam sufficia
trahendámque per miserias, & dolore
tam judicio sensuum infelicem; hâc tam
exercitâ tot malis, & tam invisâ hom
bus vitâ nihil pretiosius, nihil optabilius
pud Deum: per hanc enim Christo, An
lis, & Deo similiorès efficimur. *Qui*
S. Chrys. *cis contentus minimis indiget, similis est D
qui nullis indiget*: nec in eo tantùm perfe
virtutis rationem Apostolus statuit, ut q
Philip. 4. 12. noverit *abundare*, sed ut pariter *sciat pe*

*riam pati* : quæ teste B. Gregorio, *ars est mirabilis, & toto cordis adnisu discenda*; Deum, affluentibus rebus, & in penuria, æquali animo laudare; gratum esse cibos, & necessaria suggerenti; nec minùs gratum eadem neganti, ac se utrobique patienter, tranquillè, alacriter habere; hoc verò est ex eodem Sancto pauperem spiritu reipsâ esse, *qui alimentorum inopiam sinè murmuratione tolerat*, & penuriam quamlibet placidè exsorbet. Cujus utinam virtutis pretium, & cultus semper in nobis omnibus vigeat, sed in professis Domibus præcipuè, ubi ex Pontificum Bullis vivitur mendicato, incertísque eleemosynis: ex quibus sequitur, in his Domibus qui degunt, esse victu incerto, & vario contentos, aliquando etiam diminuto & mutilo, debere, statuítque S. IGNATIUS, *ut nullus de Societate debeat, nec possit quemquam ad eleemosynas perpetuas domibus, vel Ecclesiis ejusdem Societatis relinquendas incitare*; nè quid videlicet earum fiducia spem illam restringat, quam habemus in sinum divinæ providentiæ projectam. Ex his conficiajo paupertatis nostræ fastigium ambienti altiùs assurgendum, ac post rejecta superflua necessariis etiam, ubi occasio & proximi salus, Deíque gloria tulerit, abstinendum.

Hom. 16. in Ezech.

*Paupertas Domuum Professarum.*

P. 6. c. 2. n. 6.

*Verus Pauper sit ab omni affectûs intemperantia sejunctus.*

*Et statuæ similis.*

*in ejus vita.*

Quartum & ultimum monitum ex quendæ ad purum paupertatis, in cand affectûs, & synceritate animi situm est; sum enim esse, ùt diximus, rerum opus necessariarum, rejectis superfluis; incert nec de eleemosynis securum; addo nunc omni affectûs intemperantia sejunctum quem statuæ similitudine S. P. Ignat exponit: *in iis quæ ad paupertatem spect quantum ad rerum*, inquit, *usum*, *quasi tuam existimare* me debeo; vestium, inqu usum, cubiculi, mensæ, ministeriorum e que omnium, nullo mearum sensu, affec amore peculiarium rationum, sed unius tùm obedientiæ, & gloriæ divinæ. Vid quanta sit doctrinæ hujus excelsitas, qu tísque ab terra spatiis necesse sit evectam nimam meditationis impetu, & ardore in cælum, ac cælestia penetrâsse, ut eam a quatur: non excedit tamen instituti no metas, ab Societatis spiritu non dissent non destituitur divinæ gratiæ promptâ m nu porrectáque ad opem, si accipimus, rendam. Auctor erat Paulino Hieronym *nihil in se mediocre esse contentus esset, tan summum, totum perfectum desideraret.* N dispari animo S. Parens noster summum virtutis apicem spretâ vult prensare medi critate, & divino fultos auxilio perfecti

ma consectari. Illic statua hæret, ubi erigitur; nec illo versùm ubi olim est ficta, magis quàm alio propendet: sic nostrûm quemlibet par decet omnem ad locum, domum, collegium, habitationem facilitas, & æquabilitas: nec major in patriam, quàm in aliam partem propensio: *omnis terra, & nulla terra nobis patria est*: ad omnes vocamur ubique gentium pari studio juvandos: unum, si qua nobis patria cælum est, ubi nos pater verus, ubi paterna hæreditas expectat: omnis æquè nobis cognata natio, gens omnis una est adoptionis divinæ jure, fraternitate Christi JESU, patrimonii æterni promissionibus conflata; *non enim est apud Deum distinctio Judæi, & Græci, nam idem Dominus omnium.* Dicamus igitur cum S. Bernardo, *unum ordinem opere teneo, cæteros charitate*, unius reverâ nationis, & patriæ affectu, & animo omnium, omnes amans, omnes apud me tum magni faciens, tum apud alios dilaudans. Fuit inventum Patris nostri Fabri admodùm excellens ad expellendos ab animo rerum affectus caducarum: *quotannis rebus omnibus, quæ præsertim ad victum, & cultum pertinent, funditus exuebat sese, nihil ut se spoliatius, nihil esset egentius*: & memini hoc idem in Societate paucis retrò ab annis solemne fuisse, certis præsertim occa-

Naz. or. 28.

Rom. 10.

Hist. lib. 3. n. 3.

sionum magnarum celebritatibus, qua sunt votorum instaurationes; ac velim p rimùm tam sanctum morem à Superiori revocari, tradíque illis quicquid super apud se quisque repererit: hic erat Fa sanctissimus ambitus, *nihil ut esset se spec tius, nihil egentius*, & absolutissimæ egen tis integritate nemini cederet. Ah si Societatem ardor æmulationis sanctæ p vadere incipiat! ah si pejorem quisque, teriorem, viliorem cellam, vestem, occu tionem sibi deposcat, & ambiat! tunc ne in nostris cæli divitiæ eminerent; t Christi odore mortales omnes afflarent, traherent, tunc pulsis querelis, ac diffid pietas, sanctitas, exempli efficacitas reg ret. Et hæc de priore Religiosi Ord promovendi, tuendíque præsidio ex S. B naventura initio hujus Epistolæ laudato, reprehensibili nempe vita.

*Secundum scientia nostra sacra sit; ex materia, intentione, ac fine.*

Secundum erat sapientia sacra; sacra enim oportet Societatis esse scientiam b ex subjecta materia, ùt est scripturæ sacræ ac Theologiæ studium; sive ex ordine Deum, ùt quæ in Philisophicis, Mathem ticis, & Rhetorica versatur. Prima Soci tatis curam per se rectà spectat, altera soli ùt secundaria & ancilla priori famulatur mentem enim nostram post sui dedicat

nem jam Deo sacram dumtaxat sacris occupari est æquum : nam quid monstri hoc foret devotum altaribus calicem , ùt fecit sacrilegus Balthasar , in usus profanos redigere ? atqui haud paulò sit gravius religiosi viri mentem fœdari rerum inanium cognitione curiosâ. Jam si B. Augustinum roges, quid sit impulsu vanitatis dare operam literis ; quid se ipsum , ac suam inanem gloriolam in scientiis venari ? respondebit , esse nihil , quàm *in sacro vase diabolo propinare* ; in vase inquam sacrorum cultui , & divinis honoribus mancipato potum dæmoni præbere. Si quæras quid sit libros evolvere parùm castos ? libros mali dæmonis instinctu concepti , lucubratos , & ejusdem typis in lucem effusos ad indicandam hominibus pereundi viam parùm scilicet jam notam , parúmque præcipitem ? audies iterum hoc esse in vase sacro diabolo propinare ; laborare de oblectando dæmone, & contristando, quoad potest , Deo ; nam si est in sæculo etiam talium librorum damnanda lectio , quantò detestabilior in religioso viro , in homine de Societate , in sacræ paginæ studioso , & conversioni animarum , propugnandæque fidei ex instituti sui munere addicto ? Nec valet excusatio linguarum , & eloquentiæ , quorum indè nitorem se petere nonnulli causantur ;

*Vanitas cavenda in studiis.*

*A libris minùs castis omninò abstinendum.*

etsi enim est ex eodem Sancto elegantia
Confess. præstans, & *calix aureus, sed plenus ven*
lib. 4. c. *& vitio erroris* : nè labri splendor suâ lu
15. oculos perstringat, liquorem attende mo
tiferum, perniciem cogita variam, quam
*Gravissi-* cum in animum inducit, & hanc præ cæ
*ma indè* ris maximè timendam, quòd piorum in
*damna* saporem librorum misere extinguit. Si
*existunt.* stri judicii est in ægroto optimorum cib
rum fastidium, sed multò pejoris in re
gioso nauseans ad spiritualia stomachus,
vice versâ profana appetens, manifesto p
nè vitiati palati argumento, hoc est, depr
vatæ voluntatis. Accedit rerum piar
tædium, & ingens de illis sermocinandi diffi
cultas ex eadem orta solutiorum scriptor
lacuna: lingua enim cordis, ùt dici solet,
strumentum nisi ejus motu atque impe
nec movetur, nec agit; æquis ferè hæc de
incedunt passibus; & ubi cor hæserit, c
*Assuescē-* mox advolat & lingua; si mens cum Deo
*dum piis* vidè orando colloquetur, acquiescet & lo
*colloquiis.* gua sanctis de illo sermonibus sive in com
muni cum nostris consuetudine, sive cu
externis. De quo appositè succurrit illu
Angelici Doctoris, debere Religiosum ho
minem de Deo semper, aut cum Deo loqu
Qua in re certum est peccari aliquid à no
stris, quod pro ejus momento sanè gravi pe
ri-

nitùs corrigi vehementissimè cupio, & huc omnium operam curásque conferri. Initiavimus Deo mentem ipso in Societatem ingressu primo; linguam illi pariter dedicemus: *ô quàm pulchrum, quàm divinum per divinarum rerum commemorationem in DEI amorem perpetuò excitari!* Beatorum certè palæstra civium, & primorum lingua Societatis Patrum, ejúsque præcipuè sancti Fundatoris, quem cùm vulgus, ùt fit, inter fabulandum peculiaribus notis vellet describere, illum ajebat, qui semper in cælum suspicit, semper in ore Deum habet: mentem nimirum in cælis agentem lingua facilè sequebatur. Nec posse videor tacitus præterire, quæcumque hîc errantur, magnam partem Superiorum errore evenire. Primùm etiam ab iis exemplo agendum est, inducendi sunt in communem recreationem de rebus divinis, & utilibus sermones; pervincendus est pudor quidam nimiùm humanus, eique præferenda Societatis, ac professionis nostræ officia; deinde procul omnino ablegandus gazularum abusus alicubi perperam admissus ad pascendam novis aut rebus, aut fabulis quorumdam curiositatem, non absque culpa, & detrimento pietatis: quare huc tamdiu erit admonitio salutaris, & correctio admovenda, dum emendatio consequa-

Naz. or. 26.

*Contrariis erratis quæ remedia adhibebunt Superiores.*

quatur. Tertio loco invigilent noſtris
ternos viſentibus, & percunctentur eor
ex ſociis, num pios ſermones cum iis mi
re conſuêrint ; ſi ſecus facere compere
pro ratione ſui muneris in poſterum mo
ant. Tantam ergo peſtem molliorum
ctorum lectitatione in animos ſpirante
mnes quidem in viſceribus Jesu Chri
rogo, ut aperto bello eos inſectemur,
rúmque nobis ſit illos non legere, niſi et
à nobis eos quàm longiſſimè amandem
juniores tamen ſcholares noſtros ſingul
ter alloquor, & volo ab iis hanc mea
hortationem altè in animum demitti ;
rum verò Superioribus injungo, ut ſi qu
(quod abſit) deprehendant iſtiuſmodi
bros lectitare, vel apud ſe habere, omni co
feſtim excuſatione, & interceſſione poſt
bitâ in tyrocinium remittant hauſturum
lic religioſæ virtutis ſpiritus, quos nond
eatenus deguſtavit.

*Studia noſtra Sacra eſſe debent ipsâ quoque executione.*

Præter ſcopum autem noſtræ ſcienti
præfixum, obedientiam nimirum & D
gloriam, in quæ totus Scholarium noſtr
rum contendit labor, decet ipsâ quoque ex
cutione noſtra literarum ſtudia ſacra eſſe, n
que extra Deum, ſed intrà peragi : ùt en
pulchre adnotavit, & pulchriùs præſti
numquam ſatis laudatus Franciſcus Suare

in nostris, quos alit verus Societatis & vividus instinctus, *mens non absorbetur, quia ad Deum sæpius recurrit, nunc intentionem in illum renovando, nunc auxilium & lumen petendo, nunc verò de veritatis intelligentia gratias agendo*; neque enim par est ingurgitare se quodammodo totum literis hominem, atque immergere, quasi nihil nobis præterea melius, quò tenderemus, superesset: sat est iis ad tempus se animus commodet ex obedientia definitum; interea verò in studendi finem oculos identidem conjiciat, patrem luminum adoret & invocet, studendi laborem in Dei gloriam reflectat. Lib. 5. c. 3. n. 12.

*Tertium Ministeria Societati propria.*

Verùm ut ad claudendam epistolam quandoque accedamus, exequamur jam tertium caput ex S. Bonaventura huc translatum de Ministeriis Societati maximè propriis, si priùs pauca de alienis ab ea dixerimus; cùm enim sit scopus in quem contendit Societas divinus, & ad salutem pertinens animarum, quicquid extra hanc occupatur, ab instituto pariter exerrat, ùt sunt negotia sæculi, & temporalibus de rebus, quæ nos ab eo fine vel retardant, vel omnino avertunt. Habemus quoad hæc Salvatoris exemplum celebre, cùm rogatus à quodam, ut ortam inter se ac germanum de bonis extraneis litem dissolveret, *Quis*, ait, *me constituit judi-*

*Ab alienis, & à negotiis sæculi abstinendū.*

*judicem inter vos* ? quasi diceret, quo pacto officii ad me spectat ? quid verò mihi cu negotiis temporariis, qui sum ad æterna h destinatus ? quàm deceret nostros simili sponso non dissimiles curas, cùm ingen tur, eludere : quis me constituit judicem ter vos ? tunc certè veriùs Jesu Societas ceretur, Jesum non modò appellatio sed rebus ipsis imitari. Confirmat hoc i his verbis S. Ambrosius, *terrena declin qui propter divina descenderat* ; quæ no eodem jure conveniunt in religiosum or nem *propter divina* cooptatis, quin imò unum *omnium divinissimum*, hoc est, salut animarum. Igitur nobis *declinanda sunt t rena* ; nostra non sunt, aliena sunt ; & eoru fugam metuendum non est hominum qu rimoniæ nè sequantur, quibus eo modo p multò damus, quàm exigant, ut in Christ

Ser. 196. facto S. ostendit Augustinus : *petebat bo hic mediam hæreditatem in terra, Dominus ferebat totam in cælo, plus Dominus dabat quàm ille postulabat.* Et addens responso s Christus fructuosissimam circumspect nem : *Cavete*, inquit, *ab omni avaritia* : S. Augustinus, *non est solùm avarus qui qu rit aliena, sed etiam, qui cupidè & avarè petit sua.* Quo sancti viri documento vellet Procuratores nostros fieri cautiores : quam

*Et à nimia cura rerũ temporalium.*

quam

quam enim interdum æquum petunt, juréque legitimo; sed avarè & cupidè videntur petere, & aviditatem quamdam nimiam præferunt, quæ sæculum redolet; sint ergo suæ tenaces Regulæ, cùm jubet in agendis rebus, *memores esse instituti Societatis, quod profectui animarum invigilat.* Quo valdè seriò monentur, ità esse temporalibus consulendum, nè qua fiat cælestium jactura; ità curandam rem familiarem Collegiorum ac Domorum, nè ab re sacra, & Societatis muneribus homines avertant: quare admonendi, corrigendíque erunt, & verò etiam officio movendi, si quos in re tanti ad Societatis institutum errare Superiores animadverterint. Hanc autem CHRISTI disciplinam eximiè nobis S. IGNATIUS in se ipso expressit, cùm recens ad Deum conversus ità confestim mentem cælo affixit, ut quicquid cum proximis ageret moverétque, illuc omnia traheret ac referret. Sui verò hujus consilii ignaris, si quando ad se temporaneæ opis gratiâ ventitâssent, majorem quandam deferebat, cælestem scilicet sempiternámque apud Deum; idémque ab nostris adeò exigebat, ut Conimbricensis Collegii Rectorem, cùm Romam ad necessariam litem advenisset, non sit passus in Domo Professa degere, sed, Societatis Collegio nondum

in

in Urbe tunc erecto, illi apud externos c
versorium assignârit; tanti censuit Fund
tor sanctissimus Societatem professam ab
mni se specie atque umbra cupiditatis a
stinere. A quo ipsius primævo candor
nimis palàm est nos aliquantulùm defici
se: unde illa fuit Summi Pontificis Inn
centii Decimi ad Congregationem Gene
lem paterna, sed justa commendatio: *Pr
scribenda ratio, quâ omnes Patres Societ
se rebus ac negotiis sæcularibus non immisc
Cui venerabunda, & ad obsequendum
ratissima Congregatio respondit: *unum
omnium Patrum suffragium, & votum C
gregationis universæ, ut nostræ Societatis
mines abstineant à negotiis sæcularibus, a
stris Constitutionibus alienis*: hinc vero co
stabit quantâ in futurum sollicitudine
stris cavendum sit, nè ulla ex causa,
nè Principum quidem commendatione,
que voluntate temporalia, & sæcularia
tingant: & advertant, qui præsunt, q
sibi Congregatio injungat contrà violati
creti reos: *Superiores curabunt*, inquit,
*transgressores impuniti maneant.* Quam
rem si parùm valebunt remedia, quæ co
muniter adhibentur, erunt etiam locis
que officiis movendi.

*Minis te-* Excluso sæculo, ejúsque negotiis ab

po nostro alienis veniunt sacra, & divina nostro amore, studiis, & labore digna, & propriè nostra, quæ instituti formula recensetà Summis Pontificibus approbati, súntque *prædicatio, lectio, spiritualia exercitia, puerorum ac rudium in Christianismo institutio, sacramenti Confessionis, & aliorum administratio, & reliqua.* Possunt verò hæc bifariam exerceri, ùt S. Parens noster IGNATIUS tradit, vel discurrendo per varias Orbis partes, civitates, & pagos, eáque confessionibus & concionibus excolendo; vel hærendo in Collegio aliquo sive Domo, *ubi magnus divinæ gloriæ proventus speratur.* Prius tamen illud Societatis est peculiare quàm maximè, illámque, velut nativus character Professorum impressus confirmatúsque voto, ab ordinibus aliis distinguit: cujus præstantiam operis, fructúsque immensos, & necessitatem utinam valerem, scirémque pro dignitate exponere: ac necessarium quidem, non arbitrarium hoc esse Societatis munus, ex Societatis ipsius mente colligitur: nam *scopus, ad quem tendit Societas, est, diversa loca peragrare prædicando, confessiones audiendo, &c. divinâ gratiâ aspirante*: scopum autem si tollis, tollis unà Societatis nostræ finem, hoc est, salutem animarum. Nobilitas verò huic ministerio

*ria Societati propria quæ?*

Jul. III. fol. 61.

P. 7.

Const. P. 7. & 1. Reg. Miss.

unde conciliari major potest, quàm à Ch
sti Domini ejúsque discipulorum magiste
& exemplo? Curandum ergo, quoad fi
potest, in Missionibus, ut nostri æmule
tur Apostolos, & ex voto, ac mente Reg
larum *bini associentur, pedites iter faciant
ex eleemosynis vivant, ad hospitale diver*
Et præter hæc etiam à ferendis secum p
cuniis abstineant, Dei fiduciâ pro certo
beralique viatico contenti: quod fuit S.P.
Nostro IGNATIO in similibus expedit
nibus inviolatum; in iis enim *nullum hab
bat pecuniæ subsidium, nisi Fidem, Spem,
Charitatem in Deum*, nec itineris labor, n
cibi tenuitas, nec incommoda somni cap
endi molestiora videbuntur circumfere
secum diu, noctúque viæ suæ individuum
comitem CHRISTUM JESUM de Cru
pendentem. O securum quantumvis lon
ginquæ peregrinationis viaticum! ô suav
simum fami nostræ cibum! impenetrabile
hostibus, & inexpugnabilem clypeum!
suadet prorsus necessaria ratio, ut prædic
turi populis CHRISTUM crucifixum, eum
que vi divinæ gratiæ validâ illorum a
animis impressuri cum eo versentur, illo
audiant, & ab eo discant Legationis su
propositum ac modum. Talis verò fuit
S. Augustino Paulus Apostolus, *crucifixu*

*In Missionibus Nostri æmulentur Apostolos.*

*cum illo, doctus ab illo, & gloriosus in illo.* Nec sistet operis tanti quæstus in iis solum, quorum saluti consuletur, sed magno cum fænore in ortus redibit, in operarios nempe ipsos; remetiente nobis Deo, quam contulerimus in proximos, mensuram: neque oberit arcanis virtutum animi progressionibus ista cum proximis externa actuosáque jactatio, si convenienter missionum Regulis ineatur, quarum vel una observatio accurata facilè omnia supplebit præceptionum documenta, quæ possùnt à quovis in hac materia optari: facto solùm est opus, restátque ad extremum, ut admoveatur huic manus, idque imprimis ab iis qui regunt, quos & præ cæteris magnopere adhortor, ut illud depromant in animarum lucrum studium charitatis, quod vocationis nostræ spiritui debetur, incitando, juvando, provehendóque suorum operas in tanti Ministerii sanctitatem, imò & facem illis exempli sui præferendo, quoad gubernationis munia patientur. Reliquos autem Sacerdotes (ùt olim à P. Claudio sanctæ mem. epistolâ quâdam ad Provinciales statutum fuerat) exceptis, quos vel infirmitas, vel impedimentum aliud meritò excusat, quotannis ad aliquod tempus ut vacent excursionibus missionum, quod non parvo suo proximorúm-

De civit. lib. 14. c. 4.

*Missiones non impediunt proprium animi profectum, si earum regulæ serventur.*

*Missiones omnibus commendantur.*

Epist. 9.

rúmque compendio sunt facturi, simul

Instr. 4. fol. 27. turi liberum pœnitentibus accessum ad lios, si volent confessarios. Extra verò giusculum hoc tempus possent per bidu triduúmve vicina lustrare, ac redire in d Dominicum consuetam operam templo stro daturi. Placet quoque multum e

Epist. 9. *Quælibet Provincia habeat Residentiam unam pro Missionibus.* dem P. Claudii Aquavivæ cogitatio ens, ut in Provincia qualibet Residentia signetur ubi octo de nostris, Sacerdotes adjutores duo eleemosynis alantur, quo cto solet in Domibus Professis, & alt ad fructificandum in agro Domini exe horum deinde in locum alii ex iis, qu Collegiis commorantur suo tempore succ dant : qua in re Provinciales emixè co diligentiùs explorare, quid in sua cujusq

*Qui versantur in Missionibus non tractent de novis Collegiis fundandis.* Provincia præstari valeat : universos aute Missionibus occupatos ejus volo seriò m minisse, quod à Præpositis Generalibus dinatum, nè ullo modo tractent, vel aud tractantibus præbeant de novorum Co giorum fundationibus : at si de novis F fessis Domibus proponatur, huc dabun eo literas, & responsum ad illas expectabu

Nec est præterea quod huic epistolæ jungam, nam *si hoc fiat, sufficit* ad Soci tem renovandam, restituendámque co

*Commen-* pristino ac vigori. Verùm ut hæc in au

non vanescant, sed factis rebúsque sancian- *datur pie-*
tur, etiam atque etiam desidero, ut in cul- *tas in D.*
tu Beatissimæ Dei matris suam singuli in- *V.*
staurent, expoliántque pietatem; nam si JESU tota est titulo singulari, ac peculiari nomine Societas, totam quoque esse MARIÆ necesse est, speraréque ab ipsa patrocinium, atque opem ad implendam vocationis nostræ, ac Apostolici propositi mensuram. Nè quæso tot Patrum sanctus ardor per tot molestias, tótque discrimina longissimorum itinerum ad Societatem primævo splendori, ac pulchritudini reddendam mirâ consensione congregatus spebus excidat suis. *Christus JESUS heri, & hodie,* Ad Heb.
& nunc æquè paratus ad porrigendam ma 13. 8.
num volentibus. Cogitemus, oro, nostrorum defectuum nævos quoque ipsos, Ecclesiæ Dei quantopere ii oblint; saltem enim vel arctant, vel diu remorantur prodigam ejus charitatem, nè profundat, ùt vellet, opum magnarum præsidia nobis ad heroicos labores, servandásque ex instituto nostro animas perneceſlaria.

Altissimum esse virtutis fastigium, ad quam sumus à Deo vocati, neminem puto dubitare; magnis ergo nominibus, & jure maximo cogimur ad duplicandum gressum, incitandúmque in illam iter; aut, quod

hinc sequitur, ad divinæ offensæ mem
anxium, & gravem, si horum obligatione
*Quisque se examinet, quantum præstet, & quantum possit.* nostrâ inertiâ decoquamus. In se quis
penitiùs subeat, videat quod agit, & qu
valet, & quoad Societatis ministeria mu
quid præterea valeat; nec se naturæ virib
circumscribat; sed assurgat ad validiores
vinæ gratiæ, iisque confisus attendat qu
bus occupatur, an satìs ad Societatem ea
tineant; ac si pertinent quidem, invest
tamen officii nostri modum, & amplitu
nem num satìs expleant: quâ docemur
*pensè in nostram, proximorúmque salutem*
*perfectionem incumbere*, id est, omni dilig
1. Cor. 7. tiâ & ardore. Sed jam cum Apostolo c
29. damus, *tempus breve est*, quod nobis scili
ad vivendum restat, paucorum fortassis
norum, forsitan nec dierum; & imus tam
in æternitatem nullo fine claudendam; n
Ibidem. *quum est, ut qui utuntur hoc mundo, a*
*quam non utantur*, & vivant, quasi non
verent, vivant tanquam sibi, carni & s
guini, totíque sæculo mortui, CHRIS
uni viventes, ejúsque gloriæ, perfectio
Eccl. 12. 13 suæ atque alienæ; *hoc est enim omnis ho*
hoc unum hominis proprium ad Dei glo
am conditi, & in Societatem ejus ad com
sionem hominum vocati.

Et his hâc primâ Epistolâ decursis ad

tremum ab omnibus peto non modò ut suis ad Deum precibus fulcire debilitatem meam pergant, & impetrare à Domino Deo nè impositò muneri parcè respondeam; sed juvent etiam admonitione, atque consilio liberæ charitatis, communis boni studiosæ, si quando, quod nimis pronum est, officio deero, cùm simus omnes ad majorem Dei gloriam conducti, eadémque perfectionis nostræ proximorúmque obligatione. Et gratia Domini nostri JESU CHRISTI sit semper in cordibus nostris. Amen.

*Omnium in Domino*

VINCENTIUS CARAFA.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXVII.
R. P. N.

# FRANCISC
# PICCOLOMINE

Præpositi Generalis VIII.
Unica,

## Ad Patres Fratréſq; ejuſdem Societatis.

Anno 1650. 28. Octobris.

## *De utilitate, & neceſſitate Exe cutionis.*

*Tria Architecto curanda.*

IN qualibet ſtructura perfecti ædifi tria ſunt Architecto præcipuè excog tanda; delineatio formæ, quæ membr operis interiora diſtinguat: areæ poſit cum delectu, unde opportunè naſcatur loca exteriora vicinitas: ſed hæc duo m lem non ſatis abſolvunt, niſi tertium adju gatur, nempè cura lucis, ac cæli: cu commercio jncundè aſpectabilis, comm

déq

déque habitabilis tota domus existat. Hujus exemplum statuit S. Ambrosius ipsum Mundi opificium, architecturam Dei; qui prima ejus fundamenta non antè substruxit, quàm illi ex immenso splendoris sui thesauro idoneam lucis copiam provideret. Ex quo Sanctus idem illustre proferens documentum, *qui ædificium* (inquit) *aliquod struere desiderat; antequam fundamenta ponat unde ei lucem infundat, explorat. Ea prima est gratia, quæ si desit, tota domus deformi horret incultu.* Hæc porrò sunt Architecti munera, sed necessaria magis, quàm ut ad perfectionem operis sola sufficiant. Suffecêre quidem illa Machinatori Divino universitatis fabricam, quam supra laudavimus, excitanti; quippe cui velle idem sit, atque perficere; neque opus sit ullius operâ fabri, præterquam omnipotentiæ molitricis suæ; cùm contrà ad exprimendas, quas homines adumbravêre, formas & operarii multi, & ipsis Præfecti operariis requirantur: quorum sinè studio, ac sedulitate ars ipsa, si viveret, agerétque, ad moliendum quidquam planè inutilis redderetur. Lib. Hexaëm. c. 9.

Quod igitur materiatis hisce ædificiis usuvenit, idem & spiritualibus pro quadam portione contingit. Et nostræ quidem *Societas ædificio comparata.*

Societati ( quod ſingulare Dei benefici
eſt ) abunde ſuffecit Architectus, quidq
ab arte excogitari, aut deſiderari amp
poteſt. Deſcriptionem, in proportione
ter ſeſe partium ſtatuenda ; ſuâ cuique
borum, munerum, graduumque ratione co
venienter attributâ. Poſitum : ad pe
eam Summi Pontificis collocando, infra
teros religioſorum hominum cœtus ad
ctam, dignitatum exteriorum omnium
modò inambitioſam, & non compet
cem, ſed etiam incapacem ; filios ſuos
certo loco fixos habentem, ſed, inſtar
rantium ſtellarum, promptos ad ſed
quotidie permutandam ; in id unicè de
natos, ut orbem aſſiduè non tam terra
quàm induſtriæ propriæ conficiant, n
reciproco emolumento ſuo, ſed aliis d
taxat commodando, ac bene de omn
promerendo. Denique, quod lucem
ctat, quot apertæ undíque veluti fenes
meditationum, ſtudiorum, explicatio
conſcientiæ ad excipiendos ab Orien
atque Meridie influentes radios cæleſti
notionum. Id totum planè deſcribitu
cùm in prima Societatis idea, quam no
egregius Architectus Ignatius conf
mavit, tum in additamento, quod Succ
ſores ejus, Generaléſque conventus p
lo

longa temporis ac rerum experimenta, consultationésque gravissimas apponendum per Decreta, Ordinationes, Industrias censuerunt. Unum est, quod in tanta rerum affluentia desiderari posset, strenuorum copia Præfectorum, qui, quod alii prudenter excogitârunt, ipsi diligenter ad effectum adducant. Parùm nobis prodesset Institutum tam aptè formatum, *si ea nostris actibus conferentes, quæ de nobis audimus, non inveniamus in nobis*, ùt Sanctus Paulinus loquitur, *quò magìs scilicet exprobretur nobis condemnandæ torpor ignaviæ, sterilium jejunitas animarum, & in operibus bonis aridæ manus.* Ep. 1. ad Sever. Non omnium, quorum Architectus ædificiorum est Deus, vult idem simul esse molitor. Id illi sanè convenit in prima Mundi molitione; in cujus quippe structuram, præter ipsum nihilum, intervenire, & conspirare nil aliud poterat. In cæteris quamquam sapientiæ suæ ingenio delineatis operibus res ipsas creatas, effectricésque rerum voluit in partem venire laudis, & meritorum. Idem observavit in fabrica Tabernaculi, quod veluti legis suæ repositorium, scriniúmque formabat; cùm ad ejus absolvendum ornatum jussit Israëliticum populum suam & ipsum industriam, studiúmque conferre, *qui cùm instarent operi,* Exod. c. 36. 3.

*ri, quotidie manè vota populus offerebat.* V
deamus, quid egerit Salomon in Jeroſol
mitano illo Templo magnificentiſſimè e
ſtruendo. Veſtigium hujus aptè deſcript
à Patre ſuo David acceperat : idea cæle
ex officina deſcenderat : non eam tam
ipſe fiduciam artis habuit, ut ſperaret ta
tam poſſe molem ad faſtigium, culmén
produci ſinè miniſterio experientium Pr
fectorum, ſtructorúmque, ac diligentiu
operarum, quos magno numero è regio
bus externis accivit. Excellentiſſima ex
empla rerum eadem effectu difficillima ſun
quò exquiſitiores operis executores exp
ſcunt, qui ea & mente facilè complectu
tur, & labore aſſiduo, quæ ſeſe objicient
impedimenta perrumpant. Id verò ſi ſen
ſibili formæ cujuspiam inanimi, mutiq
Templi contingit; quantò conveniet mag
Templo viventi, ſpirantíque; in quo ratio
ne quadam ſublimiore Altiſſimus habita
ponítque ſedem, ac ſolium gloriæ ſuæ
Hæc ipſa Caſſiani in re non abſimili ſente
tia eſt : *ſapientiſſimum Salomonem, poſt acc
ptam divinitùs ſapientiam, illud magnific
Domini Templum exſtruere cupientem legim
alienigenæ Regis auxilium popoſciſſe : qui m
ſo ab ſe Hirano filio mulieris vidue, quidqu
Divinâ ſapientiâ ſuggerente præclarũ in Te
f

*plo Domini, vel in vasis sacris moliebatur, ministerio ejus, ac dispositione perfecit.* Tanti Salomon fecit rectam operis executionem, magisterium Præfectorum, sedulitatémque operarum; ut sinè his ferè pro nihilo habuerit architecturam Dei, ac Templi formam è Cælo delapsam. *Rectè etiam tu* (subjicit Cassianus ad Castorem recentium Monachorum Patrem) *verum, ac rationabile Deo Templum, non lapidibus insensibilibus, sed Sanctorum virorum Congregatione; nec temporale, & corruptibile, sed æternum ædificare disponens, vasa etiam pretiosissima Domini cupiens consecrare non multo auri metallo, argentive conflata, sed animabus sanctis, quæ innocentiæ, justitiæ, castitatis integritate fulgentes Regem Christum in semetipsis circumferant commorantem, egenum me omnique ex parte pauperrimum ad communionem tanti operis dignaris adsciscere.* Quantò equidem justiùs dicam IGNATIO, imò ipsi potiùs Christo, cujus præcipuè inventum Societas est: *tu me egenum, omnique ex parte pauperrimum ad communionem tanti operis dignaris adsciscere*, non aliam sanè ob causam, nisi ut labori præsim, ejúsque executioni sedulò, ac diligenter insistam? Hujusce muneris in partem veniunt mecum Præsides Societatis omnes, quibus,

bus, tamquam Præfectis operum, execu
planè omnis innititur. Quare existim
dum mihi Deus unà cum munere volum
Constitutionum impertit, hoc est, ipsi
Societatis ideam, simul mihi, & omnib
aliis ejusdem Superioribus illud edicere
quod Moysi quondam, dum illi formu
Tabernaculi dedit ad manum: *Inspice, e*
Exod. 25. 40. *fac secundùm exemplar*; idem nobis imp
git, ut numquam ab hoc Constitutionu
modulo oculos, animúmque tollamus,
eum exactè exprimamus in nobis ipsis,
in aliis curæ nostræ concreditis, ùt mo
exigit Superiorum tanto operi Præfec
rum.

*In candidatis examinandis, & admittendis quæ cura adhibenda.*

Et ut ab ipsis incipiam hujus ædificii fu
damentis, atque à primis in ea lapidibus
ciendis; nihil illa proficerent prudentis
ma præcepta in Examine Generali à Sanct
Nostro Parente tradita de conditionibus
lorum, qui ad Societatem adlegendi sun
si deinde qui vocationes consilio regunt, q
examine discutiunt, qui judicio probant,
ipsa negligerent: si duci quâcumque ani
perturbatione se sinerent; sive illa sit in
quibus inconsiderantia præposteræ cari
tis, quâ in cooptandis corpori membris h
rum magis, quàm illius utilitati servirem
neque pensi haberent commune bonum
qui

quippe quod, cùm res sit multò divinior, prima quoque est regula honestatis: sive sit in quibusdam spes inanis, & fluxa facilè futurum, ut Religio lilia educeret, & procrearet ex luto, nullo habito ad Cælum respectu, quod nihil aut stirpium generosarum, aut animantium perfectorum gignit, atque educat, nisi conveniens in materia ipsa semen inveniat: sive sit in aliis immoderatæ vis amicitiæ, quæ desiderio sanè intempestivo perpetuandæ cum aliquo consuetudinis, & convictûs non omitteret onus haud satis accommodatum amico in collum injicere, & sibi simul in oculos materiam assiduæ verecundiæ ob infortunium mali successûs, nec rarò periculum pejoris abscessûs: sive denique sit in nonnullis vanæ cujusdam gloriolæ surdus, ac propè insensibilis sensus, eò quòd Societatem Sociis multis impleverint; cùm minimè recogitent non omne complementum, simul & nutrimentum esse corporibus, atque in multa ciborum copia constitutioni valetudinis adversantium, quos fortè præsumpseris, optimum illud accidere, ut eos nullo stomachi turbamento quàm primùm ejicias. Duxit in Examine IGNATIUS prima suæ hujus ideæ lineamenta, ac fila direxit, nostríque hujus Templi exterius atrium aptè de-

scri-

scripsit : hoc est mensuram, modúmque c
stituit, quo sint examinandæ vocationes
rum, qui se ad Societatem ab sæculo tr
ferunt. Inquiri jussit in animam, totúmq;
minis habitum sedulitate tantâ, quantam
lege veteri adhibebant, cùm victimas, q
Deo offerebantur in Templo, ab imis ung
bus ad sum̃um usque verticem explorab

Lib. de Victimis. *Tantâ cautelâ utuntur in hoc negotio, in*
Philo, *& qui offerunt victimas, & ipsi Sacri*
*ut probatissimi Sacerdotum, peritissimiq*
*extremis pedibus exorsi per totum corpu*
*rant, nè celetur vel minima labecula.* Q
si Philonem interroges, quonam in victi
inspiciendis diligentia hæc tanta spectet
*non propter victimas*, ait, *adhibetur hu*
*ra, sed ut sinè omni culpa sint, qui eas offer*
*Submonentur enim his symbolis nuncupa*
*vota, vel reddituri, ut nullum vitium, n*
*lúmque morbum offerant in anima, sed tu*
*tur omnino nitidam, & immaculatam m*
*spectu DEI producere, nè visam aver*
Una vel tenuis macula, nævulus dum
unus in ejus anima, qui Deo consecra
abundè est, ut purissimum illum offic
oculum, atque aliò indignabundum a
tat. Quare qui victimas aut explorant
admittunt, quibus Altissimo in Societate
crificent, ità se gerant necesse est, ut

meritò possit manus imponere, illúdq; pulcherrimum denuntiare innocentiæ testimonium, quod olim Sacerdos solitus est, ùt Philo concludit: *quòd manus imponantur victimæ, evidens indicium est innocentiæ, vitæque sinè culpa exactæ. Postulat enim Deus à Sacrificante primùm bonam mentem, sanctam, & exercitam in pietate: deinde vitam benefactis ornatam, ut, dum manus imponit, possit liberâ conscientiâ dicere: manus hæ nec innocenti sanguine pollutæ sunt, nec injuriam intulerunt, nulli rei præbuerunt ministerium, sed rebus honestis.* Ibidem. Non equidem id requiro, ut in primo ipso ad Societatem aditu ab ingressuris absoluta quædam perfectio exigatur. Neque enim spes est hoc tantum boni posse ex Adami limo obtineri, ex quo denique cogimur vasa fingere, quæ religiosa inter sepia splendeant *in honorem.* Quòd si verè contingeret; non esset sanè religio perfectionis iter, ac schola, sed ipsa perfectio: cujusmodi Pontificalis est gradus. Hoc illud beneficii est, quod Religiosi Ordines conferunt in genus humanum, ut ex sæculi salo aquas planè salsas attollant, eásque dulces efficiant, condiántque sensim in rores, qui mox eodem in mari pretiosas virtutum margaritas informent. Non ea igitur mens est, ut materia nobis in manus ab-

ſoluta proveniat, priuſquam ſua in eam ſ
cies inducatur, & forma; ſed in hujus de
ctu illud curæ ſit non omnem materiam
mnis eſſe formæ capacem: neceſſe eſt, in
pomis, ità in hominibus defectus ætatis
naturæ diſtinguere: quorum hæc firma
ſtabilis; incerta illa, & mutabilis eſt.
quis torvitate quâdam inflexibilis volun
tis, aut proprii opinione vaſtâ judicii rel
tantem ſe Moderatoribus difficilémq; pr
beret: ſi profunditate mentis obſcurus,
ſui ubique obtegens non introſpiciendu
ſe, quibus oportet, facilè daret: ſi ſtud
intemperantis ambitûs præcipuos honore
appeteret, atque aliquem ſibi prælatum a
gre patiens, prærogativam alienam, inju
riam ſuam faceret: ſi cupiditatibus inde
gentior neceſſarium impetu quodam dom
nantis affectûs id duceret, quod verè ſuper
vacaneum eſt conditione naturæ: hic fo
non eſſet appoſitus lapis, qui noſtro hu
ædificio inſeratur.

Licèt verò ingenium, ac valetudo
pura naturæ munera, non virtutes effec
ces meritorum, atque adeò ad abſolution
ſpiritûs aſpirare ſinè illis universè quis p
ſit; ſunt tamen neceſſaria inſtrumenta,
que ſubſidia exercendorum operum,
bus merita adnaſcuntur, comparandæq;

culiaris perfectionis ejus, quam propriè Societas profitetur. Idque præsertim habet valetudo, sinè qua nec susceipi labores ingenii, nec vitæ communis incommoda tolerari possunt: quo fit, ut qui male viribus affectus est, in Religiosorum cœtu non aliter degat, atque in corpore os malè luxatum, aut sede suâ motum; quod nec operari ipsum rei cuipiam valet, & membris quoque reliquis turbamento est.

At ingenii excellentia non est usque adeò in omnibus requirenda, ut defectus ejus compensari cordis humilitate non possit: quæ nihil est aliud, quàm facilitas, atque alacritas quædam in imo semper hærendi, idque amore, & gratiâ illius Dei, qui dejectionem extremam ad supremam celsitudinem gradum fecit. Cum hac demissione animi quidam interdum admitti poterunt in numerum eorum, qui literis daturi sunt operam; licèt afferant mediocritatem ingenii, modò virtutum aliarum opportunitate non careant: nam, ùt corporis alimentum non abire, vertíque totum debet in cor, aut in oculos, sed eo cæteræ quoque corporis partes non ità præcipuæ instaurandæ sunt, quarum absque ope cor ipsum, oculíque muneribus suis fungi non possent, ità in Societatem non omnes idcirco recipiendi sunt,

ut Magistri, Scriptoresq; disciplinarum
dant; sed aliqui etiam admiscendi in supp
mentum officiorum ejusmodi, quorum
præsidio Magistri, Scriptoresque ipsi
cessario studiis suis otio non fruerentur.

Sed quia plerumque successus spe, de
natisque nostris inferior est, ideo in exc
piendis ad Societatem candidatis, semp
erunt oculi figendi altiùs. Nam exper
mento docemur multos exspectationi re
spondere minùs ad fidem: eâ planè ratione
quâ vicia, cùm esset in semente paucissim
in ipsa tamen messe, proportione, plurim
reperitur.

*Novitiorum Institutio qualis.*

Jam verò gradum ex atrio exteriore ad
interius faciamus, & in prima Constitu
tionum parte ideam nostri Tyrocinii, seu
mámque Tyronum inspiciamus. Non equ
dem existimarem à me consilium non
Fundatoris suprà verum extolli, si dicerem
ipsum in suis Constitutionibus voluisse
Angelos, quot Filios instituere. Sanè
unis earumdem Constitutionum locis
adversùs illos haud aliter, quàm S. Apo
lus Joannes per literas egit cum septem E
scopis Asiæ, quos commodùm Ang
nuncupavit. Verùm, cùm hi, quamvis
geli, non nisi tamen in carne versentur
quod indè consequitur, obnoxii defectu

neque instar spirituum Angelorum in via semel cœpta immutabiles sint ; opus est & malo prævertentibus, & idem procurantibus documentis, quæ traduntur egregiis iis epistolis in Apocalypsi à Joanne descriptis, atque indè IGNATIO in suas Constitutiones propè transcriptis.

In prima igitur parte bonus Novitius informatur : cui Religionis ostium aperuit is, qui clavem extrinsecùs gerit. *Angelo Philadelphiæ scribe : hæc dicit qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit : ecce dedi coram te ostium apertum.* Apoc. 3. 7. & 8. En prius Tyrocinii, omniúmque firmissimum fundamentum, ut fores Novitio recludantur, ac cælestibus vocationis divinæ clavibus, non falsis atque fallacibus terrestrium rationum : cujusmodi sunt aut angustiæ, molestiæve domesticæ : aut humana quædam cupiditas in literis excellendi. Similes hisce respectus esse quidem interdum occasiones possunt, numquam tamen causæ, & momenta vocationum. Et adulterinæ quidem hæ claves, si quando illum habent aperiendi quibusdam ingressûs ; non habent tamen virtutem claudendi iisdem firmiter, & constanter egressûs : fores enim adapertiles ità relinquunt, ut ad quemlibet levem impulsum pateant, & Novitius

foras erumpat. Nec verus Paterfamilias
mûs illud ei denunciat : *quia ego dilexi*
*& ego ſervabo te ab hora tentationis.* Et h
poſterior eſt conditio, quæ Tyronibus
priore ſubnaſcitur : nimirùm fiducia
Deum, cujus potenti dexterâ futurum ſ
rent, ut ibi perpetuò contineantur, quò
obſequium ſupernæ vocationis ejus, ub
ſe contulêre. Hujus deinde fructus eſt, p
ſtremum, quod illis Joannes mirè comme
Ibid. 11. dat, perſeverantia incœptorum. *Tene quod*
*habes, ut nemo accipiat coronam tuam : qu*
*vicerit, faciam eum columnam in Templo*
*mei, & foras non egredietur amplius.* Sed
eo, quod cœptum aliquando non eſt, ubi
ſti non poteſt : neque Deus opem ferre
let, ut facilè id peragatur, quod quis
quam aggreſſus ejus causâ non eſt. Igit
à prima conditione duæ reliquæ pende
& huc illa ſui ſtimulatrix aſſidua ſpectat
terrogatio, qua ſe Novitius in ſingula
momenta laceſſit ; *Ad quid veniſti ?* Q
ſanè dictum ipſa B. P. noſtri verba in C
ſtitutionibus egregiè, & ad ſententiæ fi
C. 4. interpretantur : *ut liberius ſecum, &*
*Deo perpendat vocationem ſuam, ac pro*
*tum divinæ ac ſummæ Majeſtati in hac Soc*
*tate ſerviendi.*

Jam in conſpectu eſt vera Novitii no

*Magistri Novitiorum munus.*

species, & forma perfectior, sed opus est facto: totum in eo negotium, & difficultas vertitur, ut exprimatur exemplum, & in hujus ideæ similitudinem caro ipsa subigatur. Non est per se ipse Novitius nuper egressus è sæculo; & adhuc à sæculi flamma præferuidus, non est (inquam) suopte ingenio capax doctrinæ, ac sapientiæ singularis, quam illi de suimet contemptu Christus exponit: ùt neque ortus recenter infans ad vitam, qui captus est hujus ætatis, duriorem deglutire panem haud potest. Matris officium est cibum ejusmodi frangere, ac tenerum mandendo facere, eique concoctum, inquit Augustinus, in lacte porrigere. *Quod manducat mater, hoc manducat infans: sed, quia minùs idoneus est infans, qui pane vescatur; ipsum panem mater incarnat, & per humilitatem mammillæ, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem.* Superior, Magistérque Novitiorum est ipsorum Pater, Mater, & Nutrix: munus ejus est panem rumpere solidiorem, moleréque rursum dentibus, in lac deinde vertere, ac præbere Tyroni. Nec satis est Magistro vox, quâ Novitium instituat, doceátque: opus est illi manu, quâ, quod dicit, exerceat. *Necesse est*, inquit Sidonius Appollinaris, *manum linguæ porrigat, ut possit primùm*

In Psalm. 33.

Ep. 1. lib. 6.

*mùm lingua pascere monitis animam frugal-*
*tate jejunam, ac manu deinde de aporet-*
*dilectionis sectandæ nobis humilitatis propo-*
*re mensuram.* Hoc si lacte Novitius alatur
ac ab suo Superiore liberaliùs saginetur, d
cebit ex illo polliceri nobis virtutem, qua
in Religiosis jam provectis, ac perfectis ex-
gitur. Nam, si S. Bernardus Auroram spe
Solis, & florem spem fructûs elegantissime
nuncupavit ; eâdem ratione nos optimum
perfectúmque Novitium optimi absolúmq-
que Professi appellare spem possumus. Ve-
rùm, si Magister aliquis Novitiorum sive
pertæsus officium Nutricis licèt Filiorum
CHRISTI, sive aliis sacrorum studiorum
concionum, atque alienæ provehendæ sa-
lutis, spiritualibus illis quidem, sed munen
suo minùs conducentibus avocamentis ab-
ductus ; sive quia non audet exigere perfe-
ctionem ab aliis, quam minùs ipse reposci
ab se : hic (inquam) spiritûs Magister, si
Novitios non aleret diligenter, id est, si ce-
bum illis in propriis venis non permutare
in lac ; hi sanè non possent CHRISTI pu-
ne pingueścere, atque ad vitam spiritûs ro-
getari. Aut idem certè, si quodam immo-
derato studio teneretur cavendi nè quid d
suis manibus Societati depereat, & ut quæ
tum sibi concreditum, assignatúmque No-

*Dimittendi inidonei & noxii.*

vitiorum est, tantumdem numerato sinè ulla cujusquam jactura restituat; necesse profectò hic haberet multa palpare, aut occulere Novitii ulcera, quæ & illi privatim lethalia, & publico contagiosa demum evaderent. Ecquid sibi Societas ab hujusmodi Novitio polliceri posset in posterum, nisi ut insanabile membrum seriùs ocyùs, ne virus in corpus inserpat, miserâ sectione scindatur: ac totus ei præteritæ vitæ cursus præcipitem illum, infelicémque, ac miseriis & rubore plenissimum excedat in lapsum, *de excelso in abyssum, de Cælo in cœnum, de claustro in sæculum, de Paradiso in infernum?* Bernard. serm. 63. in Cant. Meminerit Magister viventem hanc Societatis frugem dici oportere uberem non copiæ ratione, sed pretii. Gravissima sunt ad hanc ipsam rem Sancti Patris verba: *Multitudo magna eorum, qui vitia sua non bene domuerunt, ùt ordinem non fert, ità nec unionem.* Con.P. 8. c. 1. §. 2. Colonus ille, qui lolium excrevit à tritico, plus Domino reddit, dum reddere videtur minus. Et hujusmodi selectionem tritici ab lolio Sanctus Pater in secunda Constitutionum parte commendat: quo loco prudentissimâ caritate præscribitur ratio dimittendi eos, qui cæteris adjuncti non essent emolumento majori, quàm sint humores in corpore abundantes, & in excremen-

ta digerendi ; qui & valetudinem onerant, & materiam morbis appositam, facilémque suppeditant. Qui vanâ verecundiâ laboraret videndi suâmet disciplinâ decrescentem numerum alumnorum, is attollat oculos ad magnum Religionis supremæ Magistrum, ac Deum, qui Novitios principes delegit indolis optimæ, & vocationis excelsæ : cúmque eos in ipsa sanctitatis continuisset officina, & intrà Cæli claustrum illis haud multò ante, huic Magisterio fabrefactum ; non veritus est, neque habuit pro sui defectûs argumento, quòd tertiam eorum partem cælestis vitæ habitu spoliaverit. Quid, quòd ejus æterna, carneique induta Sapientia, cùm ex genere humano universo duodecim sibi Novitios selegisset, eósque assiduè stillato divinæ verbi, atque exempli rore pavisset ; non tamen erubuit cognitum posteritati facere ; pluribus eorum se fœdè desertum, à cæterorum Principe se negatum ; ab uno, & tum volente, nec facti umquam pœnitente se proditum.

Hæc inter nos dimittendi facultas cuilibet, præterquam Professorum gradui, communis illa quidem est : exercenda tamen facilitate non pari, sed attemperatâ vinculo, quo aut arctiore, aut laxiore unusquisque gra-

graduum Societati connectitur. Neque verò ipsis cum Tyronibus usurpari eam caritas, æquitásve sinè cura, & circumspectione permittit. Hic tamen contrarii se scopuli duo periculosè nobis objiciunt: prior est supervacanea commiseratio, aut certè infirmitas animi, quâ quis retardatus, ac diu deliberabundus serò statuit, & numquam aggreditur partem abscindere, quæ cæteras inficit: posterior verò est impatientia curandi, & præpropera festinatio, quâ quis incitatus moras præcipitat morbo opportunas, & sectionem intempestivè prævertit. Quilibet medicus etiam inexpertus scientiam habet præcipiendi, ut pars putrida corporis recidatur: quicumque vel imperitus agricola potest tutò præscribere, ut arbor infœcunda ficulnea exstirpetur. Excellentia tamen est artis, ut internoscat in singulis, quænam sit spes aut salutis, aut fructûs: & accommodata remedia constanti animo malis creaturarum ferentibus patienter adhibeat. Tu quidem aquilino Joannis oculo pervides Angelum Laodiceæ ab primo suo fervore tepescere: cur verò non illum admones, non inflammas, & cum eodem Joanne non terres? *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, incipi-*

*Ratio dimittendi Novitios.*

*Remedia priùs adhibenda.*

Apoc. 3. 15. & 16.

*cipiam te evomere ex ore meo.* Cur ante oculos illi non ſtatuis ſtatum, aut caſum veriùs animæ ſuæ miſerabilem, &, quod longè miſerabilius eſt, ipſi eidem ignotum?

Ibid. 17. *Dicis, quod dives ſum, & locupletatus: & nescis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Cur non illi theſauros oſtentas, atque aperis divinæ benevolentiæ, ac caritatis, quibus abunde ditescat, ſuiſque tandem è ſordibus totus emergat?

Ibid. 18. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum; ut locuples fias, & non appareat confuſio nuditatis tuæ.* Cur, ſi ſatis hæc vis tecta non eſt, non illi recludis, atque in conſpectu ponis longè diverſos alios iræ divinæ

Ibid. 18. & 19. theſauros? *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas: ego quos amo, arguo, & caſtigo.* Denique, ſi non ſufficit operi magiſterium linguæ, manum adhibeat chirurgia: abſtine jam mollibus lenimentis, utere mordacibus, aſperiſque remediis, igne, ferro. Jacturam temporis nè facito, ad executionem ipſam aggredere: & ſiquidem vides non carnem modò miſeri illius ægri, ſed animam quoque infelici ſuppuratione corrumpi; appone medicamenta, inquit Clemens Romanus, quibus curantur abſceſſus. Incipit paulatim Religioſi cujuſpiam caro ſimul, & anima verminare? tu primùm cultello putredi-

nem

nem illam abradito: *si sordes collegerit, novaculâ perpurgato.* Fœda non multò pòst animalcula repullulascunt, nidos instruunt, ac tumorem attollunt? tu contrà unguentum admove, quod corrodendi vim habeat: *si intumuerit, acri collyrio complanato.* Rursus crescit inflatio, & sanie abscedente marcescit? candente tu ferro quod est turgidum, & purulentum inurito: *cauterio cohibeto.* Progreditur lues, & gangrænam minatur? tu verò *tabem exscindito,* & ut totum corpus præstes incolume, partem malè infectam amittito. Sed simul in memoriam revocato, quàm insolabiliter illacrymatus olim sit S. Bernardus egressui, & jacturæ religiosi illius fratris, filiíque Roberti: quamvis ejusmodi fugæ conscius ipse non esset; de qua innocentiæ idem suæ Deum testem appellat. *Tu nosti, quibus ei visceribus in cunctis tentationibus suis semper adfuerim, quantis pro eo gemitibus aures pietatis tuæ pulsaverim, qualiter ad illi scandala, perturbationes, molestias ego urebar, torquebar, affligebar:* & tamen hunc sua reum caritas faciebat, quem veritas absolvebat. *Fuerit meæ culpæ quòd discessisti: delicatulo quippe adolescentulo austerus extiterim, & tenerum durus nimis inhumanè tractavi. Fuerit, ùt dixi, meæ culpæ quòd discessisti: mutatus mutatum invenies;*

Const. Apost. l. 2. c. 45.

Epist. 1.

*nies; & quem antè metuebas magistrum, cu-*
*mitem amplectêre securus.*

*Fervor Novitiorum fovendus & promovēdus.*

Dimissis domo privignis, ac filiis in ea re
lictis: pulso Ismaële, atque Isaaco hæred
instituto; totus in eo est S. Pater, ter
Constitutionum parte, ut veram hanc, ge
manámque prolem conservet, ac provehat
Non enim rectè incœpisse sat est; nisi se quis
in recto semel incœpto stabiliat, atque con
firmet: ùt neque sat est novellam stirpem
vitémque florescere; nisi flos ipse solidetur
& teneat: & in tenacitate, aut dissolutione
floris sita spes est, aut periculum fructus.
Flores sunt recta illa proposita mente con
cepta in Tyrociniis, inquit Bernardus, qui

Serm. 63. in Cant. *botrus boni operis? Flos novella conversa*
*est, flos formula recens vitæ emendationis ef*
*placent, fateor, quæ in facie sunt, negligentior*
*corporum cultus & vestium, sermo rarior, vu*
*tus hilarior, aspectus verecundior, incessu*
*maturior.* Sunt, inquam, hi novelli flores
& præcoces, qui suavissimum odorem ex
halant, speciémque pulcherrimam præbent
in hortis Novitiatuum reductis, & clausis

Ibidem. *Verùm, quia hæc noviter cœpère; ipsâ suæ no*
*vitate flores censendi sunt, spes fructuum ma*
*gis, quàm fructus: ustionem timeo floribus*
*aquilo mihi suspectus est, & frigora matutina*
*hoc frigus si semel animam spiritu dormitan*

*te pervaserit, subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virium, deferveſcit novitius fervor, ingraveſcit tepor.* Idcircò S. Pater, tertiâ Conſtitutionum parte, rationem & inſtrumenta præſcribit, quibus conſervari, augeríque poſſit in Collegiis, ac Domibus primitivus ille Novitiorũ fervor, *ut ſic proficiant in via Dei, ſpiritu, & virtutibus*, quemadmodum is primo capite loquitur. Nec ſanè abs re. Quamvìs enim in hoc Religionis quaſi Cælo Religioſi omnes Angeli ſint; exceptis iis, qui ſeſe ipſi præcipitant *de medio lapidum ignitorum*; tamen etiam Angeli nondum in Dei gratia confirmati mutationibus ſunt obnoxii, & ruinæ. Angelus erat magnus ille Epheſi Epiſcopus Timotheus; peculiari tamen epiſtolâ ab Joanne imminuti tantiſper ejus, quo primùm incaluerat, fervoris arguitur. Quamobrem inſtituit eum Joannes, ac variis incitamentis ad recuperandum fervorem priſtinum reprehendit. Primùm enim proponit illi ob oculos divinæ celſitudinem vocationis, quæ ſcilicet eum quaſi gemmam in annulo Chriſti, & veluti ſtellam ejuſdem in dextera collocavit. *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* Deinde memoriam illi renovat antiqui fervoris, operúmque tum bonorum, quæ cum laude patravit, tum verò

P. 3. c. 1. §. 1.

Ezech. 28. 16.

*Corrigendi errantes.*

Apoc. c. 2. 1.

mą-

malorum, quæ Christi causâ sustinuit. Sic
Ibid. 3. *stinuisti propter nomen meum, & non defe-
sti.* Denique periculi metum inculcat,
Ibid. 5. fortè à primo fervore defecerit. *Move
candelabrum tuum de loco suo.* Hoc exem-
*Quomodo?* plo S. Pater tres itidem nobis in coarguen-
P. 3. cap. 1. N. dis errantibus gradus insinuat: *Primò in ca-
ritate, & dulcedine, qui peccant, sunt admo-
nendi: Secundò in caritate quidem, sed ea-
men modo, ut eis rubor injiciatur: Tertiò
mori ea, quæ timorem incutiant, adjiciantur.*
Hanc harmoniam ex mistura suavis asperi-
que concentûs docuit Bernardus Ignatium
Ep. 4. ad Fulcon. dulcissimis illis verbis: *O bona mater ca-
tas, quæ sive foveat infirmos, sive exercet
provectos, sive arguat inquietos, sicut filios
diligit universos! cùm te arguit, mitis es:
cùm blanditur, simplex est: piè solet sevire,
sinè dolo mulcere, patienter novit irasci, bonâ
liter indignari.* Suavius medicamentum
hausti facilius est, & amabiliorem ægro me-
dicum facit. Omnia tamen medicamen-
quæ malis naturâ inevitabilibus medeca-
tur, suavia sunt, & jucunda. Hujus gene-
ris censentur cibus, potúsque, & somnus,
qui naturalibus hominum morbis medi-
nam faciunt. Sed, quia pleræque ægrot-
tionum ex intemperantia nostra proven-
unt; & qui semel in morbum incidit, sim-

dicamenta jucundè illi saperent, ab eo iterum non caveret; propterea adversùm hujusmodi mala molestos amarósque succos natura providit. Et hujus notæ medicamentis opus habent ægrotationes recidivæ: quæ semel admonitionibus *in caritate*, & *dulcedine* castigatæ regerminant: & amarities hujusce remedii ipse est pudor, rubórque qui eâ molestiâ, quam inferunt, voluptatem nequiter ex prævaricatione captatam abunde compensant. Sunt tamen nonnulli, qui, ut oblectatione præsenti, quam habet intemperantia, perfruantur, malunt se ipsi subjicere futuro labori ex medicina. Quorum temeritati frænum injicit natura timorem mortis, insanabiliúmque morborum. Haud absimili metu jubet S. Pater efficacitatem, ac vim addi medicamento, quo mala nostrorum recidiva curantur, quibus secundi generis leniora remedia non suffecêre.

*In reprehendendo duo extrema cavenda.*

Verùm extrema hæc duo Superior in arguendis suis omnium diligentissimè caveat: alterum, nè præ se debilitatem animi ac pectoris ferat; quæ illi conjicienti oculos in singulares naturæ dotes, quibus prævaricator aliquis fortè præpolleat, vel in beneficia caducarum rerum, quæ in Societatem ex ipso proveniant, omnem planè vim, vi-

gorémq; adimat ad experienda fortiora co
silia, cùm hæc divinæ gloriæ causa rep
sceret. Tunc enim Superioris admon
idem efficerent, quod canis cujuspiam la
tus, qui eodem tempore, quo se morsur
minatur, os edentulum ostentaret: alteru
nè speciem præbeat animi aut desperan
subdito mutationem in melius, aut mini
proclivis ad indulgendum, si se ille corre
rit. Tunc enim velut à carnifice vul
reprehensionis excipitur, non tanquam
chirurgo, qui non excruciat ægrotantem,
cujus salutem in perditis habeat. Mem
nisse oportet Deum non commiserationem
lùm erga peccantes, sed etiam publico
manæ consuetudinis bono providisse re
mortalium, dum inter homines vivit,
cujuscumque gravitatem delicti venia
speranda sit. Idcirco Apostolus, cùm
phesios ad caritatem, tolerantiam, mu
úmque inter se vinculum hortaretur;
Cap. 4. 4. tentissimo illo utebatur illicio; *in una spe vo
cationis vestræ*; addebátque, nonnu
Ethnicorum *desperantes* sese ipsos in ba
thrum malorum omnium conjecisse.

*Ardor in virtute etiam in studiis fovendus.*

Verùm, ut ex ordine Scholasticorum
mnia violandæ disciplinæ semina utili
medio enecentur, illud est optimum, qu
S. Pater in quarta Constitutionum par
co

commendat : nimirum, ut ardor in studio litterarum à Superioribus foveatur, tamquam expulsor otii, silentii custos, cupiditatum, nimiæque licentiæ domitor. Præterquam quòd hæc eadem ratio efficacissima est, qua Socii ad ministeria Societatis idonei aptíque reddantur, &, quod indè consequens est, ad eamdem amandam observandámque proniùs allectentur : cùm unusquisque libentiùs vitam in eo hominum conventu traducat, in quo fieri se haud difficulter posse membrum utile, atque opportunum intelligit : vicissim verò nullus æquo animo in ea regione versetur, & degat ubi moneta, quâ ipse caret, in pretio sit. Sed quod hoc ipsum spectat, contingere facili negotio potest, ut executio Superiorum à recto tam per defectum, quàm per excessum aberret. Et illi quidem omnino deficerent, si satis ab Scholasticis factum arbitrarentur, cùm hi necessaria quæ sunt ad muneris sui functionem utcumque conficiunt; neque eos ad operis excellentiam incitarent, sive quia eorum operam ad aliena distraherent, quorum est fructus præsentior, spectátque ad tempus administrationis suæ : obliti S. Patrem id Scholasticis nostris inculcare, ut *sibi persuadeant, nihil gratius se Deo facturos in Collegiis, quàm si cum* P. 4. c. 6. §. 2.

*ea intentione, de qua dictum est, studiis se ligenter impendant*: illúdque subjunge omnia hujusce unius curæ avocamenta, am pia, submovcant: sive quòd verea nè sciendi præstantia humilitati repug cujus causæ respectu, si vera esset, debe quidquid est ubique pretiosum exclud ve forsitan quia hujus ipsi eminentiæ munes defectu vel temporis, vel geni alterius cujuscumque rei cæcâ quadam mi proclivitate ducantur, ut eam quo aspernentur in cæteris. Qui sanè, si quam alius, maximè detrimentosus ror: nam qui literis præstant, ii dem sunt, quorum opera præbere possit fiæ magnum in magnis rebus obsequ quale per Dei misericordiam à multis cietate collatum exploratò didicimus. terea excellentes qui sunt, iidem medio um copiam alunt: & verò doctrinæ, ut manarum omnium rerum, inclinationes rent, nisi Divina identidem providen ros eximiæ literaturæ destinaret, qui ingenio restaurarent.

Peccari quoque hac in re posset à S rioribus excessu ultra jus, & æquum: mediocres suorum labores fortè despic (neque cum animo ipsi suo reputarent dias quasque in omni rerum genere

ctiones esse, quæ Mundum conservant; & quamlibet scientiæ mediocritatem cum virtute, & recta voluntate conjunctam multa perquam utiliter posse, magnóque cum emolumento moliri) aut si in præclaris ingeniis errata quælibet dissimulatione transmitterent. Quid enim aliud hoc esset, quàm hominem peracuto ancipitíque gladio valenter armatum iracundiæ, ac furori suo permittere? Ad hunc locum ipsa Sancti Patris verba pensentur in procœmio quartæ partis. *Postquam in iis, qui admissi sunt ad probationem, factum esse videbitur abnegationis propriæ, & profectus in virtutibus necessariis conveniens fundamentum, de literarum ædificio, & modo eis utendi agendum erit, quo juvare possint ad magis cognoscendum, magisque serviendum Deo.* Jam verò quemadmodum sinè fundamento parietes non alium usum habent, nisi ut opprimant, aut oneri sint; ità ædificium literarum sinè fundamento virtutis, ejus præsertim, quæ more prorsus ac genio fundamenti ad ima sidit; hæc est humilitas. Sanè laus hæc ingeniis omnibus æquè necessaria est: & mediocribus quidem, ut libenti animo tolerent mediocritatem suam; eminentioribus verò, nè sua illis eminentia fiat ad præcipitium gradus. Si gemma sapientia est; commissura ejus humi-

*Virtus in magnis ingeniis curanda.*

*Potissimùm humilitas.*

militas sit oportet : sinè qua planè diffu... atque exemptilis pretiosus quisq; lapis am... titur. Testes appello Angelos ( quand... quidem in perpetua ad illos comparat... versamur ) qui in magno illo cæli natu... gio, cùm hujus gemmæ jacturam princ... feciſſent, mox ipsi se penitùs in profund... malorũ miserabili casu merserunt. Quom...

Ezech. 28 12. & 13. do cecidisti Lucifer ? *tu signaculum simil... dimis, plenus sapientiâ, & perfectus decor... deliciis Paradisi DEI fuisti.* Quid respo...

Ibid. 17. si datum accipite : *Perdidisti sapientiam... am in decore tuo :* hoc est, ùt interpret... aptè Bernardus, amittendo priùs humili... tem, vanámque de tua sapientia superbi... pra sumendo. *Perdidit eam cùm fecit sua...*

Serm. 74. in Cant. *sic enim habere, perdere est. Nolo decor... qui tollat mihi sapientiam.* Quin & illud ob... servate, primum Angelum, qui lapsus... Cælo est, vulgò Luciferum nuncupatum... eumdem sæpius ab Ezechiele Cherub... appellari. *Perdidi te, ô Cherub, de m...*

Ezech. 28. 16. *lapidum ignitorum.* Itáne verò, Cherubi... non ille Seraphim, ísque ex principe ca... rorum Choro, imò forsan ipse princeps... mnium Seraphim fuit, cunctis unus virtu... bus Angelorum, qui per novem digesti h... ordines, coronatus ? *Omnis lapis pretiosus... perimentum tuum, sardius, topazius, &*

Ibid. 13.

*spis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus*: quæ commodùm gemmæ sunt, virtutésque novem ipsorum Angelorum, ex quibus Lucifero diadema compactum est. Cur igitur inter cadendum è cœlo Cherubim nominatur? Quia ruinæ occasionem non præbuit caritas Seraphinis propria: sed Cherubinorum peculiaris sapientia. Atque hæc ipsa forsan est causa, cur in censu gemmarum, quæ coronam Luciferi ornaverunt, postremo loco non carbunculus, caritatis symbolum, addictáque Seraphinis gemma, sed smaragdus sapientiæ nota, & Cherubinorum propria collocetur.

*Scholasticorum diligentia excitanda.*

Scholasticorum diligentiam illud valde provocabit, ut Superiores ex una parte literariis exercitationibus alacritate, & voluntate magnâ semper intersint: nam si fortè illis paucarum horarum labor, qui audiendo insumitur, inutilis videretur & perditus, multò perditiorem subditus operam suam duceret, quâ se ad functiones illas cum laude obeundas per menses atque annos instrueret: ex altera verò parte, ut promptos ipsi se præbeant, faciléque ad eos, qui studia negligunt, ab studiis amovendos: illúdque secum animo reputent hac in re abuti commiseratione, nihil esse aliud, quàm ale-

re, & fovere desidiam, annuósque Do
rum proventus, contrà quàm decre
Fundatores, absumere.

*Erga fundatores gratitudo.*

Sed, quoniam hoc loco Fundatorum
cidit mentio; temperare mihi non pot
quin tantò efficaciùs, quantò breviùs inc
carem adversùm illos, ac cæteros bene
nobis meritos eam referendæ gratiæ vol
tatem, & curam, quam tanto cum pon
re Beatus nobis Pater injungit. Pa
equidem me, fateor, vehementer, fili
non nemo Superiorum pluris faceret, qu
rétque vel unicum ex uno aliquo sper
beneficium, quàm ex aliis multa fuisse
Illud tamen omnibus in memoriam re
co, in reddenda grati animi vice, ad re
unicè bonum, non ad præpotteram be
merentis voluntatem habendum esse re
ctum: quare futurum potiùs ingratum S
periorem, qui beneficia compensaturus
aliquo nostrûm collata licentiam illi p
mitteret statui dissentaneam: eo planè
do, quo medicus meritò dicendus esset
gratus, qui, ad referendam copiosi stipe
gratiam, ægroto nocitura concederet.

*Magistri quales esse debeant.*

Quia verò in Collegiis Scholastici mu
munus quoque Præceptoris exercent; e
mam ipsam inspiciamus, quâ Sanctus n
Architectus columnas tanti momenti

scribit. Poscit ipse Magistros ejusmodi, ex quibus Discipuli *cum literis etiam mores dignos hauriant.* Ædificatio, ac species nostræ illius molis plurimùm pendet ab executione hujusce partis, ut plane ad præscriptum ipsi modum exigatur. Civitates, quæ Societatem sibi postulant, atque Collegia sumptibus sanè non modicis erigunt, eo id consilio præcipuè faciunt, ut publicas totidem pueritiæ nutrices mercede conducant, quæ disciplinis ingenia, moribus animos moderentur, & lactent. Ex rectâ teneræ hujus ætatis educatione tota pœne Reipublicæ constat utilitas. Opinio, quam tot annorum assiduâ consuetudine de nobis hæc imbibit, ea demum est, quæ radices altiùs figit in animis, & latè per totum Christianum orbem famâ, & existimatione diffunditur. P. 4. c. 7. §. 1.

Quoniam verò de Scholis agimus, visum est opportunum, uno semel loco deprome-re quidquid in mentem venit, quod eas universè complectitur: quamquam superiores disciplinæ non ab ordine Scholasticorum, sed ab gradu Professorum tradi plerumque solent. In Grammatices ergò gymnasiis procurandis, exquisitissimus Magistrorum delectus, quod quidem scientiam spectat, neque est admodum necessarius, neque ha- *Magistrorum delectus habendus.*

beri utique poteſt : cùm illa majorem ho-
rum copiam, quàm dotem exquirant. Sed
altiorum diſciplinarum Profeſſoribus pro-
videndis, ingenti Superiorum culpâ fierc
niſi eminentiſſimi qui ſunt, illos cæteris pra-
haberent : ſed aut tædio, fugáque moleſtæ
inquiſitionis, aut metu inertium querela-
rum receptum in primis facerent, atque re-
fugerent ad diſcrimen, & prærogativam
ætatis : quæ, ſicut in omnibus planè mu-
neribus, ità in iis, quæ tractantur ingenio,
indignior eſt, cujus præcipua ratio habea-
tur, niſi in ipſa æqualitate laudum, quæ ma-
gis propriè requiruntur. Porrò in his de-
ligendis plurimùm expedit in id curam in-
tendere, quod eſt apprime præcipuum :
nempe hujuſmodi literaria munera neque
mine remunerationis ob merita, neque re-
ſpectu ad privata cujuſquam ſolatia impe-
tiri ; ſed talenti, quo quiſque prævaleat, re-
ſumendi, communiſque procurandi bene-
cii causâ ſemper imponi. Id enim grati
animi à nobis requirit, ac debita Reipub.
cæ fides ob fiduciam, quâ Societati deb-
&ûs hujuſce arbitrium, ordinémque illa pe-
mittit. Quare non qui diutiùs docuit, ſe
qui magis ad docendum idoneus, præferen-
dus eſt. Verùm tamen, cùm noſtra hæc
ſtudia in Dei gloriam, atque Eccleſiæ inter-
da-

*Præcipuè Profeſſorum pro Altioribus ſtudiis.*

dantur obsequium; ii, qui conantur vera docendo tradere, præoptandi sunt iis, qui nova procudunt: quæ, dum veteribus adversantur, omnino sunt à nobis, tanquam turbulenti quidpiam, evitanda. In quo id præcipuè cum Sancto nostro Parente commendatum omnibus velim, ut diligenti affectóque animo studere conentur geminis terrarum Magistris, Aristoteli in Philosophicis, ac Sancto Thomæ Aquinati in Theologicis disciplinis. Quippe, quòd nostrûm aliquis ab præcipuis horum fundamentis opinando discedat, indicium sanè præbet aut incapacis, aut certè contumacis ingenii. Neque minor Rhetorices, Humanarúmque literarum habenda ratio est, ut Sancti Patris, Majorúmque nostrorum scita, & instituta serventur: has enim merces omnium potissimas à nobis Civitates exquirunt: súntque idoneum instrumentum ad hæreticorum stylum artificiose pugnacem, ac verè ancipitem retundendum. Quare Superiores egregia, atque apta majoribus quoque disciplinis ingenia perdi, ac pessum a se dari non putent, siquidem ea literis hisce humanioribus perdocendis addicant.

Pergit S. Pater in quinta Constitutionum parte, ac deinde sequentibus digerere in ordines, officia, gradus, ac ministeria prorsùs

An-

Angelica ſuam hanc habilem, cæleſtémq militiam : imò delineare in hoc Templo di vinæ gloriæ, quatuor veluti partes magn

*In votorum obſervatione Angeli imitandi.*

Crucis, hoc eſt quatuor vota ſolemnia, quæ Profeſſi noſtri concipiunt, eorúmque ſedu lam accuratámque cuſtodiam, quorum q numquodque vel omnino, vel ex parte i alteri quoque commune gradui. Et inſe gulis quidem quatuor exigit propriè ſun Angelis ſimiles. Nam Puritatem requi

P. 6. c. 1. §. 1.

*enitendo Angelicam imitari & mentis, & co poris noſtri munditiâ :* Paupertatem, quæ e tiam in commune procul à ſe jus omne, a que dominium terreſtrium rerum excuti puróſque nos Angelorum inſtar, nudóſque conſtituat : quin & more Angelorum, cùm ſe totam commodis hominum indefinenter impenderit, nullam prorſus humanam a iis mercedem accipiat : Obedientiam intel lectûs, operis, voluntatis ; qualem Ange li adversùs divinum Præſidem ſuum exc cent : alas, alacritatem, ſtudium Angel rum in Miſſionibus ſolo animarum bene cio obeundis O formam egregiam, cui ad perfectionem humana umquam pieta nulla pervaſit ! Imò hæc Angelos ipſos e gie hominum exprimit, at noſtra vicißi homines fingit imagine Angelorum. Sc qui fabrûm Præfectus idoneus erit ad pr

parandam operi materiam, quod oporteret expers esse materiæ ? Universè magno id erit emolumento, ut qui Dei vices gerit ad Angelos suos stimulandos, atque animandos utatur his formulis, quas Joannes Apostolus in idem officiũ adhibebat ad suos. Quod Puritatem spectat; exponat iis illa duo Christi mandata quondam Angelo denuntiata Sardensi : alterum timoris : *Veniam ad te tanquam fur, & nescies quâ horâ veniam ad te*: alterum spei : *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.* Cultoribus Paupertatis, ac propriæ abnegationis illud referat, quod dictum est Angelo Smyrnæ : *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es.* Promptis ad Obedientiam inculcet quod Beato Carpo, Angelo & Episcopo Thyatiræ Joannes ; *Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes ejus similes aurichalco : Novi opera tua, & fidem, & caritatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua novissima, plura prioribus.* Ad eos, qui vitam intrà assidua rerum incommoda, atque discrimina transigunt in Missionibus ad Infideles, ut eos CHRISTO lucrentur ; scribat quæ CHRISTI nomine significavit Jo-

Apoc. 3. 3. 5.

Apoc. 2. 9.

Ibid. 18. & 19.

Apoc. 2. 13. Joannes Angelo Pergami: *Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negâsti fidem meam.*

Verùm, præter universale hoc incitamentum, atque solatium, quod in eo situm est, ut Superior præ se cognitionem meritorum ferat, eorúmque remunerationem tanquam divinæ rei procurator promittat, mandanda insuper erunt executioni peculiaria quædam instrumenta, quæ Sanctus noster Fundator in absolutissima Constitutionum idea non omisit. Et quidem, ad Paritatem quod attinet, videretur id in Societate usurpandum, quod quidam olim legislator de Parricidio decrevit: cui nullam pœnam imponendam putavit, nè patrari illud posse declararet. Tamen, cùm palam faciat Deus ejusmodi virtutem naturæ viribus superiorem esse: cúmque alia ex parte nobis exploratum sit, quamcumque vel tenuem in hoc lucidissimo Societatis adamantem labeculam supra omnem modum suo illum pretio fraudaturam; duo præcipuè commendata faciam, quæ fidei nostræ S. Pater ad ejus conservationem opportuna comisit.

*Duo præsidia castitatis: Primum,*

Primum est, ut suaviter alatur in subditis humilis quidam ejus amittendæ metus, quod solet haberi certissimum pretiosæ

mercium tutamentum. Neque verò est, cur timoris hujusce nos pudeat; imò potiùs eo gloriandum nobis imitantibus hoc uno sanctissimos in Ecclesia viros, nec ignorantibus fortissimos Ethnicorum heroas à profanis scriptoribus hoc nomine celebratos, quòd hujus jacturæ metum ostentârint, cæteroqui perturbationem ipsorum animis prorsus ignotam. Hic unus efficit ut labendi occasiones diligentissimè caveantur, útque leges Modestiæ, velut fida custodia, æstimentur: néve offensioni atque injuriæ, sed defensioni potiùs atque honori tribuatur, quòd Societas in quemlibet suorum, quantumvis eximium, curam intendat; eúmque semper in oculis habeat veluti in Theatro conspicuum, atque ideo circumspectum. Quòd si quis idcirco secum iniquiùs agi putaret; idem planè faceret atque febricitans, qui Medico tanquam injurioso indignaretur, quòd sibi ad manum calicem potionis noxiæ non permitteret. *timor labendi.*

Posterior modus est, ut animus addatur subditis, atque fiducia ad reddendam sincerè conscientiæ rationem. Qui modus adeò peculiaris, ac proprius nobis est; ut quinta Congregatio Generalis ipsum inter ea posuerit, in quibus Instituti nostri summa, ac natura consistit. Verùm, ut hæc *Secunda, Redditio rationis conscientiæ.* Decr. 58.

sui

sui revelandi fiducia obtineatur in subditis
*Ad eam obtinendã 4. Sunt dotes in Superiore necessariæ.*
necesse est, quatuor in Superiore dotes exi
neant: amor, qui suaviter ad communica
da arcana cum alio impellit, quippe ad com
municandum cum amico quidpiam tam
est unusquisque proclivior, quantò mag
sior ad fidendum, credendúmque se Jud
ci: patientia audiendi; nam qui loquend
cupiditatem præsefert finiendi sermonis
etiam si dicere jubeat, ad tacendum invita
auxilium; cùm in propriis imperfectionib
declarandis tanta sit amarities medicinæ,
ut non hauriatur, nisi certo præsumpto de
nimento per spem recuperandæ salutis
creti fides, quod suapte naturâ usque adeo
necessarium est, & cum ipsa suimet appe
endi obligatione conjunctum, ut præceptum
de sigillo confessionis haud purè positivu
esse, sed etiam naturale Theologorum m
pauci pronuntient. Haud ignotum est quo
C. 26. Collatione secundâ apud Cassianum leg
tur; difficultatem omnem communica
sui, quam boni illi Monachi experiebantu
ortum duxisse ex imprudentia cujusdam S
perioris, qui culpam sibi ab ipsomet p
cante detectam eidem turpiter exprob
vit. Equidem hac super re semel edico,
mentem disertè meam aperio: si forte
sciverim violatam ab Superiorum aliquo
co

dem vel aperiendo secretum, vel in aliquem alium usum, præterquam privatum subditi revelantis bonum, cognitione ejusmodi abutendo; diversâ planè ratione, quàm quâ Medicus plagam sibi nudatam ab ægroto tractaret; semel (inquam) edico muneris mei præcipuas ducturum me partes, ut inflictâ memorabili pœnâ documentum ejusmodi palàm statuerem, ex quo subditi magis alliciantur ad confidentiam exemplo supplicii, quàm violati secreti memoriâ terreantur. Idem planè dictum volo de materia literarum, quæ ex Regularum præscripto à Superioribus inspiciendæ sunt. Nec super hujusmodi prævaricationibus, tamquam fidei publicæ perniciosis, quisquâ se mihi quocumque vel imprudentiæ, vel rei levioris nomine ità probabit, ut excusationem admittam. Puritati Paupertatem attexam: quæ in eo posita est, ut privatim ac propriè habeamus nihil, útque in ipso concessarum rerum usu contenti simus, ac læti conditione pauperibus consuetâ. Prius difficile minùs est; quippe quod magnam partem in præcisione quadam intellectûs, & probabili interpretatione consistit: magis arduum toleratu posterius est, quod habet molestiam, incommoditatémque naturæ. Sed ut proniùs idem fiat, ac mitiùs; duo

*Puritas Paupertatis curanda.*

sunt efficaciora instrumenta. Alterum s
periorum, aliorúmque qui magìs consp
sunt, Patrum exemplum: in memoriam
pud se revocando Davidem, rejecto aq
vasculo privatim oblato, magnam bibe
voluntatem, siticulosi totius exercitûs e
*Necessaria non subtrahantur.* tinxisse. Alterum, providentia diligens
quoad fieri poterit, necessaria & conv
entia cuique non desint: nam qui neces
minimè carent, negari faciliùs sibi super
canea patiuntur. Quamobrem obser
dus semper erit ille sanctus accurat
cumspectionis modus, quem nobis Beat
P. 6. c. 2. n. 11. Pater exhibuit: *Quisque iis, quæ de comm*
*ni data fuerint ad usum suum necessarium ac*
*convenientem, resecatis superfluis, sit cont*
*tus.* Scio amorem sui privatum præ
interdum animo facere, ut superfluum
est, necessarium videatur: sed quantùm
rebus humanis caveri potest, ea, quæ
quuntur, in Regulis nostris tradita, opp
tuna erunt, ut vel tenui pauperum victu
túque satìs supérque factum sibi puter
Communitas. Primò, ut illi provide
rebus conditione sinceris, caritate præp
tis, & valetudini commodis. Prava S
riorum œconomia diceretur, atque ei
qui, pro eo ac deberent, curare bonc
temporalium incrementum studio, atqu

dustriâ positâ in cultu agrorum, & opportunitate providendarum rerum, parsimoniam ipsi omnem in eo collocarent, ut quod subditis Religio decrevit, & Natura poscit, id carperent, & præparcâ manu subducerent. Non ea Fundatoris Sancti mens est; sed magis ut victûs, ac rerum omnium necessariarum, & convenientium ratio *non sit diversa ab eo, quod Medicus illius loci, in quo vivitur, judicabit.* Secundò indulgere aliquid necesse est indigentiæ quorumdam senum, bene præsertim de Societate merentium, cujus obsequio ætatem, ac valetudinem cum laude consumpserint, eámque adhuc promoveant, & valde juvent exemplo, atque consilio, neque sensui jucunda, aut statui dissentanea petant. Quare defectus ingens caritatis, gratique animi, & par ad cæteros avocamentum laboris esset, qui fortè intelligerent, ab Superioribus aut parvæ molestiæ eximendæ executoribus sibi subjectis, aut minutæ cujusdam impensæ declinandæ causâ bonis hujusmodi senibus pro cujúsque indigentia non provideri. Neque est cur Superiores iidem eo nomine se mihi purgent, quasi hæc, quæ singillatim uni præcipue extra cæterorum ordinem tribuuntur, excitent opinionem necessitatis in multis. Hoc periculum non retardavit Sanctum

P. 6. c. 2. n. 16.

*Senibus aliquid indulgendum.*

P. 6. c. 2. k. ctum Patrem, quin ità præscriberet: *In pa-*
*ticularibus, si magis vel minùs necessari*
*erit, juxta circumstantias personarum re*
*quetur discretioni eorum, qui ipsis præsunt*
*quemadmodum iis conveniet, providea*
Enim verò facili negotio internoscuntur
procul ab omni specie deliciarum ea
tummodo petunt, quæ præcisè postula
letudo, ab iis, qui majus commodum
sectando salubriora respuerent, nisi ea
jucundiùs acciderent, saperéntque
tui; in cæteris verò sibi ab immoderat
noxia non temperarent. Neque frigidè
nùs iidem Superiores paupertatem
giorum excusarent; cùm facilè possint
pensis potiùs aliis minimè necessariis
nere. Quapropter eò reprehendendi
gis essent, si, ut nova sacella, aut novas
exstruerent, omitterent præbere alim
tum iis, quibus dici cum Apostolo
1. ad Cor. 3. 16. *Templum Dei estis, & spiritus Dei habita*
*vobis.*

*Obedientiæ præstantia.* Majus omnino, quàm corporis bo
rúmque externorum, holocaustum est
priæ libertatis; non solùm quia hæc
nobilior est; sed etiam quia in hac una,
quam omnium domina rerum, contin
quidquid eminet, & donatur in fin
Quare Sanctus Thomas dum vota in se

parat Religioſorum, primum detulit Obe- 2.2.q.186.
dientiæ locum: majorémque Religioſi cu- q.188.art.
juſpiam Ordinis prærogativam putavit ex- 2. ad 1.
cellentiam virtutis hujus, quàm reliquarum: quippe quæ inſtrumentum ſit efficacius, propiúſque tendat in univerſalem vitæ religioſæ finem. Idcirco Sanctus noſtrûm omnium Parens perfectionis ſupremæ percupidus præcipuum in eo ſtudium collocavit, ut eminentiam virtutis hujus in Societatem induceret: cùm conſcientiæ ſecuritatem, vinculúmque concordiæ pariat, virésque omnes in unum idémque propoſitum intendens, in eóque conjungens cunctos efficiat ad ardua quæque in Dei gloriam perpetranda facinora operoſos. Nulla prorsus Obedientiæ forma delineari perfectior eâ poteſt, quam Sanctus nobis Pater expreſſam reliquit. Executio ipſa difficilis & quidem omnibus accidit, ſed Superioribus præſertim: qui, dum virtutis hujus promovent integritatem, videntur viris haud exquiſiti judicii ſtudere potiùs auctoritatis propriæ, exiſtimationiſque privatæ compendium facere. Pauci ſunt, qui perſpicaci ſimul, & puro perturbationibus intellectu dignoſcant ab iis potiſſimùm Superioribus obſequium virtutis hujus urgeri, qui animo à præfecturis abhorrent, & Obedientiæ ſemper obno-

*Ejuſdem Executio difficilis.*

xii, quàm ejuſdem moderatores eſſe m
lent: ampliùs, quæ ab iis imperantur, p
ne in nullum ipſorum privatim redire co
pendium; ſed unicè illuc evadere, ut Co
munitatis bono deſerviant, hoc eſt, iis ip
qui imperata perficiunt: denique natur
vitæ communis in eo ſitam, ut aliqui ſtu
antur identidem; quibus cæteri vi leg
adacti obſequenter obtemperent: propo
ubi accuratior Obedientia, ibi felicius
commercium reperiri. Sed ad mult
nis captum hæc argumenta non fac
*Duo adjumenta obedientiæ.* Duæ ſunt, & quidem potentiſſimæ, res
bus, ſi comparentur, hæc virtus facilè
mnium animis nutriatur.

Prior, ut Superiores præbendo ſe m
dios, nullíque privatim addictos, cari
apprimè ſtudioſos, dictis factisque mod
tos & cautos palàm ubique faciant nihil
propoſitum eſſe præter commodum
torum: quæ omnia in his ipſis amorem
que fiduciam Superioris creant, inclin
que horum animos, ut in eo prudentiam
ſe ſibi perſuadeant. Quòd ſi de hac
ejus prudentia forſan ambigerent; ex
ra tamen parte conſcii ſibi ipſi ſunt, ſe
denter parere etiam imprudenter imp
ti: ex altera verò parte libenter ejus vo
tati, quem diligunt, ſeſe ſubjiciunt, &

sequuntur. Posterior verò res est, ut experimento compertum Superior faciat, obedientes qui sunt, eos benigniùs leniúsque tractari: quòd si brevi aliquo temporis spatio necesse illis sit durius aliquid supra cæteros tolerare, non tamen longè compensationem abfuturam. Verùm quidem fateor hujusmodi spem supervacaneam esse perfectioribus, qui non nisi à Deo mercedem factorum exspectant: sed non omnes hunc apicem virtutis attingunt, & hæc ipsa inter nos agendi ratio plurimùm fovet, atque auget exemplum. Quare in omnes hominum, licèt sanctissimos, conventus sua sunt invecta supplicia, ac præmia meritorum: sed illa, instar medicamenti, valetudinem cum perturbatione conferunt: hæc verò cibos imitantur, qui suaviter nutrimento sunt; atque ideò aptiora existimantur ad alendam unà cum legum observatione concordiam.

*Votum solemne de Missionibus.*

Postremò, proprium Societatis est solemne de Missionibus obeundis votum, quod à cæteris ità separatur, atque eminet, ut virtus speciei propagatrix, quæ viventium peculiaris est, ab individui conservatrice, quæ cum rebus quoque inanimis communicatur: atque idcirco munus hujusmodi Angelis in Cælo, in terris Apostolis nomen imposuit, imò ex tribus Divinis Personis ad duas quo-

que pertingit: huc deinde reducitur stud
um omne animarum in concionando; in re
dimentis Christianæ Doctrinæ tradendis, a
Congregationibus piè moderandis, aliisque
similibus ministeriis exercendis. Hæc po
rò pars tam aptè à nostro Architecto dele
bitur, ut in ea comprehendi videatur ho
jusce Templi velut basis, & caput: cæte
obsequio cætera, ut uni obsecundarent, de
lineata sint. Verùm ùt præstantissimæ re
rum formæ sunt eædem difficillimæ, qua
ab influentibus cæli sideribus, motúque de
sistentium iis mentium inducantur; ita
nobilissimum quidem facinus est, sed om
um maxime negotiosum, quæ Superiore
aggrediantur, ac præ manibus habeant. Ho
gens in his studium exigitur: quo minus
satìs habeant, ut subditi à malis abstineant
quod plerisque mortalium abunde est; ea
eò enitantur, virésque omnes insumant, q
majus ipsum bonum in suis ubique pra
ptent. Ad summam, Præsides requirunt
qui ex animo, sedulóq; militent sub iis re
gnibus, quibus dictum appositum; *Ad m*
*jorem Dei gloriam.* Nec declinandæ mal
stiæ causâ, quam habet, aut nova distribu
subditorum per Collegia, aut viatici iisde
necessarii provisio, negligant frequentiam
Missionum: neque, ut privatorum cupi

*Curandũ ut rectè obeantur Missiones.*

tatibus obsecundent, Congregationes eorum curæ destituant, qui parùm idonei sint, fructuosi minùs: neque impotentiâ, præterquam infirmioribus, imperandi, in traditionem Doctrinæ Christianæ, exercitationésque consimiles occupatam habeant eam, quæ addicta sit studiis, juventutem, & non potiùs viros in gradu jam constitutos, qui ad hæc ipsa voti religione coguntur: neque abalienatione animi ab rebus post longè futuris, successorúmque tempore maturandis incultam deserant efferentem se jam tum in adolescentibus concionandi facultatem, quæ tantæ est in Ecclesia excellentiæ, atque momenti. Hujus enim culturæ defectu fieri posset, ut vel eam laudem ingeniosissimi quique despicerent, vel iidem à recto tramite in cæca veluti diverticula aberrantes persuaderent sibi eminentiam hujus artis totam esse in vana quadam ostentatione eruditionis, atque facundiæ: non autem in eo, ut intellectui auditorum per rationes, atque argumenta, voluntati verò per motum impulsúmque vim faciant. *Discat à vero David* (inquit S. Hieronymus de concionatore Christiano) *extorquere de manibus hostium gladium, & Goliæ superbissimum caput proprio mucrone truncare.* Avertat DEUS ab Societate sua, ut per eam contaminari sub-

*Concionandi facultas in Juvenibus excitanda & excolenda.*

Ep. 84.

lime hoc miniſterium patiatur, Eccleſiam profanari, aliósque præterquam Apoſtolos, Apoſtolica in pulpita introduci. Quòd si modò quis cum eodem Sancto Hieronymo putet profanæ ſapientiæ non interdictam planè ſacris, neque omnino Templorum CHRISTI fores occluſas; ſaltèm hoc caveat; ut, priuſquam illuc Ammonitidem hanc, aut Moabitidem (quam idem Sanctus appellat) intromittat, præcidat illi capillum, ungues reſecet, ac veſtem immun-

Epiſt. 26. ad Pammach. *Sin autem adamaveris captivam mulierem, id eſt, ſapientiam ſæcularem* (inquit Sanctus Hieronymus) *decalva eam, & illecebram omnium, atque ornamenta verborum cum omnibus unguibus ſeca.*

Finem hujus Epiſtolæ faciam, ſi documentum & mihi, & cæteris, quos à Deo ſibi jus ferendi oneris adjutores accepi, opportunum adjecero. Hoc eſt, tales Societatem ſibi lios, quales nos eſſe voluerimus atque fecerimus, habituram: quòd ſi nos in eorum ſtute, qui nunc nobiſcum agunt, fruimur periorum laboribus præteritorum; non ſanè committendum nobis, ut ſucceſſori noſtri meſſem minùs ſinceram, noſtræ pâ culturæ, ſuo ipſi tempore experiantur.

*Lux duplex ædi-* Redeo jam ad eam lucem, unde pium duximus, quæ, ùt Sanctus Ambro-

putat, primum est atque præcipuum cujuslibet fabricæ ornamentum. *Lux est, quæ reliquos domûs commendat ornatus* : Duplicem ego lucem in hac ipsa Universitatis ædificatione reperio, alteram primo Mundi die à magno illo Patre luminum procreatam ; quarto auctam alteram, & in plura luminaria distributam. In hac quoque nostra spirituali fabrica, utrique quod aptè comparetur, apparet. Nam priori quidem luci accommodata lux est primæ Societatis ideæ, quam in eadem Societate formanda Sancto Parenti Deus afflavit : posteriori verò totidem luminaria proportione respondent, quot sunt virtutes, opera, exempla primorum Patrum, Majorúmque nostrorum, qui vel executione, vel usu clariorem nobis magísque conspicuam reddidere primam primæ ipsius ideæ, nostrarúmque Constitutionum lucem : ut verè hoc usurpare possimus elogium : per absolutissimam rerum executionem prima divinitùs affusa lux *processit, & crevit usque ad perfectam diem.* Auctorem hujusce dicti non me, sed Origenem præfero, qui luces has geminas separavit, & geminos dies. *Illum sanè beatum* ( inquit ) *qui verbo Jesu, & sapientiâ eius illuminatur, qui ex eius doctrina accipit lumen : sed ille post hunc beatus, qui in diebus seniorum Domino ser-*

*ficii spiritualis.*

*Idea Societatis.*

*Secundum exempla Majorum & seniorum.*

Homil. 5. in c. 2. Judic.

*servit. Seniores qui sunt, nisi qui & ipsi illum nant corda nostra, & faciunt dies quosda in nobis ex illa luce, quam ipsi ex vera participârunt*? Perinde atque dixisset doctr nam, & institutionem Jesu, hoc est, adum bratam traditæ ab JEsu nostro doctrinæ, que institutionis imaginem, veluti lucem nobis, primúmque lucis diem feciſſe: s exemplum, usum, executionémque disc plinæ hujus ab nostris Majoribus tot vol luminaribus derivatum alterum nobis dies sanè clariorem, ac puriorem creâsse. Aptè que idem observat Origenes exactioris erga legem observantiæ causam *in diebus seniorum* (inquit ille, dicamus nos, ætate Majorum nostrorum) fuisse vivum ipsorum exem-

Ibidem. plum, atque virtutem. *Prætereundum non est quod dicitur, servivit populus Domino omnibus diebus Jesu, & omnibus diebus Seniorũ.* Quòd illum interroges, quinam, & quot illi dies? respondebit: *Dies unus est justitiæ, alius prudentia, alius misericordia: & sic per singula dona virtutum, omne, quod ad virtutem pertinet, JEsu dicito diem.* Quæ libet virtus suâmet luce, atque usu sui verum disciplinæ diem in Societate format. Dicendum igitur verè est tamdiu Societatem diebúsque totidem in statu suo, perfectáque Regularum observantia duraturam; quot

diuturna in senioribus erunt, ac præcipuè in Superioribus exempla virtutum, & quamdiù ex his ad iuniores ea lux vivida transfundetur.

*Superiores omnia agant ad ideam à S. P. N. relictam.*

Outinam postrema hujus Epistolæ dicta cordi meo Apostolus Paulus imprimeret, eíque vim talem spiritûs impertiret ut exprimere ego possem in vestro sententiam verbis ab ipso gravissimis in suprema sua ad Hebræos Epistola ponderatam, dum loquitur de vetere Tabernaculo, quod renovatum in nobis, tantóque majore magnificentiâ, & divinæ incremento gloriæ reformatum est. Expendit ibi diligenter Apostolus verba Moysi dicta, *cùm consummaret Tabernaculum: Vide, omnia facito secundùm exemplar, quod tibi ostensum est.* Eâque occasione præsumptâ architecturam, formámque novi Tabernaculi à Christo non manufacti confert, ac præfert ideæ atque operi illius antiqui. *Nunc melius sortitus est ministerium, quantò & melioris testamenti Mediator est. Nam si illud prius culpâ vacasset, non utique secundi locus inquireretur.* Locus, ac positus secundi hujus Tabernaculi non alius sanè, quàm cor nostrum est. Præterea luci illius tabernaculi umbram hujus anteponit: quia lux illa, ac modus antiqui *exemplari, & umbræ deserviunt cælestium.* Ex tota hac ratioci-

Ad Hebr. 8. 5.

na-

natione quid arguit demum Apostolus? P
mò quâ debeant ratione Superiores n
huic operi curam impendere, ac præc
vivósque Christi lapides expolire : *Da*
*leges meas* (inquit Dominus) *in mentem*
*rum, & in corde eorum superscribam eas*:
inde, quàm sanctum, ac Dei spiritu plen
esse oporteat virum huic operi præsidente
cùm destinatus à Deo sit tanquam *Sanctor*
*minister, & Tabernaculi veri, quod fixit*
*minus, & non homo*: denique quid cauere p
tissimùm debeant fabricæ hujusce Præfec
hoc est nè rimas illa ducat, aut nimiâ vetu
te fatiscat. *Quod antiquatur, & senescit prop*
*interitum est*, ut rem totam cõcludit Apos
lus. Cui sanè periculo, atque defectui
nam spero equidem misericordiam
permissuram, ut aliquando subjaceat o
obsequio divinæ suæ Majestatis erectu
atque Societas, quam ipse sub signo
minis sui militare voluit, ut immensa
gloriæ propagandæ causâ sudorem fron
sanguinémque venarum non assiduè m
quam abunde profundat. Romæ, 2
ctobris, 1650.

*Omnium in Christo Servus*

Franciscus Piccolomineu

E

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXVIII.

# R. P. N.
# GOSWINI NICKEL

Præpositi Generalis IX.

Prima,

Ad Patres & Fratres ejusdem Societatis.

Anno 1653. 30. Septemb.

*De Amore, & studio perfectæ Paupertatis.*

QUi ad Societatis universæ gubernationem hactenus à DEO vocati sunt, ùt primùm eam de sublimiore loco circumspexêre, idem omnes vehementer optârunt, ut loca singula invisere, & Socios omnes coram alloqui possent: tum ut id officii suo ac suorum solatio impenderent, tum verò potissimùm, ut si quid aut Su-

Superiorum incuria, aut quædam suâ spo
tè subrepens remissio, aut dæmonis fr
& violentia corrupisset; exhortando,
commonendo repararent: atque ità S
cietatem, quam ab antecessore acceper
salvam atque integram successoribus tra
rent. Verùm, cùm è re publica magis
set, ut hîc velut ad clavum sedentes eam g
bernarent; quod reliquum erat, vicarias p
se quisque ad universam Societatem lite
substituerunt, quæ eos & locis omnib
quodammodo repræsentarent, & singulos
si non voce, calamo ad perfectionis studium
adhortarentur: atque ità fieret, ut spiritus
fervorem vel sponte ardentem magis acce
derent, vel sopitum additis ad profectu
stimulis excitarent. Quod idem præst
dum mihi esse existimavi, ut qui inter o
non tam numero, quàm merito postremu
sum, ipsorum vestigiis religiosè insistam, &
sequar, quò tam utiliter præierunt. Po
rò cùm diu multúmque mecum ipse exper
dissem, quid pro præsenti Societatis sta
magis necessarium videretur; tandem n
ad communis disciplinæ bonum oppor
nius, nihil Deo, ac Sancto Parenti nos
gratius facturum me judicavi; quàm si
ad perfectæ Paupertatis amorem & stu
um, quantùm instituti nostri ratio postul

adhortarer. Quamquam enim & cæterarum virtutum, quibus religioſa profeſſio maximè conſtat, nulla vel ſæpiùs repetita commendatio nimia habenda eſt; tamen, ut Paupertas una præ aliis deligenda hoc loco mihi eſſet, id eo etiam nomine illi debebatur, quòd hactenus ab anteceſſoribus meis non præterita, ſed alicujus poſteriorum Generalium curæ relicta videatur: eóque ſtudio. *Paupertati magis attendendum, quàm reliquis votis.*
ſiùs ejus incolumitati proſpicere æquum eſt, quod pleriſque neſcio quo errore deceptis, minùs quàm reliqua duo vota, periculo obnoxia eſſe videatur: quare, dum tutior creditur, & negligentiùs defenditur, periculoſiùs impugnatur. Hinc magnus ille Franciſcus mirantibus, cur adeò totus in aſſerenda ſtabiliendáque paupertate verſaretur, ſapientiſſimè reſpondit ei magìs cavendum eſſe, quam à periculo tutiorem cæteri falsò arbitrarentur. Superiores enim exigendæ à ſubditis obedientiæ eò diligentiùs vacant, quòd ſimul cum publica privatam quoque rem ſuam unâ eadémque operâ promoveant. Caſtitatem verò per ſe quisque intelligit rem eſſe, ùt ſplendidiſſimi, ità & delicatiſſimi nitoris, quam, cryſtallini inſtar ſpeculi, tenuis quilibet afflatus commaculat, aut infuſcat. Etſi verò tota Societas in Congregationibus Generalibus de Paupertate

non pauca ex occasione constituit; tam
quia fortè videri alicui potest ea ad nec
sitatem ejus facere magis, quàm ad per
ctionem: ideo adhuc locus de ea dicendi
lictus est; ut intelligant universi, quod
cut Obedientiæ, & Castitatis, quantum
harum virtutum, in hominibus Societa
nostræ requiritur; ità etiam Paupertas
quod & ratio, & exempla eorum, qui p
fectionis evangelicæ viam rectè atque
ne inierunt, satis supérque demonstrant.

*Paupertatis necessitas ostenditur ex fine Societatis.* Exam. c. 1.

Ac primùm illud animo repetendum est
DEUM O. M. cùm nos in hanc filiã suã So-
cietatem adlegit, singulis nobis eundem
lum, qui & totius Ordinis est, finem prop
fuisse: ut non solùm saluti, & perfectio
propriarum animarum cum divina g
vacemus; sed cum eadem impensè in
tem, & perfectionem proximorum incu
bamus. Ad quem finem meliùs consequ
dum tria vota Obedientiæ, Paupertatis
Castitatis emittuntur. Quâ Constitutio
finis, qui Apostolicæ vocationis est,
apertè declaratur; ùt Obedientiæ, & C
tatis, ità & Paupertatis nostræ mensura
modum esse, quidquid ejus ad anima
nostrarum perfectionem, & ad proxi
rum salutem consequendam facit. Quis
tem in hac religiosæ disciplinæ schola

rudis & ignarus eſt, ut non ſtatim intelligat, non eam hîc deſignari Paupertatem, quæ tantummodo citra ſacrilegium eſt, ut integro voto peccari ultra non poſſit; ſed omnino perfectam, quantùm & rem, & affectum, & magna, & minima quævis complectitur? Scilicet, ut res ipſa per ſe loquitur, aliud eſt non eſſe malum, aliud eſſe optimum; aut ſaltèm ad id, quod in virtute ſummum atque optimum eſt, magis magiſque intendere.

*Ac primùm ex debito propriæ perfectionis.*

Ac, ut primo loco de animarum noſtrarum profectu ſermo inſtituatur, eſto hîc ſapientiſſimum illud Gregorii Nyſſeni monitum; ad ſanctitatem nitentibus (quæ ſcalæ à Jacob paternam domum egreſſo per ſomnium viſæ, nóſque hinc ad cælum uſque, ac DEUM, hoc eſt, ad cæleſtis & divinæ vitæ conſortium transferentis myſterium fuit) infimum, atque adeò primum omnium gradum eſſe à terra diſcedere: ut fruſtra omnino ſit quicumque vel uno pede terrenis hiſce rebus inhærens conſcenſum ad ſuperiora ſibi pollicetur. Adhuc tota illum manet via; &, ex imò ſuſpicere perfectionem poteſt, & eam, quod inertes & languidi faciunt, procul ſuſpirare, at certè aſſequi omnino non poteſt. Nam in hoc Euangelicæ vitæ curriculo, in hac religioſi pro-

*De Beatitudin.*

greſsûs ſcala, quâ de virtute in virtutem ſcenditur, quantum viæ, & graduum ſupe eſt conficiendum etiam iis, qui jam ſe p voluntariæ Paupertatis votum terrenis bus planè omnibus abdicârunt! *Tempora-*

De civit. lib. 1. c. 10.

*um enim* (ait Paulinus, *ille ex opulentiſſi divite voluntate pauperrimus, & copioſè ſa*

Epiſt. 2. ad Severum.

*ctus*, ùt eum nominat Auguſtinus) *Tempo ralium*, inquam, *quæ in hoc ſæculo habeba bonorum relictio, ſive diſtractio non decurſ ſtadii, ſed ingreſſus: nec ùt meta, ſed jam eſt. Non enim athleta tunc vincit, cùm exu tur: qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare cùm legitimè certavit, coronandu.* Quæ verè, ut procul dubio veriſſimè, à ſanctiſ viro, & Euangelicæ Paupertatis non verbo & linguâ, quàm opere & veritate giſtro prolata ſunt; videant quàm prop coronam ſtent athletæ noſtri, qui nondu ſe totos exſpoliaverunt, ut incipiant dim care: videant quàm prope metam accedu rint, qui adhuc terrenis rebus impediti m quam ſatìs ſe ad curſum expedierunt. C tè, cùm Dei Filius cæleſtem illam, & o beatam religioſæ vitæ formam in m deſcriberet; Paupertatem ſpiritûs pr loco quaſi ad Regiæ veſtibulum ſtatuit qui ingreſſum ad intima, & ſanctiora d derant, ab ipſo ſtatim limine intelligan

bere ſe à rebus planè omnibus nudos Paupertati deducendos tradere, tamdiu ad oſtium hæſuros, quamdiu aliquâ eorum, quæ mundi ſunt, cupiditate implicantur. Nam ſi, ut optimè Auguſtinus, *amor rerum terrenarum viſcum eſt ſpiritualium pennarum, & ubi concupiſcimus ibi hæremus*; nónne adhuc in ipſo religioſæ vitæ limine hærent, quaſi viſco, nè dicam luto, infixi, qui ſua illa terrena ſic diligunt, ut ea nunquam ſatìs dimittant; aut, quod longè deterius eſt, olim dimiſſa paulatim repetunt, quaſi eos, poſt multum ætatis, & fortaſſe etiam laborum in domo Domini exactum, voti ac propoſiti ſui pœniteat, & ad ſæculum redeundi facultas magìs deſit, quàm affectus? Quare, ut communiter omnes, ità nos ſingulariter appellat illa ab ipſo Euangelicæ vitæ exordio poſita, & toties repetita à Chriſto Domino Lex; ut qui illum ſequi velint, hoc apud ſeſe primò conſtituant renunciandum ſibi eſſe omnibus, omnia relinquenda, etiam ſeipſos: eâ denuntiatione, ut, qui ſecùs fecerint, nec diſcipulos ſe eſſe, nec ejus Societate dignos ſciant. Quâ, velut falce, ut cum Ambroſio dicam, in pectus noſtrum immiſsâ omnem ibi terrenarum cupiditatum ſilvam uno ictu ſuccidit poſiturus in eo divinum illud perfectæ caritatis

Serm. 33. de verb. Dom.

Lib. 2. Officio c. 25.

ſemen, cujus tanta eſt fœcunditas, quan-
ta cordis noſtri ab omni terrena cupiditat
ſterilitas.

*In rebus etiã minimis Paupertas ad perfectionem neceſſaria.*

Nec ſibi quiſquam blandiatur jactans re-
rum, quibus vel ad decorem, vel ad delec-
ctationem, vel ad commodum utitur, tenu-
tatem nihil officere Paupertati: habere u-
lam gradus, ſummum, medium, infimum
in quo quisque conſtiterit, intrà virtutem
ſtare: neque enim continuò malum eſſe,
quod non eſt optimum. Nos verò, qui
non vivimus in antris & ſilvis, ùt olim Ana-
choretæ, minimè dedecere honeſtorum
aliquem cultum, qui huic, quam profe-
mur, & agimus, mediæ & communi vi
diſſentaneus omnino non eſt. Qui in hunc
modum ratiocinantur veritatis ſpecie alie
ad fallaciam aſſumptâ; eos primùm roga
volo; an, cùm ſe, ac ſua omnia Deo mi
ſanctè voverunt, partem aliquam, perc
guam licèt, ac minimam de ſumma decr
ptam, quaſi factâ exceptione, ſibi reſerv
rint? Id verò ſua cuíque conſcientia co
ſtantiſſimè pernegabit. Quis enim, cùm
Societatem etiam per calcatum patrem
nit, non ab omni caducarum rerum deſi
rio, atque amore prorſus vacuum, ac
rum cor ſecum attulit, atque obtulit Deo
totum ſe cæleſtibus impleret, quem jam

rena nulla occupabant? Jam quid tam longè, ac retrò agi nos ſinimus, ut eorum, quæ jam pridem rectè intellexeramus, obliti, &, ut inquit Caſſianus, vim Euangelio inferentes omnimodam nuditatem, & rerum etiam exiguarum renuntiationem Paupertati, quàm profitemur, & voti, quod emiſimus, integritati neceſſariam non eſſe judicemus? Neque verò, quòd ea, in quorum comparatione uſúque occupamur, levia & modica ſint, leve & modicum eſt detrimentum, quod animæ inferunt, ſunt enim qui in hac veritatis, & lucis ſchola ità miſerabiliter aliquando cæcutiant, ut niſi trabes in oculis ferant, nihil ſentiant: feſtucis, quia non totum lumen extinguunt, eruendis, excutiendíſque manum non adhibeant. Quod ii faciunt, qui, cùm ſupervacaneis abundent, quòd ea, etſi fortè non pauca, tamen non adeò ingentis pretii videantur, nulla eſſe exiſtimant: &, quòd divites non ſint ſi cum divitibus ſæculi comparentur, non tamen intelligunt ſe mundi pauperes eſſe, non Chriſti. Dum verò odioſam Deo rapinam in holocauſto defendunt ipsâ rerum, quas poſſident, exiguitate; mirum ſanè eſt ſi non vident hinc ſe accuſari potiùs, quàm defendi: Nam vel eò pudendum eſt magìs, quòd ſumma illa atque abſoluta Dei dilectio, quæ

Lib. 7. c. 16. de ſpir. philarg.

est forma sanctitatis, thesaurus omni com-
paratione major, tanti hoc apud eos non
ut ei perfectè acquirendæ hoc tantulum
pretii, quod supereſt, modica, inquam,
levia ista, quæ possident, impendere nu-
um putent, frustrà ab Euangelico Mercato-
re edocti rerum prorsus omnium dispen-
pretiosum illud margaritum comparare,
quo uno rerum omnium compendium est.
Illud etiam quàm miserabile; quòd ii, qui
magna non possident, possideantur à pa-
vis? Nam, ùt rectè monuit Cyprianus, non
est habere ista, sed haberi: si affectu no-
stro tam fortiter imperant, ut nè rem qui-
dem Deo gratissimam, & religiosæ per-
ctioni in primis necessariam præstituri ca-
mittamus. Adde, quòd, cùm Paupertas
comes, si non individua aut quotidiana, cer-
tè assidua & frequens accedat necessitas, pro-
num est intelligere quàm patienter, ne di-
cam hilarè laturi sint necessaria sibi deesse,
qui tam obstinatè volunt etiam non necessa-
riis abundare.

*Quàm pernitiosum sit opiniones Paupertatem relaxantes*

Quæ dum memoro, subit animum, non
sinè mœrore fateor, recordatio nonnullo-
rum, qui sibi infeliciter, aliis damnosè ac-
ti laxandæ ultra jus fásque omne Paupera-
ti sua quædam commenta excogitant, vel
aliunde conquisita in vulgus efferunt do-
cto-

centes gravia quædam, & factu admodum periculoſa ſalvâ atque integrâ Paupertatis, & voti obligatione licere: invehúntque ea paſſim ejuſmodi rerum ignaris, nè ut ajunt, imperitiâ ſuâ decepti trepident timore ubi non eſt timor, & fruſtrà peccent, ſi fortè illicitum putent, quod doctorum hominum arbitratu, quorum munus eſt haſce de conſcientia quæſtiones diſſolvere, tutò, & ſinè ulla culpæ ſuſpicione fieri poſſe ſtatuitur. Quâ ſanè pietate nihil crudelius fingi poteſt: nam, ut non omni probabilitatis ſpecie careant iſtiuſmodi opiniones, an eas operæ pretium eſt paſſim diſſeminare, ut error, & ſcrupuli paucis eximantur, plurimis ingerantur? neque ejus inſcitiæ ſunt omnes, ut non ſatis intelligant quàm incerto duci abducendos ſe committant à recta & regia via, cùm in Paupertatem audent quidpiam eorum, quæ certis quibuſdam ratiunculis fieri impunè poſſe audiunt: vidéntque ſtare ex adverſo, & contradicere non modò ſapientum virorum conſenſum, & vocem; ſed verò etiam Præpoſitorum Generalium decreta, qui haſce commentitias & noxias opiniones procul à Societate ablegârunt: quo fit, ut veritatis incerti, & non ſinè magna ſuſpicione erroris audacter magis, quàm fidenter faciant, quod poſtea, ubi reſipiſcunt, diſſemina-re.

scunt, aversentur, séque ipsos inconsul
temeritatis damnent veriti, nec sinè caus
nè sibi magis sua cupiditas, quàm pericul
sæ sententiæ ratio persuaserit. Quare
scrupulis liberare se posse imperitos jac
bant pœnè scientes in errorem, aut dub
trahunt: operâ quidem in studendo
collocatâ, si ea discunt, & docent, quor
ut Augustini verbis utar, *melior est fidei*
*ignorantia, quàm temeraria scientia.* Se
ello ea, quæ in hunc modum ad Pauperta-
tis laxationem excogitantur, sint non sine
aliqua rationum firmitate satis probabili,
non tamen ideo utiliter evulgantur; cum
rarò, & parùm prosint; sæpè, & plurimum
noceant. Cùm enim ii, qui à votorum obli-
gatione solutiones ejusmodi & licentias a
mant, & in usum trahunt; non ex eorum
numero procul dubio sint, quibus disci
na & perfectio cordi est, sed inertium,
remissorum, quibus summæ virtutis loco
est tantùm non esse sacrilegos; an ii, qui
so, ità se continebunt, ut eò tantùm usq
procedant, quò per summam ejusmodi op
nionum indulgentiam licet? Nequaquam
si sapientum hominum testimoniis, & m
gistræ rerum experientiæ fidem ullam ha
bemus: nam, ut è sublimi montium jug
continenter ad ima decurrentes lapsum re

Serm. 22. de verb. Apost.

pe

pentè ſiſtere, & pedem figere ubi primùm volunt, vix unquam poſſunt ; ſed præconcepta vis, atque impetus nolentes agit, devolvítque etiam invitos ; ſic, qui ad id omne feruntur, quòd quacunque tandem conjecturâ licitum putant, ſæpe ad illicita delabuntur, & amantes periculum pereunt in illo.

Et hæc quidem hactenus ad privata damna ſingulorum. Jam quid univerſo Ordini accidet, ſi in eo hæc cathedra peſtilentiæ ſcholam habeat, & magiſtros? Nemo ſibi perſuadeat in religioſas familias, in quibus veteris diſciplinæ ſeveritas adhuc viget & imperat, licentiam & vitia apertâ explicatáq; fronte impudenter irrumpere. Nam ea & loci ſanctitas procul arcet, &, ſi qua fortè pedem intulerit, continuò æqui bonique vindex Juſtitia eodem flagello, quo in reos nocentes animadvertit, vitia ipſa exterminat. Per fraudem ſubeunt clanculum, & perſonata ; tunc magis timenda, cùm ſpeciem boni, vel ſaltèm non illiciti operis mentiuntur. Et primùm quaſi verecundè, ac timidè paucos occupant ; &, ſi illos impunè, mox ſenſim ad alios prolabuntur, creſcúntque in dies, donec vulgare malum ſit, & tam apertè domeſticum, ut illud ferre quàm expellere faciliùs videatur, & univer-

versus Ordo se circumspiciens alium se e
quodammodo & ipse miretur. Spirat
nè, vivitque etiam, qui phthisi, aut a
ejusmodi exitiali morbo conficitur, sibi
commodus, aliis gravis: at quis ità vive
præoptet attritis viribus, & vix spiritu
ducens, si integrâ & firmâ valetudine
possit, tantùm ut velit? Nos verò quid
imbecillem, infirmam, & præ summa deb
litate enervem, & caducam Paupertat
malumus, cum qua spiritus vitam vivere
potest; agere, & exercere quod operosi
validi est omnino non potest: non verò il
teram illam firmam, ac robustam, qua
ctari cum adversario potest, neque dej
aut teneri, quia nuda est; & Christum seq
non longè, sed consequi, qui, quia expe
ta est; & nullo onere gravis etiam ad
nititur; & statutam pauperibus spiritu
piosam mercedem obtinere, quia nihil
renarum opum præ cælestibus habet?

*Quid de Paupertate senserit, scripserit*que *S. Ignatius.*

At, quando de iis, qui per summam
nandi licentiam Paupertatis jura infring
& disciplinam laxant satis in præsentia
ctum est; ratio postulat, ut è contrario
deamus, quàm religiosè, sanctéque de
senserit nostri Ordinis Institutor, *cujus*
*creta* (ùt olim de Magno Athanasio Naz
zenus) *pro Mosaicis tabulis à nobis exig*

Orat. 3. in laud. Athanas.

*quum eſt, Dictatore ſcilicet* DEO *earum legum, quas nobis* IGNATIUS *promulgavit.*

Primò igitur Paupertatem Societatis *Propugnaculum* vocat: non eo tantùm nomine, quòd, ùt propugnaculis Urbes, ſic & Paupertate Societas muniatur; ſed eò potiſſimùm, quòd, ùt continuò ſubjicit, omnis adverſariorum conatus in eam vires & arma intendat, quâ vel dirutâ, vel occupatâ cætera omnia evertere, atque exſcindere nullo negotio poſſit. Atque ùt arcium munitionibus à duplici hoſte ſimul cavendum eſt, ſcilicet ab externo oppugnatore, & à proditore domeſtico; nè ille per vim aggere jacto & admotis machinis, & tormentis vallum tranſcendat, aut hic occultâ conjuratione portam dedat, & hoſtem admittat; ità etiam Paupertati ab aperto quidem hoſte, qui dæmones ſunt, cavendum ſedulò eſt; ſed præcipuè à domeſtico, & clandeſtino: hoc eſt (inquit S. Pater) ab iis, *Qui ea, quæ à primis Fundatoribus bene ordinata fuerant, innovant per declarationes, & innovationes primo illorum ſpiritui minimè conſentaneas.* Quare ab his primùm Societati proſpectum voluit eâ ſanctione legis nullo unquam tempore abrogandâ, ut *Quicumque in ea Profeſſionem emiſerint, ſe ad innovationem Conſtitutionum in iis, quæ ad Paupertatem*

P. 6. c. 2. & 10.

P. 6. c. 2.

Ibidem.

*tem pertinent, nihil facturos promittant: si aliquo modo, pro rerum occurrentium ra ne, eam in Domino magis restringendam dicarent.* Asserta in hunc modum Paup tate ab intestina & domestica suorum co juratione: jam, quod reliquum erat, eam externis hostibus ducto in omnem part muro, aggere, & fossâ defendit nihil pra teriens eorum, quæ submovendo amori prio, sub quo omnis cupiditas militat, op portuna esse videbantur. Ac primò, Soci tatem ingressuros in ipso statim vestibul

Exam. c. 4. admonet, ut *sui victûs, potûs, vestitûs ratio nem sibi persuadeant fore ùt paupertati*

P. 3. c. 1. *commodatam.* Tum: *nullâ re tanquam pro priâ uti debere: & mutuo dare, vel accipere vel dispensare quidquam de iis, quæ domi*

P. 6. c. 2. *minimè posse.* Et: *paratos esse ad mendicandum ostiatim: Et: nihil proprium domi re re, nec foris apud alios*: & ex iis, quæ communi data fuerint ad usum suum nec sarium, aut convenientem, resecatis sup fluis, contentos esse debere: stipendia ve imò nec eleemosynas, pro rebus quibus

P. 3. c. 3. spiritualibus nulla admittere. Denique quod universa uno verbo complectitur, ligere Paupertatem *ùt Matrem.* His atque aliis ejusmodi operibus, munitione que circa Paupertatem dispositis omnem

ditum præcluſit amori proprio, quo nihil ad decipiendum doloſius eſt, nihil ad impugnandum validius. Solitus præterea dicere eum ſibi denique videri pauperem ſpiritu, qui erga ea, quibus uteretur, ſic eſſet affectus animo, ut inſtar ſtatuæ cujuſdam videretur eſſe, quæ nullo pacto reſiſtit recuſátve, quò minùs omni quamvis pretioſo amictu, & ornatu confeſtim exuatur. Quid verò (neque enim committam, ut in præteritis habeam id, cujus eſt in hac re dulciſſima recordatio) quid, inquam, tanta illa Sanctiſſimi Parentis in orando aſſiduitas, nocturnæque vigiliæ, & uberes lacrymæ, & immiſſa rerum planè divinarum ſenſa, & redundans cæleſtium ſuavitatum copia, æſtúſque animi divino igne flagrantis, ſeſeq; ipſum præ ſpiritûs impetu vix ferentis, & quidquid præterea idem ipſe in commentatios retulit, ut ſibi quotidie repræſentaret ea, quæ DEO doctore didicerat totis illis quadraginta diebus, quos in aſſidua precatione conſumpſit, ut unum hoc tutò & ſinè errore diſcerneret: licerétne Profeſſorum Domibus, quæ totæ liberali hominum miſericordiâ viétitant, ſacras ædes vel modicis eum proventibus poſſidere; ut haberent ſaltèm unde neceſſarios ſumptus in inſtrumentum templi, cæteróſque ſacros uſus ſuppe-

peditarent? Exstant adhuc ea omnia, & c
dem singulari Numinis providentiâ, & c
filio, sola præ cæteris, quæ sancti vir
ad sua dissimulanda, & contegenda stud
fissimi modestiâ exciderunt: exstant,
quam, non tam ad ipsius, quàm ad Pau
tatis commendationem. Nam, si tam
divinæ lucis exquisivit & hausit, tam c
turnâ, & familiari cum Discretore spiritu
DEO communicatione egit, ut rem
adeò magni momenti, si cum cæteris co
paretur, certò ac tutò statueret; quanto
crymarum & precum impendio eidem co
stitisse putandum est eas, quas suprà mem
ravi, de absoluta à rebus planè omnibus
ditate ad universam Societatem Consti
tiones ac Leges? Quàm non nisi immis
cælitus mente, & divino actus illapsu
sanxit constituítque! electurus adhuc
ctioris & pauperioris vitæ modum, si e
jori divini Numinis gloria futurum inte
xisset ut nostræ tantùm, non etiam pro
morum saluti prospiceret. At, quia stud
assiduè occupatos in conquirendo offic
victu distrahi, & quotidianis exercitat
bus fatigatos nimiâ rerum inopiâ inhi
frangi minimè oportebat, quæ ad vitæ
sum, & ad laborum tolerantiam neces
erant, concedenda prudentissimè judica

Rem tamen communem omnium cum privata ſingulorum ità compoſuit, & temperavit, ut nihilominus perfectiſſimæ Paupertati locum faceret, dum quidquid eſt ultra neceſſitatem ſive ad commodum, ſive ad ornatum, quaſi de opulentia damnat, & ſuperfluis omnibus interdicit.

*Perfectæ Paupertatis neceſſitas oſtenditur ex cura proximorum.*

Atque hæc ex priore finis noſtri parte, quæ propria cujuſque ſanctitas & perfectio eſt ad abſolutæ Paupertatis commendationem petita ſint ſatis. Venio jam ad alteram, eámque, ſi probè ac diligenter expendatur, equidem non minoris momenti ac ponderis. Ea eſt ſtudium, & caritas in procuranda proximorum ſalute: quod quia vocationis Apoſtolicæ officium, & munus eſt, quid in hanc rem opportunius afferri primo loco poteſt, quàm ipſa Apoſtolorum conditio, & ſtatus? Quos ſi oculis noſtris ſubjicere, & repræſentare velimus; occurrunt non modò tenuis, ſed planè nullius fortunæ homines, quibus patrimonium omne navicula & rete; cenſus ex quotidiano piſcatu; victus quantum vulgari & parabili cibo ad vitam in dies trahendam vix atque ægrè ſufficeret; cultus denique univerſus agreſtis & rudis; & res domi vel anguſta, vel nulla. At eo vel maximè ad Apoſtolici muneris adminiſtrationem idonei: tantùm ut illud ipſum

sum exiguum ac prope nihil, quod poss
bant, & verò etiam (idque potissimù
cupiditatem, & studium omne quidquan
posterum comparandi ultro abjicerent.
pientissimè enim constituerat Deus, ut
lestes thesauros hominibus impertiret
mines, quibus terrenæ opes nullæ es
vel in pretio ut eas conquirerent; vel in
ut possiderent. Nam quâ fronte in cons
ctum Orbis terrarum prodirent Apost
aut quantâ ad persuadendum efficacitate,
vi infinitam immortalium bonorum spe
mortalia omnia dignitatem extolleret,
interim ipsi paupertatis incommoda, dis
decus aversati terrenis utcunque opibus
hiarent: & quod struere verbis molie
tur, exemplo verbis omnibus ad persuade
dum validiore destruerent? Atqui è con
rio Deo in homines munificentiæ &
debebatur, ut qui ejus nomine mortali
æternitatem, ærumnosis beatitudinem, p
peribus felicitatem, & regnum pollice
tur, ipsi primùm ostenderent terrena
& caduca, quæ cælestium ignoratione
tales quasi sola aut summa suspiciunt, n
apud se in pretio esse, sed nihil habente
sola spe futurorum omnia possidere. Ab
hinc factum est, ut cùm veritatis Magi
Jesus per designatos à Joanne discipu

rogaretur númne ipſe eſſet, qui venturus erat; an alium expectarent? renuntiare illos juſſerit ea, quæ audierant & viderant, certa quædam de ſe argumenta proferens, atque illud inter cætera ſingulare Pauperes euangelizari: quorum nomine Hilarius aptiſſimè cenſuit Apoſtolos indicari. Jam quid in Evangelii promulgatione præſtiterint, cùm imperium CHRISTI, & Eccleſiæ fundamenta ſtatuerent toto Orbe terrarum, non eſt hujus loci commemorare. Juvat ſolùm Iſaiam audire, cùm de ſublimi ſpecula futura proſpectans, & mentis oculo cernens ſubactas CHRISTI jugo gentium pœnè omnium nationes, atque idololatriam flagitiorum omnium parentem cum ſua ſobole profligatam; tanti operis miraculum illo quaſi epiphonemate celebravit: *Conculcabit eam pes, pedes Pauperum, greſſus egenorum.* C. 26. v. 6. *Apoſtolorum ſcilicet*, inquit Hieronymus, *qui Chriſti paupertatem imitantes etiam privilegia conſecuti ſunt.* Hieron. Quare, ut ad novæ legis prædicationem donis ſanè quàm ampliſſimis à DEO inſtructi prodierint Apoſtoli, ea tamen, quaſi vix ullo in numero habenda eſſent Iſaiæ præterita ſunt, & devicti Orbis terrarum gloria uni Paupertati adjudicata: more exemplóque, imò magis conſilio atque inſtinctu DEI: ut quos ad idem Apo-

ſtolicæ vitæ inſtitutum in poſterum vo
ret, intelligerent quantum ad id muneris
beat momenti ſi non ſola, at præ cæte
voluntaria Paupertas. Quod ut adhuc
lentiùs teſtatum apud vos ſit; quanqu
hominum Apoſtolicâ caritate, & ingenti
marum lucro clariſſimorum exempla p
innumerabilia ſuppetunt; unum tamen
alterum proferre conſilium eſt. Inficie
Eccleſiam peſtifera Albigenſium lues, j
que Toloſates corruperat longè majo
tium & contagione hæretici dogmatis, &
atque impetu annorum datura, niſi m
latiùs in dies gliſcenti prohibendo
valida adhiberetur. Eò igitur, ubi tam
riculosè res Chriſtiana laborabat, Sum
Pontifex viros religione, & ſapientiâ
ſtatiſſimos legavit; qui ut curam om
pro rei gravitate diu, multúmque poſter
vix tamen ullum diligentiæ, atque op
ſuæ pretium retulêre: donec eodem m
ſanctiſſimus Patriarcha Dominicus ani
vertit longè aliter, atque illi, qui ſe
labore anteceſſerant, agendum ſibi eſſe
licet non dignitate perſonæ, non ſplen
comitatu, non pretioſâ ſupellectili,
denique inſtructâ ad majeſtatem ſpeci
ſtoritatem & gratiam aucupandam. Q
totus ad Apoſtolici concionatoris for

compoſitus, in pauperrimo corporis cultu detractis etiam calceis, & mendicato victitans prædicationem apud infectos hæreticâ lue populos aggreſſus brevi illud effecit, quod DEO Regius Vates adſcripſit : *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum* : ut facile poſtmodum fuerit putreſcens illud Eccleſiæ membrum jam incolume, atque integrum ſuo corpori reſtituere. Quod ſi & domeſtica, ideóque ad imitationem magìs accomodata exempla deſideramus; unum ad id præ omnibus promam, ſed qui inſtar multorum eſſe poſſit, Franciſcum Xaverium, qui viam Indis in Cælum, Societati in Indiam primus aperuit. Eum ubivis locorum quæramus, ubique ſanè non minùs Paupertatis, quàm Caritatis Apoſtolicæ virum inveniemus : atque ejus Paupertatis, quæ non plus ipſi ad gloriam, quàm aliis ad ſalutem contulerit. Hanc ſibi comitem adſcivit ab ipſo ſtatim ſuæ peregrinationis initio : ſic enim ex Urbe, & complexu ſuorum diſceſſit, ut nihil ſecum, præter ſimplicem corpori tegendo veſtitum, & in quotidianas preces Breviarium, extulerit. Hanc in Indiam ſolvens omnis viatici & commeatûs loco ſibi futuram in navim ſecum intulit ; præter ſimplicem craſſiore textu lacernam ad arcenda circa Bonæ Spei

Pſal. 106. 20.

Promontorium frigora, & sacros aliquot
bellos nihil ex iis, quæ Regius curator
complura afferebat, ad usum navigation
admittens. Nautici funis volumina jace
ti illi pro culcitra, & cervicali erant; cibus
dies precario quæsitus; vestis longo usu
trita, aut centonibus passim assutis deco
mata, donec amicorum aliquis, eâ clam
furtim subductâ, aliam paulò honestiorem
reponeret; induvia, & calcei (quamquam
plerumque nudis pedibus incedebat) à
siariis militibus eleemosynæ nomine
delata; hospitium in publico valetudinario
& cùm Goæ inter Socios degeret, men
cato cibo potúque victitabat. At num
pterea vel de fidei splendore, vel de Xav
rii dignitate summa hæc rerum inopia qu
quam detrahebat? quin è contrario mir
existimationis, & gratiæ indè plurimùm
cedebat: Nam, ut de cæteris sileam, ci
mendicitas ultimæ infelicitatis atque ign
miniæ nota sit apud Japones; tamen eam
Xaverio etiam venerabantur, habebánt
firmissimi argumenti loco tum ut Christ
næ legis, & fidei sublimitatem percipere
quæ præter Cælum & res sempiternas n
in pretio haberet; tum etiam ut Xaverii
ctitatem cognoscerent, qui ejus, quàm p
dicabat, divinæ sapientiæ & cælestis vi
fo

formam actibus exhiberet. Jam ergo, licèt non ejuſdem amplitudinis atque ubertatis campus ubique locorum & gentium nobis, qui Xaverio in India, aperiatur, tamen intrà fines quiſque ſuos, tantùm ut velit, & plurimum habet quod agat ad remedium & ſalutem animarum ; & ſi muneris ſui partes obire tuto, ac feliciter velit, non aliam incedat viam neceſſe eſt, quàm eam ipſam, quam Apoſtoli primùm, tum eorum veſtigiis ſanctè & religioſè inſiſtentes Apoſtolici viri, Majores noſtri nobis ad exemplum præierunt. Et ſanè quotieſcunque mihi in memoriam revoco breve illud & efficax B. Parentis noſtri verbum, quo Societatis operarios quaſi expreſsâ imagine demonſtrabat, ſolitus dicere : eos altero tantùm pede terræ inſiſtere, altero ad iter ſuſcipiendum ſublevato eſſe debere ; videor mihi intelligere non eam ſolùm alacritatem quâ ſtare ſingu-
li debemus *ſuccincti lumbos, & calceati pe-* Epheſ. 6. 14. & 15.
*des in præparatione Euangelii pacis*, verùm etiam expeditiſſimam illam Paupertatem, quæ in hunc modum ſtantibus tam neceſſaria eſt, quàm iis, qui ſe mari committere deſtinant, anchoras ſolvere, & navem procul à terra ſubducere. Nam ſi temporalia diligere eſt radices cordis, qui ſunt animæ affectus, in terram immittere, atque ibi hæ-

rere, atque affigi, unde humor aliquis
cupiditatum alimentum exsugitur; ape
intelligitur, quàm ab omni terrenarum
rum amore, ac desiderio expeditos nos
oporteat, ut simus, quos nostræ vitæ
postulat, omnium horarum Operarii, par

Marc. 6. 8. *circuire docendo, & nihil tollere in viâ,*
*peram, non panem, neque in zonâ æs.* Qu
præstare equidem non possunt ii, qui
corporibus magìs, quàm proximorum
mabus addicti rei domesticæ inopiam, c
biculi angustias, victûs difficultatem, ffra
duritiem, & cætera Paupertatis incomm
da ferre prompto atque alacri animo
mè consueverunt. At qui tradiderunt

Act. 15. 26. mas suas pro nomine Domini JESU Chri
quod fecêre olim Paulus, & Barnabas; qu
& modò faciunt qui Apostolicæ vitæ
mam, atque instituta sectantur, vel ipsi,
nè quibus vita nisi incommodè sustenta
non potest, deesse sibi patiuntur, ut eu
gelizent de Regno DEI. Quod demum

Philipp. 2. quærere non quæ sua sunt, sed quæ J
CHRISTI; rem enim verò paucorum,
vel in aureo illo nascentis Ecclesiæ sæc
Paulus lamentabatur.

*Honestas, & Necessitas ad* Porrò, ut jam ad hoc recto ordine ve
mus, sexcentæ quidem sunt dæmonum
chinationes, quibus Paupertatem subver

re totâ vi connituntur : at illæ præ cæteris metuendæ, quæ vim dolo occultant, eóq; plurimùm nocent, quòd minimùm timeantur. Harum validissimæ, quantùm ego intelligo, duæ sunt; Honestas, atque Necessitas: nomina planè innocentia, atque ideo ad fraudem magìs accommodata, Ac primùm, ut de Honestate dicamus, sunt qui S. Bernardum in medium proferant profitentem se vel in ipsa Paupertate à sordibus abhorrere. Egregiè dictum, nisi contra mentem auctoris miris, & miseris modis in luxûs & nimiæ elegantiæ patrocinium detorqueatur. Quid enim? an in casis, & sub humili tecto sinè immunditia & illuvie, quæ socordiæ & ignaviæ fæx quædam est, habitare Paupertas non potest; & vulgari ac rudi panno, sed mundo amiciri; & refectis calceis satìs honestè incedere? Paupertati paupertas non est turpitudini, sed decori: nec ullâ re, quàm seipsâ, splendidiùs exornatur. Absint modò sordes, quæ vitium sunt non Paupertatis, sed negligentiæ, bene culta est sinè cultu: ut naturalis atque ingenuæ formæ excellentia non indiget ad gratiam, quasi lenocinio quodam, calamistris & fuco. Hilarionem scio saccum, quem primò induit, nunquam lavisse: mirantibus respondere solitum supervacaneum esse

*subruendam Paupertatem adhibita.*

*De Honestate.*

munditias quærere in cilicio. Sed hoc ho
minis ſolitarii, &, præterquam ſibi & De
nulli mortalium noti laus etiam ſit, nedu
licentia. Quamquam & ſolitarios plero
vitæ ſanctitate conſpicuos ſordes ex cilic
detergere ſolitos ſcimus. Nobis, quib
communis vitæ ratio eſt, & hominum u
accommodata, ſordidis eſſe non licet; arg
úntque ſocordium in hac parte fœdita
S. Parentis edicta, atque exemplum: ej
enim neque paupertati, neque mundit
quidquam addi potuiſſe vetus memoria eſt
decet quippe ùt animi, ità & corporis habi
tum ſibi pariter reſpondere, & nihil imm
maculoſum & ſordidum occultare, nihil ho
ris incomptum & indecens præ ſe ferre. U

Lib. 2. de Ordine c. 11.

enim *in rebus fabricatis*, inquit Auguſtin
*nullâ cogente neceſſitate, iniqua partium
menſio facere ipſi aſpectui velut quamdam
detur injuriam*; ſic etiam incompoſito
fœda impoliti hominis ſpecies intuenti
oculos ferit, atque animos abalienat: tan
quam interioris formæ imago ſit ea, q
foris oſtenditur, inconcinna cultûs & ha
tûs turpitudo. At quidquid ultra mun
tiam, nobis jam non ad virtutem decen
ſed ad vitium detormiter comparatur:
enim tam indecorum eſt hominibus fa
etiam ſummam rerum inopiam pati; qu

Pa

Pauperibus CHRISTI ſpeciem divitum, habitu & cultu exquiſito affectare: nam illis egeſtas, fortunæ & neceſſitatis conditio eſt, eámque inviti ferunt: nobis voto noſtro voluntaria eſt, & pars maxima gloriæ, cùm Regi Regum DEI Filio, quò pauperiores, eò magìs ſimiles efficiamur.

*Ab hoc capite periculum eſt iis, qui Aulas frequentant.*

Jam licèt hæc ſub falſo nomine Honeſtatis vera vanitas, & ſuperbia afficere univerſos poſſit; at longè faciliùs eos, qui ſplendida miniſteria obeunt; ac eos in primis, qui Principum Aulas frequentant: nam loco præcipiti & lubrico inſiſtere, nec in proclive labi, imò pronos ad caſum ſuſtinere, & labentes in ſublime deducere; res eſt virtutis admodum raræ, ideóque eximiæ. Societas quidem habuit, & porrò, ùt ſpero, etiam habebit ejuſmodi hominum plurimos, pro quibus non modò ſolicita non ſit, verùm etiam ſibi ipſi plurimùm gratuletur, eóſque in edito illo atque ancipiti Aulæ faſtigio ſecuros à vertigine & caſu ſuſpiciens illud Ambroſii de myſticis Capris in montium, & rupium jugis tuto degentibus læta uſurpet: *Vides, quòd in altis grex iſte paſcitur, audax in monte. Itaque, ubi aliis periculum, ibi gregis hujus alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à Paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes, ubi lu-*

In Pſal. 118. Serm. 16.

*luporum incursus esse non possunt, ubi sacu*
*arbores fructum integrum submini*[illegible]*rant. C*
*nere licet uberi lacte distentas super tene*
*sobolem maternâ pietate solicitas.* Hoc
sanè virtus ut supra communem modum
ità & gloriæ magnitudo : quin & ipso
merito Societati universæ ( quam de subl
& conspicuo loco publicæ luci, atque
mnium oculis spectandam repræsentat
plurimum existimationis, & solidæ lau
accedit : ut vel hoc nomine dæmon, qu
tùm ingenio, & viribus pollet, eorum
mitati adversetur, studeátque vehemen
simè eos de tam præclaræ virtutis cons
tia dejicere ; quorum lapsus sinè publica
be, & communi detrimento esse non pos
Quare eos tantò acriùs adniti oportet,
nihil de recti proposito, nihil de religi
disciplinæ studio ac severitate remitta
quòd non sibi solis stent, aut cadant,
sui quoque de ipsorum actibus æstimen
Et multa quidem sunt, eáque sanè gra
ma, in quæ, nisi sedulò sibi caveant, q
facilè, tam periculosè prolabi possunt.
nè à Paupertatis proposito abeam : P
quibus Aulæ magnificentia, & splendor
quenter aspectui obversatur, facilè ev
ut cùm deinde oculos speciosarum
num plenos in religiosam domum co

tunt, ac nihil, quod non tenue & exiguũ sit, vident; tacitâ quâdam comparatione despiciant universa, ac sibi videantur inter suos quasi in squalore, & sordibus esse: quo fit, ut à Paupertate paulatim aversi corpore domi velut accommodati, animo in Aula perpetuò versentur. Deinde ut eos quodammodo sui pudeat, si se in vulgari & communi vestitu, Magnatum & Principum serico, & purpuræ inferant: aut si eos ad se adventantes in angustam & pauperem cellam admittant conspecturos supellectilem non ornatu, non copiâ saltèm ad speciem, & dignitatem inter cæteros excellentem. Denique, ut quam in Aula obtinent gratiam, & auctoritatem, eam & domi apud suos ità velint, ut saltèm à reliquis amplitudine, & magnificentiâ cultûs aliquantò honestioris distinguantur. Atque utinam non etiam simplicem, & parabilem communis mensæ cibum, cui à tot annis integra valetudine assueverant, ex qua primùm die in Aulam acciti sunt, quasi mutato repentè stomacho, & palato fastidiant: ut jam nonnisi submissis ex Regia epulis uti velint ostentationi & gulæ, non necessitati & fami consulentes! Atque ità fit, ut qui familiari consuetudine, & usu religiosam modestiam in Aulam inferre debuerant, è contrario aulicam pompam & de-

delicias in Religionem invehant: eo pe
cioſiùs, ſi ſe inſuper ità tueantur, ut ma
adhibere, & intolerandæ licentiæ mod
ſtatuere aliquando velle penè capitale
peſſimâ neceſſitate, ut nec ferri poſſint,
que corrigi velint. Quare ſi qui forte
in quos aliquid ejuſmodi vitiorum ex
tranſierit, videant quàm pro re ſua imp
vidè; nedum ſecundùm virtutem indec
ac turpiter faciant, ſi ut auctoritatis, & re
rentiæ umbram ſibi concilient, eam a cul
corporis, à nitore veſtitûs, & à cæter
rum hujuſmodi apparatu ſupra commun
modum ſplendido aucupantur: cùm æq
æquos rerum æſtimatores religioſo hom
divitiarum, & gloriæ contemptus vene
tionem; amor, & oſtentatio contempt
pariat. Magnus ille Æthiopiæ Patr
cha, & Societatis noſtræ lumen And
Oviedus non dignitate magis, quàm v
tum ſplendore illuſtris cùm Eboracen
diœceſim, antequam in Indiam tranſmi
ret, Sacramenta paſſim miniſtrans obi
non modò nullo ad Pontificiam Majeſta
apparatu uſus eſt; quin unico itineris co
te eóque de Societate, jumentum ſacrâ
pellectile ac pijs libris onuſtum præ ſe
agebat. Quod ubi Henricus Cardinal
Princeps Luſitaniæ, cujus partes Ovie

in eo munere obibat, certis auctoribus comperit, mulam, quâ inveheretur, & famulos, rerúmque ad necessitatem, & commodum copiam regiâ munificentiâ dignam submisit monens ut dignitatis suæ meminisse, atque eis uti vellet. Verùm ille & prorsus abstinuit, &, quod olim in simili penè facto Xaverius, respondit; Euangelicam Paupertatem Episcopo non esse dedecori, sed honori: imò si nimium decori addatur, nimium detrahi de dignitate, quam Christiana submissio, & Paupertas (quæ vel sociæ sunt, vel sorores) magis, quàm conquisitus ad pompã apparatus amplificant, & tuentur. Hæc ille, non equidem omnem Ecclesiæ Principum splendorem ulli vitio vertens, verùm se ad veterum Antistitum formam componens, atq; id eo nomine æquiùs, quòd non ex Aula Episcopus, & Patriarcha designatus, sed ex Religiosæ Paupertatis schola prodiisset: solutus quidem ille legibus nostris; at nobis, qui Paupertatem adhuc integram profitemur, non modò dignitati ad commendationem, sed exemplo ad imitationem futurus.

Jam Honestatem ad inferendum Paupertati exitium subsequitur æquè fallax, at longè damnosior Necessitas: quippe communius malum est, ac tam latè patens, quàm sui ipsius amor: qui, dum ad speciem verissimè *De Necessitate.*

simè, ad veritatem fallacissimè philosoph
tur, & Necessitatis nomine censet quidq
ad commodè, si non etiam delicatè, vive
dum facit, illud denique obtinet, ut nihil
bi impunè non liceat. Hinc illa animi m
jor quàm rerum egestas, abjectio, mœro
& quotidianæ expostulationes & querim
niæ, & pro jure ac licentia, ùt inquiun
naturæ quæsita furtim remedia non præ
ti solùm, sed & futuræ, quam longè p
prospiciunt ac præcavent, Necessitatu. H
superstitiosa in cibi & potûs delectu solic
tudo, & exquisita curandi corporis diligen
tia, & valetudini omnia incerta veren
mnia profutura conquirere. Quibus in p
sentia omissis ut sermo mihi vobiscum
de aliquantò, ut ità dicam, honestioni N
cessitate, quàm ferre & pati virtutis est,
non criminis effugere; utinam si de C
Bernardus oculos in unumquemq; nostr
intendat non illi etiam modò repeten
sit, quod, dum viveret, quibusdam sive
sive aliorum Ordinum hominibus exp
brabat? *Videmus*, inquit, *pauperes alig*

Serm. 4. in Adu. Dom.

*qui, si veram haberent Paupertatem, non
pusillanimes invenirentur, & tristes, urpo
ges, & reges Cælorum. Hi sunt, qui pa
res esset volunt; eo tamen pacto, ut nihil
desit: & sic diligunt Paupertatem, ut n
inop*

*inopiam patiatur.* At quibus ad vitam in dies tolerandam neceſſaria ſuppetunt, etiamſi nihil ſuperet, Sapientis decretum eſt, Cajetano interprete, eos vix, atque ægrè numerari inter pauperes poſſe. Qui enim DEUM ſic rogat, *Paupertatem, & divitias nè dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria*; utique, dum extrema inter ſeſe opponit, & rejicit, quod eligit, medium eſt. Divitias igitur abundantia, Paupertatem neceſſitas ſequitur: quæ ex utraque componitur, vita eſt inter commodum & incommodum temperata: quâ qui utuntur, fruſtrà cenſeri ſe volunt inter Evangelicos pauperes; quos è contrario voluntaria nuditas omnibus egeſtatis incommodis ſponte obnoxios facit: quin & gaudentes quòd digni habeamur, qui ſublatâ in humeros cruce poſt CHRISTUM euntes crucis fructus cum CHRISTO identidem aliquos guſtent in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Quantum hi ſolidæ voluptatis percipiunt, cùm ſua cubicula, & ſeipſos curiosè circumſpicientes non modò quidquam non offendunt ſuperfluum, quod redundet, quin & multa ad commodum, non rarò etiam quædam neceſſitati deeſſe vident! atque eò demum intelligunt ſe verè ſpiritu, hoc eſt, voluntate pauperes eſſe; quòd, cùm facilè poſſint ejuſmodi rerum

Prov. 30. 8.

indigentiam vel tollere, vel minuere, sp
te nolunt, amántque quod patiuntur. Q
&, si quæ vitæ usui minùs necessaria ex
mant, iis sese ultro abdicant, vellèntque
de nonnullis ait Nazianzenus, præter c
cem, & corpus nihil habere. Inter q
idem ipse ex Monacho Episcopus, & in
piscopatu quovis Monacho egentior: &
Orat. 43. al. 28. Cùm rediit in Urbem. inquit: *Paupertatem mihi objicient? scilicet opes & copias. Atque utinam & p nos hosce exuere possem, ut hujus vitæ s nudus percurrerē!* Qui tam generosè in P pertatem affecti sunt, ut re ipsâ comm voto etiam necessariis ad vitæ vel sustent tionem aliquam, vel decorem rebus caren dum possint, velint; quæ tanta domi tan tas atque indigentia esse potest, quam m abundantiæ & deliciarum loco habeant? ficubi, pro exiguitate proventuum aut e mosynarum, quod non rarò accidit, e integro victui necessaria non suppetant, ipsum hilarè & jucundè non excipiant u quam rem votis omnibus optatissimâ? Q dum apud vos loquor, spero equidem u idem orationi meæ eventurum, quod B nardus ajebat de lingua amoris, quæ amantibus barbarum quiddam & pro ignotum sonat. Neque enim hæc exim fateor, & summa Euangelicæ Paupert

perfectio alia est, quàm ea ipsa, quæ religiosum decet; quámque S. Pater IGNATIUS toti Societati communem fore certò sibi persuaserat: ídque testatum ipse fecit datis ad nonnulla per Europam Collegia literis, quas dum hîc recito, & particulam hanc spiritûs Patris nostri quasi de sepulcro & cineribus excitatam repræsento; eas ad vos quoque ab eodem scriptas missásque putate. Multorum, inquit, relatione comperi „ DEUM ac Dominum nostrum vos beni- „ gnè invisere, & sanctæ Paupertatis fru- „ ctus vobiscum communicare: incommo- „ da, inquam, quarumdam rerum tempora- „ lium, quæ ad valetudinem vel tuendam, „ vel recuperandam, & ad corporis inco- „ lumitatem & salutem necessariæ essent. „ Quod equidem non exiguæ gratiæ loco „ habendum est: cùm divina largitas ali- „ quid ejus boni, in cujus desiderio semper „ nos esse convenit, gustandum vobis pro- „ posuit, ut pro voto, quo nos obstrinxi- „ mus, & pro sanctæ Societatis instituto, „ quod profitemur, ad Ducis nostri JESU „ CHRISTI vitam conformemur. Equi- „ dem nullus, quòd sciam, in tota Societate „ locus est, cui concessu & munere DEI ali- „ quid saltèm hujusmodi gratiæ non obti- „ gerit. At, si nos in hac parte compare- „

„ mus cum Fratribus noſtris, qui per ſ
„ mos animæ & corporis labores ſtren
„ apud Indos operam navant rebus etia
„ quotidianum victum neceſſariis deſ
„ famem ac ſitim oryzâ & aquâ vix de
„ lentes (nam panis & vini copia mul
„ locis nulla ſuppetit) in vili & pannoſo
„ ſtitu, aliiſque præterea ærumnis aff
„ confecti; quidquid ipſi patimur ſi no
„ ve, at certè non admodum grave vid
„ tur. Concipiamus animo Indiam, a
„ ibi nos degere, aut ubi degimus Ind
„ eſſe exiſtimemus: nam illa ſaltèm ad e
„ modi ærumnarum tolerantiam ubiq
„ rarum eſſe poteſt: & ad levandam eg
„ tem quotidiana ſubſidia à ſancta me
„ tate comparemus. Hæc ille ad ejus
tis & inopiæ Societatem. Quæ comm
rare æquum fuit non modò ut (quod
poſitum mihi erat) ex ipſo B. P. Noſtr
acciperemus; verùm etiam, ut pud
nobis incutiant, ſi, cùm hodie quàm
res domeſtica commodiore loco ſit, no
via ægrè & graviter feramus, cùm è co
rio gravia leviter imò & jucundè ferr
beamus.

*Aliquot Paupertatis fructus degustati.*

Atque hæc de Euangelicæ Paupert
tum neceſſitate, tùm impedimentis ger
tim diſſeruiſſe in præſentia ſit ſatis. R

quum eſt, ut ſingularia quædam, & ad quotidianum uſum præcipuè accommodata ſubjiciam, tanquam hujus bonæ arboris bonos fructus quos S. P. IGNATIUS, qui ſic eos nominat, eâ ipsâ manu, quâ Ordinis noſtri leges & jura deſcripſit, deguſtandos nobis proponit. Quorum ille primo loco ſit: ut nullâ re tanquam propriâ utamur: quod conſequens eſt ut faciat qui ſe nihil proprium habere non tantùm intelligit, verùm etiam profitetur. *Quid enim habeant proprium* (inquit egregiè Climacus) *qui ipſum quoque corpus ſuum*, imò & animæ ſuæ mentem, ac voluntatem *alieno imperio poſuerunt*? Quis autem de re non ſua graviter atque iniquo animo ferat, ſi, qui poteſt, eam ab ipſo, cùm libuerit, repetat, aliíque utendam concedat? Eget ſanè præſens vita quibuſdam veluti ſuſtentaculis, ſinè quibus decidat, & pereat neceſſe eſt. Ea ſunt, indumentum, cibus, habitatio, ſtratum, & ejuſmodi reliqua. At ùt arboribus aliter vites, aliter hederæ ſuſtentantur; ſic & homines rebus ad vitæ uſum, & valetudinis commodum neceſſariis. Vites enim eò tantùm ſuâ arbore innituntur, ut de humo ſubductæ, atque ex alto pendentes, ſoles & cælum accipiant; cæterùm ſucco ſuo vivunt, pariúntque fructus, & vinitoris manum, ſi detrahere eas

*ſtandi præponuntur.*

1. *Nullâ re uti tanquam propriâ.*

Grad. 16.

libuerit, non invitè ſequentur. Longe
ter hederæ, quæ ſe totas arbori circumi
dunt, & arctiſſimè applicant, eámque
tam ramis amplectuntur, quàm laqueis
gant; tum omni ſucco emungunt prod
infixíſque, quibus ab imo trunco ad
mum uſque verticem proſerpunt, radic
ut non appoſitæ, ſed enatæ vel infit
deantur. Quin, & interciſæ vivunt ta
individuo malo, niſi prorſum detrahe
At quàm periculosâ & difficili operâ
hoc, ùt Bernardi verbis utar, non exi
re fit, ſed excoriare. Neque tantùm
ad quotidianum uſum conceſſis, ver
locis ipſis tanquam certo quodam
propriis uti ei, qui omnibus renuntiav
re interdictum eſt. Quid enim à reli
homine magìs alienum, quàm uni cerv
mui aut urbi ità addictum eſſe, ut, ſi qu
migrare aliò oporteat, pluribus uten
Marc. 11. 23. ſit, quàm ſi diceretur huic monti; *Tol*
*mittere in mare*? Aut è contrario in ter
bus Collegiis non ſinè animi ægritudi
mœrore degere; ſplendidas urbes, a
pliorem Mundi ſcenam expetere? qua
la illa loca, in quibus vel degimus, v
gere præoptavimus, proximiora Cæli
& ad DEUM breviore viâ traducant.
illa etiam ad exteros perfugia, & exc

impetrationes, & quædam penè vis precum illata Superioribus. Adeò à nobis ipſis aliquando excidimus, ſi qui olim tyrones Mundum univerſum expeditè ac libenter dimiſimus, ac fortaſſe etiam in alterum penè Orbem terrarum ad Indos mitti enixè petiimus, jam conſeneſcere uno in loco volumus? clamet licèt Apoſtolus nos non habere hîc permanentem civitatem, ſed futuram inquirere: & dum ſumus in hoc corpore peregrinari à Domino: quæ quantò veriùs pronuntiata de nobis ſunt, qui de Mundo non ſumus? Quis autem viator & pauper, ſi ad breve tempus hoſpitio excipiatur, de loco ipſo diſputet, doleátque ſe non commodiùs aut honeſtiùs exceptum; vel emigrare niſi ejectus nolit? Quod eò minùs ferendum in nobis eſſet, quorum inſtituti ac vitæ ratio poſtulat, ut, quod de Paulo ait Chryſoſtomus, tanquam pennati totum pervolitare Orbem parati ſimus, & velut incorporei labores omnes & pericula contemnere, & tanquam jam Cælum poſſidentes cuncta terrena deſpicere.

Hom. 21 de Laud. Pauli.

Jam quid de illis dicendum exiſtimamus, qui, cùm alio juſſi abeunt, tam multa ſecum convehunt, ut, ſi rem ex ſarcinis æſtimes, non hominem, ſed familiam migrare putes? Hi videlicet timent nè ſibi in ejus,

2. *Non multa ſecum convehere, cùm in alia Colle-*

*gia migrandum est.*

quam petunt, domûs vestibulo religi
Paupertas occurrat, & exceptos deduca
cubiculum, quale Sunamitis Elisæo cre
4. Reg. 4. ùs apud se divertenti instruxit, universam
pellectilem mensâ, candelabro, sellâ, &
ctulo finiens.

Quamcunque hi viam ineant, at cc
non Euangelicæ Sapientiæ, neque virtu

Lib. 7. c. 1. *Virtutis enim via*, inquit verè Lactant
*non capit magna onera portantes. Ang*
*admodum trames est, per quem ducit ad*
*lum. Hunc tenere non potest, nisi qui*
*expeditus & nudus: nam isti locupletes*
*& ingentibus sarcinis onerati per viam*
*incedunt, quæ latissima est.* Quid verò,
oneratis occurrat per viam unus aliqui
antiquæ, & nondum sarcinas & impedim
ta scientis Societatis nostræ hominibus
ta magnus ille S. IGNATII primoge
Petrus Faber; qui remissis ad Alber
Moguntinum Archiepiscopum, eund
Cardinalem speciosis muneribus, factur
juriâ liberavit eâ excusatione, quòd ip
eorum numero esset, qui omnia bona
cum portarent, Quantùm alter ad alt
conspectum vicissim, sed ex contrario
bescerent! Faber suffarcinatum, quem
cta non capiunt: ille Fabrum, cujus d
tiæ erant nihil habere, ùt inquit de Ba

Paulin. ep. 10.

Orat. in Basil.

Nazianzenus. Abjiciamus ergo quidquid hoc eſt ſarcinarum & ponderis, quod nos virtutis viam in ardua poſt Chriſtum percurrentes quantùm onerat, tantùm delaſſat, retardátque: & ad Hilarii regulam *Spiritualium æternitatem terrenorum damno comparemus*: quod perinde eſſe putandum eſt, ut ſi onerariæ in altum evectæ, ac ſubortâ tempeſtate periculosè fluctuanti, & nimiùm gravi conſilium de jactu maturè faciendo demus, nè ſuomet pondere victa, & depreſſa ſubſidat. Repetamus quod ab ipſo Societatis initio Patres noſtri more exemplóque ſuo quaſi legem in poſteros ſtatuerunt: ut certis temporibus in ea omnia, quæ uſui noſtro ſunt, ſingulatim & ſeverè inquiramus, ſi quid minùs neceſſariò requiſitum offendimus, quidquid hoc tandem ſit, tanquam ſarmenta vitem damnosè inumbrantia præcidamus. Tum nè in cubicula noſtra quidquam ſuperfluum ſeſe in poſterum inferat, quod, cùm alio migrandum eſt, efferri nobiſcum velit, adhibeamus oſtio vigiles, qui, quæ ſunt ejuſmodi, longè ſubmoveant, & acceſſu prohibeant. Occurrant animo duo illi Principes Latronum Rechab, & Baana; qui Regiâ ſtirpe ortum, ac nihil tale merentem Iſboſeth per ſummum facinus obtruncârunt, Oſtiaria domûs, eadémque vigil & cu-

Cant. 26. in Matt.

2. Reg. 4.

custos purgando tritico intenta operii indo
mivit. Hinc libera, & tuta ficariis ad ca
dem domini via : percussum enim, inqu
Scriptura, interfecerunt, sublatóque cap
ejus abierunt. Documento sanè illustri, qu
palàm admonemur, quid spiritui nostro co
tingat, cùm Ostiaria, communis disciplin
ratio, cujus est triticum à paleis, scilicet s
cessaria à superfluis accuratè secernere, qu
ri suo non advigilat; sed in desidiam & ne
num soluta non aditum modò, sed etiam
troitum hostibus animæ expeditũ relinqu

*3. Libros non superfluos habere, non usui proprio addicere.*

Tertio loco occurrunt alii, qui libris pr
sim coëmendis non parùm operæ & pr
impendunt. Quo in studio, quia nonn
species honestatis elucet, cùm ejusm
conquisitio nihil indecorum aut sordid
præseferat, quin religiosum hominem m
ximè decere videatur, eò tutius vitium in
cautos irrepit, & Paupertati non medio
ter obest. Ac primò, si ejusmodi libro
pauci ad usum, plures ad pompam qua
cita quædam sapientiæ testimonia co
ventur; tum si quos quisque sibi cum
Superiorum venia comparavit, eos non
quam rem publicam, sed singulari quo
jure sibi obstrictam vindicet. Qua
quid jam pridem constitutum sit nemi
qui ignoret. Ut primùm quis veniâ ad id

petratâ librum coëmerit certo loco ſtatim adſcribat, præfigátque fronti ejuſdem libri nomen Collegii, aut Domûs, cui addicitur. Et, ſi abeundum aliò fuerit, ullum eorum ſecum terre non magìs poſſit, quàm qui ſunt communis Bibliothecæ. Neque prorſum laudandi ſunt, qui libros, quos certis piorum hominum eleemoſynis comparârunt, alteri cuipiam Collegio attribuunt, fraudántque ſuo quaſi jure locum, ubi in præſentia degunt.

Caritatis etiam nomen & ſpeciem præ ſe ferunt; qui, nè ſibi unquam deſit quod aliis donent, mulla paſſim conquirunt, & quaſi in loculis ſæpe ad extremum uſque ſpiritum ſervant: neque id ſibi culpæ vertendum putant, quòd ea, ùt ajunt, dum aliis ſervant ipſi penè non habeant. Superiores excipio, quos non modò pari viciſſitudine benevolentiæ, verùm etiam aliquo grati animi pignore bene de Societate meritos interdum remunerare æquum eſt. Ceterùm ubi nulla virtus beneficium aut munus cohoneſtat religioſo homini virtus eſt non eſſe munificum: nam Paupertas, quam profitetur, ſi Euangelica eſt, ſi uſque ad perfectam rerum omnium nuditatem quàm nihil petit à largitoribus, quod poſſideat; tam nihil poſſidet, quod petentibus largiatur: nec pudori, ſed glo-

*4. Si quæ dono dantur, nè pretioſa ſint, aut nimis multa.*

gloriæ deputat ità semel Deo universa do-
nâsse, ut nihil reliquum habeat, quod in-
lios conferat. Nec tamen Hieronymum
Augustinum, Paulinum, Severum, atqu
alios ejusmodi sanctissimos religiosæ vit
& Euangelicæ Paupertatis cultores & m
gistros munuscula ad amicos, præsertim lo
gè dissitos, mutuæ inter se caritatis, & be
nevolentiæ pignora, & quasi obsides mutu
re nonnunquam consuevisse: sed ea sanè tu
rara, tam vulgaria, & exigua; ut, qui non
ejusdem planè, ac ipsi, sanctitatis & mo
destiæ sit, erubescat indè facilius, quàm
glorietur: adeò in illis non minùs cla
Paupertas, quàm Caritas elucebat, ut ob
officii & amoris ergo aliquid dono dare
porteat, exemplum esse possint liberalis no
piæ, non splendidæ largitatis.

*5. Libenter pati, sibi in usum dari, quæ domi vilissima sunt.* Exam. c. 4.

Alius insuper domesticæ Paupertatis
ctus ab ipso Ordinis nostri Institutore
hæc verba proponitur: *Qui*, inquit, *So*
*tatem sequi velit sibi persuadeat, quòd qu*
*lissima erunt ex iis, quæ domi sunt, ei tri*
*tur.* Quam legem nè quis Dei, &
Patris edicto constitutam putet in eos
tùm, qui primæ ætatis tyrocinium, &
gioſæ disciplinæ rudimenta ponunt, in
cietate, rationem continuò subdit, qui
mul universos & tyrones, & veteranos,
&

& emeritos pariter comprehendit : ſcilicet eandem virtutis viam, quam majores noſtri inierunt, nobis, qui ipſorum veſtigia perſequimur, tenendam eſſe : ut Societas univerſa per omnes ætatum, atq; ordinum gradus uno tenore ſibi ipſa æquabiliter reſpondeat : nè ſi à prioribus poſteriores aliquid remittendo degenerent, caput aureum paulatim in pedes luteos evadat. *Cùm enim*, inquit, *qui primi in Societatem convenerunt per hujuſmodi indigentiam, ac penuriam majorem rerum corpori neceſſariarum probati fuerint ; qui poſt eos accedent curare debent, ut quoad poterunt, eò pertingant, quò illi pervenerunt, vel ulteriùs etiam in Domino progrediantur.* Jam ſi ad hoc ſpeculum, ad primorum, inquam, Patrum exemplum componant ſeſe qui multum vel ætatis vel meritorum in Societate numerant ; videant an ea, quæ viliſſima domi ſunt, ſibi quoque tribui eodem, quo illi, animo patiantur : an verò, perinde ac ſi labores ſuos non DEO donent, ſed hominibus fœnerentur, id ſibi infelicis uſuræ pendi velint, ut relaxatâ in communi rerum partitione atque uſu Paupertate, aliquantò commodiùs præ aliis habeantur. Si ſecùs fiat ; enim verò etiam doleant, & quaſi de injuſtitia expoſtulent ; non ſenectutis, non meritorum rationem ullam in Societate habe-

6. *Nihil ſibi ſupra cæteros debitum velle ob*

*Labores in Societate susceptos.* Matt. 20.

beri: qui portaverunt pondus diei, & æstus pares fieri iis, qui novissimi unâ horâ fecerunt. Quam mercenariorum vocem quantò æquiùs commutarent cum altera illa servi boni & sapientis, qui, cùm fecerit omnia quæ præcepta sunt illi, adeò nihil operis sui merito debitum putat, ut unum illud ex

Luc. 17. 10.

Euangelio usurpet: *Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus!* Quis Ministrorum CHRISTI plus Doctore Gentium Apostolo laboravit? & quis illo egentibus, qui ad ea, quæ sibi opus erant, suis ipse manibus ministrabat? At quantò pauperior in oculo, tantò locupletior DEO, qui reddet, inquit, mihi in illa die (non in hac, id est, in præsenti vita, ùt subjicit Augustinus) rectorum mercedem. Atque hoc *Remunerationis linteo*, ùt loquitur Gregorius, labo-

Lib. 8. Mor. c. 7.

rum suorum sudores Paulus tergebat, nihil rerum humanarum exquirens, aut sponte oblatum suscipiens, quo vel Paupertati subsidium, vel necessitati remedium comparet: ut non soli DEO, & beatæ æternitatis expectationi & spei totum se ac labores suos impendere videretur. Qui sic cum Apostolo sapiunt, etiam dolent, si quando secus indulgenter à Superioribus agi videant, ne spiritui nè quopiam modo recipiant bona in re sua. Quin etiam si, quod olim Doctori Ge-

gelico, CHRISTUM commendatis ipsorum laboribus ultro eis proponat, ut eligant quam malint mercedem accipere; cum eodem sanctissimo viro continuò respondebunt: Non aliam Domine nisi te ipsum.

Sunt & alii, quibus apprimè necessarium est commune illud omnium ferè Ordinum religiosorum, & Societatis etiam singulare monitum: Nè quis nostrûm negotiis sæcularibus sese intermiscat. Quod quàm prudenter sancitum sit vel ad hoc ipsum ut Paupertati suum jus inviolatum atque integrum conservetur, ex iis, quæ mox subjiciam, apparebit. Placet autem eos præ cæteris ad sui considerationem vocare, qui profusâ quadam, & non secundùm scientiam in consanguineos teneritudine veriùs, quàm pietate, ut eos vel rerum temporalium difficultate pressos sublevent, vel litibus implicatos extricent, vel fortunarum suarum administrationi nondum per ætatem idoneos dirigant, curatores se, advocatos, tutores, villicos, litigatores, denique omnia præter Religiosos præstant. Hinc frequens pecuniarum exactio, custodia, distributio alieno nomine, arbitrio suo. Novo equidem monstro, ut pietas irreligiosum; caritas sæcularem faciat, si, quod plerumq; evenit, in ejusmodi negotia non immittant se modò, sed

*7. Negotia temporalia consanguineorũ nè suscipiant.*

pe-

penitùs immergant. Quantùm ex istorum hominum licentia Religiosi Ordines detrimenti patiantur vix æstimari potest. Metto quòd eorum operâ uti vix ulla in re Superiores possunt; adeò eos sua illa necessitas ad se totos avocat. Quòd Patriæ, aut certo loco affixi indè se nullâ vi abstrahi patiuntur. Quòd gustatâ semel eâ specie libertatis ad communis disciplinæ formam revocari difficile possunt. Quòd animum temporalium rerum administratione, & ra quotidiano usu dissipatum colligere ad cultum, præcipuè ad orationis studium, atque ægre valent. Illud intolerabile, si lites inferant, & ad tribunalia confligant violentas pecuniarũ repetitiones faciant palam negotientur ad quæstum. At ne hoc est ad telonium sedere, atque dire Apostolicæ vitæ virum, unde CHRISTUS Matthæum, ut ex publicano stolum instituerет, avocavit? Erubescam rum causâ reliqui ejusdem Ordinis Soc cesse est, quorum odorem fœtere etiam pud bonos faciunt: ut vix multorum & probitas diu multùmque nitendo tuere tandem possit, quod eorum un quis de communi existimatione detrahi si qui manum non amovet ab aratro, tantùm respicit retrò, non est aptus R

DEI, quid tandem ii, qui dimiſsâ in agro Domini ſui, & proximorum culturâ totos ſe ad terrenarum rerum negotiationem convertunt? ſpecie quidem primo aſpectu etiam honeſtâ, caritate in conſanguineos decepti: ceterùm parùm memores quàm blanda ſui conciliatrix, & ad fallendum verſuta & mendax ſit ſuopte ingenio natura, in quam veritatis Magiſter CHRISTUS docuit pietatis genus aliquando eſſe, ſe præbere crudelem, cùm ſecuturum ſe juvenem vetuit domum redire vel ad hoc tantùm, ut parentem recens vitâ functum humaret.

*8. Bonis ſuis ſe maturè abdicare.*

Reliquum eſt ut de iis ultimo loco dicam, qui, cùm ſe ſuis bonis nondum abdicaverint, moram de induſtria injiciunt, nè ab ſe hoc reliquum oneris, quo gravantur, excutiant. Quos ſi paupertatis amor, ſi ſui in via Domini profectûs, imò firmitatis & conſtantiæ cura ulla tangeret, deceret equidem non à Superioribus quaſi invitos compelli, ſed magìs ipſos, ſaltèm ùt primùm ex tyronibus exceſſerunt, id ſuis precibus impetrare: nè non prorſus à Mundo præciſi, unde per rerum ſuarum contemptionem effugerant, eò per deſiderium retrahantur. Sunt verò quos in hoc genere dæmon ludificat eò certiùs, quòd ingentis boni ſpeciem eis objicit, ſi vel Collegium

conſtituere, vel certi cujuſpiam loci re
domeſticam augere collocato in id patrim
nio poſſint : ut propterea neceſſe habea
res ſuas ſibi diu habere, negotiari, nov
quæſtus facere, donec ea pecuniæ ſumm
conficiatur, quæ deſtinato operi ſatis ſit. S
qui fortè ejuſmodi ſunt, intelligant plus
Societati profuturos, ſi Obedientiam
Paupertatem, quàm ſi quidquid eſt opum
li impendant. Rerum naturâ, atque ord
ne ità comparatum eſt, ut, quo quidlibe
naſcitur, eo potiſſimùm creſcat : at religio
cœtus Mundi contemptu, & rerum omn
um, imò & ſui ipſius abdicatione primi
coaluêre : his neceſſe eſt augeantur, & ma
jores fiant. Quid enim & ipſis prodeſt
Mundum univerſum lucrentur, diſciplina
verò, & legum ſanctiſſimarum, quæ anim
loco eis ſunt, detrimentum patiantur
Damnoſa caritas eſt religioſam domum ſu
dare velle, & religioſæ pertectionis fun
menta ſubruere : multiplicare gentem,
non magnificare lætitiam : illam, inquam
lætitiam, quæ non ex hominum numer
ſed ex virtutum pondere vera & ſolida p
venit. Quare qui bona ſua conferre in
cietatem volunt, eâ S. Auguſtini regulâ
tantur ; ut inter bona ſua ſeipſos primi
adnumerent, & ſe illi bonos præbeant. N

que velint quæ de rerum suarum possessione ad aliquod breve tempus retinenda permissio Constitutionum est, lex sit, imò & necessitas non legum, non Moderatorum judicio, sed suo tantùm arbitratu finienda. Quid jam si non caritas in Societatem, sed privatus in se ipsum amor procrastinare, & in longum tempus differre abdicationem suadeat nova semper impedimenta causando: ut, dum spem bonam de rebus suis faciunt, interim ipsi aliqua, cum Superiorum licèt venia, ad varios usus identidem sibi decerpant: & mitiùs habeantur, ùt quibus in promptu est cui voluerint loco benefacere? Ejusmodi artibus & fallaciis Deo, & animæ suæ illudere quàm turpe sit, nemo non videt: at Superioribus, quasi clausis oculis, eis capi enim verò turpissimum esset. Quare, cùm pro locorum & personarum conditione certum tempus, quo primùm elapso abdicare se suis bonis quisque debeat, generatim & universè definiri non possit, reliquum est ut, qui interim sua sibi habere permittuntur, tanquam non habentes sint, neque ipsis quidquam indè trahendi in privatos usus potestas ulla fiat: alioqui Paupertas, quæ tantæ dignitatis ac meriti virtus est, jam erit tentatio, si ad manum habeant, quo se ab ejus incommodis per Supe-

riorum indulgentiam redimere suâ pecu
possint. Sentiant & ipsi pari cum cæter
fortunâ communis inopiæ difficultates, n
que ullis publicæ, aut privatæ disciplin
oneribus ( quantumcumque spem rer
suarum faciant ) eximantur, aut supra re
quos stent: nè venialia privilegia videantu
& suæ virtutis bonos pœniteat, si plus sp
ratæ pecuniæ, quàm præsentibus mer
tributum videant.

*Superiores exemplo præeant, & nè tenaces sint & sordidi.*

Et sanè plurimùm habet in utramq; pa
tem momenti, sive ad perdendam, sive a
conservandam Paupertatem, Superiorum
vel remissio, vel cura: ut propterea, q
decet eos esse in Societatem supra cæter
fide, adniti plurimùm debeant, ut hac re
am in parte, cui nisi sedulò prospiciatu
multum periculi est, muneri suo satisfac
ant. Ac primùm, nè inter eos ipsi adnum
Matt. 23. 4. rentur, *qui dicunt, & non faciunt; impon
onera gravia in humeros hominum, digito a
tem suo nolunt ea movere*: sed, ut rectè
1. Pet. 5. 3. monet Petrus, *Forma facti gregis* quos
Paupertatem crebris adhortationibus in
tant, exemplo potissimùm trahant: aliò
vanus est sermo docentis, quem facta dic
contraria enervant. Suos igitur ad Paup
tatem alliciant, sed eâ Sponsi voce amic
sibi animam ad virtutis fastigium provoc

tis: surge, propera, veni. *Non* enim *parùm confortat*, inquit Bernardus, *quod addit Veni, & non Vade.* Deinde, nè singulari in quempiam benevolentiâ aut animi propensione ducti, vel timiditate ac metu victi (si Paupertatis jura infringentibus obviàm eant) avertant oculos, dissimuléntque *Speculatores cæci*, & *Canes muti*: ùt eos Isaias per indignationem appellat. Hinc profusa illa, & prodiga in concedendo facilitas, perinde ac si non Paupertatis, sed Obedientiæ tantùm cura habenda sit: aut quantùm de communis disciplinæ, ac legum sanctitate Superiori remittere libitum fuerit, id verò totum liceat: Neque minùs, quàm immoderata profusio, cavenda ipsis est nimis angusta tenacitas. Sunt enim qui duritiem & sordes, naturæ suæ vitium, parsimoniæ & frugalitatis nomine cohonestent: &, tenaces cùm sint, Paupertatis amatores videri volunt. Itaque multa condere, pauca promere, servare tenaciter, parcè etiam necessaria dispensare: ac, nè conqueri sibi subditis vacet, domûs inopiam passim objicere, & lamentari. Id verò est, Paupertatem non servare, sed perditum ire: neque enim *Pietas cum sufficientia*, sed coacta necessitas proprietatem in religiosas familias primò invexit. Decet equidem voluntarios CHRISTI

Serm. 85. in Cant.

Isa. 56. 10.

1. Timot. 6. 6.

pauperes omnem egestatis etiam iniquæ
ritiam magno animo perpeti: at nihil mag
dedecet, quàm ut subditorum virtute
perior abutatur, ut suo ipse vitio satisfa
fraudétque operarios dignos mercede
& congreget quæ nec ipse sciat cujus
ra sint. Meminerint ergo Superiores
tres quidem esse, hoc est; solidi & virili
fectûs, qui non molliter indulgeant
etiam nocitura petentibus: sed & M
se esse, ut eos sinu foveant, & ad ubera
tent: quod se facturum recepit DEUS,
quidem supra quàm matres possint, usque
senectam, & senium filiorum. Videant
tâ sedulitate, quamque irrequieto labore
cumvolent atque oberrent aviculæ, ut
ternæ pietatis officium exequantur, &
bum pullis conquirant. Faciant quod
Imperatores, qui plus ab annonæ
quàm ab hostis ferro suis timent. *Sæpius*
Veget. lib. 3. cap. 3. *nim*, ut inquit Romanæ militiæ Magist
*penuria quàm pugna consumit exercitum*
*ferro savior fames est*. Itaque re frume
riâ abundè instructi tum demum &
educere, & militarem disciplinam exe
tutò possunt: secùs si fecerint, plus per
bationis & tumultûs in castris, quàm
nis & virtutis in acie habituri. Nunq
tam angusta domi res erit, quæ caritat

cum non faciat. Tolerant libenter ſubditi, quod nè tolerent Superiores ſollicitos vidêt; &,quod inopiæ deeſt, caritas ſatìs ſupplet.

Atque hæc ea ſunt, Patres, Fratrésque in Domino dilectiſſimi, quæ de Paupertate ad vos ſcribere in præſentia viſum fuit. Pauca equidem pro dignitate, atque amplitudine argumenti, niſi quòd non ſcientibus modò, ſed & amantibus legem loquor: ut propterea ſingulare illud Magni Gregorii ſapientiam locuturi inter perfectos religioſæ vitæ ſectatores, qui id ab eo requiſierant, uſurpare meritò poſſim: *Si Dei ſunt vaſa, ſcio quia fontem ſapientiæ intus habent, ut meæ ſiccitatis guttas parvulas ſuſcipere non debeant.* Et fortaſſe cauſam hanc Pauperta- tis univerſam non modò breviùs, ſed & pleniùs perorâſſem ſolo in exemplum & præmium propoſito Præceptore ac Duce noſtro CHRISTO JESU, quo nihil ad imitationem præſtantiùs, nihil ad mercedem uberiùs proponi cuivis hominum generi poteſt. Nam qui, *cùm eſſet dives, propter nos egenus factus eſt, ut illius inopiâ divites eſſemus*: qui *ſemetipſum exinanivit, ut de plenitudine ejus nos omnes acciperemus*: quid jam cordium noſtrorum deſideriis reliquum fecit, ut, dum in ipſo omnia invenimus, præter ipſum, ſi non etiam præ ipſo, alia expetamus?

Ep. 27. lib. 7.

*Chriſti D. exemplum ad Paupertatem perſuadendâ efficaciſſimum.*

2. Cor. 8. 9.

Philipp. 2. 7.

Joã. 1. 16.

An verò, si pauperibus spiritu nihil præter
suppeteret ad mercedem, quàm quòd soci
simus Paupertatis Christi (qui, dum eam,
ait Ambrosius, in seipso dedicavit, pretiosa
fecit, & super omne dignitatis & gloriæ
stigium evexit) non id summæ felicitatis,
copiosissimæ remunerationis loco habendu
esset? Quid enim causæ fuit, cur in terras
veniens Dei Filius nihil de gloria magnifi
centiæ regni sui secum extulerit? *Erat*, in
quit Bernardus, *qui fortè ei sublimia quæ*
Ser. 1. in vig. Natal. Dom. *da arbitraretur esse palatia, ubi cum glori*
*Rex gloriæ susciperetur. Sed non propter hoc*
*regalibus illis sedibus venit. In sinistra ejus*
*vitæ & gloria: in dextera longitudo dierum*
*horum omnium æterna in Cœlis affluentia spi*
*petebat: sed Paupertas non inveniebatur in*
*Porrò in terris abundabat & superabundab*
*hæc species, & nesciebat homo pretium ejus*
*Hanc itaq;* Dei *Filius concupiscens desiderio*
*ùt eam eligat sibi, & nobis quoque suâ æstim*
*tione faciat pretiosam.* Hinc ut eum pri
Pastores inveniant pauperē pauperes, sig
ab Angelo accipiunt pro solio præsepium
quo reclinatur: pro purpura pannos, quib
Serm. 4. in Nat. Dom. involuitur. *In signum*, subdit idem Bern
dus, *positi sunt panni tui Domine* Jesu: *sed*
*signum, cui à multis usque hodie contradicitur*
Sacramentum enim hoc magnum est, qu

vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget : Paupertatem pro DEO ſponte aſſumptam rem eſſe divinam, quam ſcilicet DEUS ipſe præpoſitam regnis & ſedibus tam ſingulariter adamavit, tam arctè complexus eſt, ut à Bethlehem ad Calvarium, hoc eſt, à primo ad extremum uſq; vitæ ſpiritum eam à ſe nunquam abſtrahi paſſus ſit : adeò ut, qui pannis involutus jacuit in præſepio, nudus in Cruce pependerit. Excipiamus ergo, dilectiſſimi, prompto atq; alacri animo Paupertatem ; & quam noſtri Ordinis Inſtitutor IGNATIUS *Societatis Matrem* nominavit & fecit, eâ, quâ decet filios, caritate & benevolentiâ complectamur. Impendamus bonorum temporalium jacturam in quæſtum & lucrum æternorum : & qui cum Maria pretioſum unguentum ſuper caput Domini effudimus, fracto inſuper alabaſtro ( nè quidquam eorum, quæ ſemel DEO vota donavimus, repetendi nobis jus aut poteſtas relinquatur ) gaudeamus nos & pro Chriſto pauperes eſſe, & in Chriſto divites nihil præter ipſum habentes, & in ipſo omnia poſſidentes. Procul à nobis illud Meum ac Tuum, frigidum verè verbum, quod perfectæ in DEUM caritatis ſæpe ignem extinguit, ſemper ardorem imminuit. Ecquid ( ùt poſtremò vos alloquar cum Lactantio ) *quid dubi-* Lib. 6. de

vero cultu.

*tamus bene collocare id, quod nobis una* [illegible]
*dem dies eripiet? Quid veremur fluxum* [illegible]
*fragile bonum facere sempiternum: res nostra* [illegible]
*custodi* DEO *credere, ubi non furem pra-*
*némque timeamus, non rubiginem, non tyran-*
*num? Qui apud* DEUM *dives est, pauper* [illegible]
*nunquam potest. Si justitiam tanti putamus,*
*sequamur eam abjectis oneribus, que nos pre-*
*munt. Liberemus nos ipsos compedibus &* [illegible]
*tenis, ut expediti ad* DEUM *curramus. Magn-*
*& excelsi animi est calcare mortalia.*

Ità CHRISTI JESU Societate, & Mo-
jorum, qui nos à prima Ordinis nostri Insti-
tutione exemplo præluxerunt, consortio-
gni, nostræq; ac proximorum saluti pro-
quam profitemur, Apostolicæ vitæ ratio-
operam strenuè utilitérq; navantes *pauper-*

Tob. 4. 23. *quidem vitam geremus* (sic enim & juvenis
Tobiam senior alloquendo consolabatur)
*sed multa bona habebimus*: ea scilicet, q-
Pauperibus spiritu promittuntur Beatitu-
& Regnum Cælorum: quod Pater Pau-
rum, & Dives in misericordia DEUS
sua in omnes beneficentia vobis, mihi-
largiatur. Valete. Romæ, 30. Septem-
1653.

*Omnium in Domino*

GOSWINUS NICKEL.

EP

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXIX.

# R. P. N.
# GOSWINI NICKEL

Præpositi Generalis X.
Secunda,

## Ad Patres & Fratres ejusdem Societatis.

Anno 1656. 16. Novemb.

*De Nationali, Provinciálique pernicioso Spiritu in Societate vitando.*

EXcubanti mihi, solicitéque vigilanti pro hac meæ custodiæ commendata Dei Domo, quæ à Sapientia ædificata CHRISTI JESU, Architecti sui nomen altè refulgens in vestibulo procul ostentat; cùm aliæ subinde periculorum facies metum incutiunt (nam & eluviones fluviorum, & effusiones imbrium, & furum suffossiones no-

nocturnas Euangelicis admonitionibus p
bemur ſpirituali ædificio metuere) tum m
peculiariter cogit turris hujus noſtræ ca
jam admota celſitudo ab adverſis ventorum
cavere flatibus: nè quod Chriſtus denunt
(& ipſe utinam avertat!) verum unquam
lud cum noſtra ultima pernicie, ſummâq
invidorum gratulatione cernatur: *Flaverun
venti, & irruerunt in domum illam, & cec
dit, & fuit ruina illius magna.* In quo ne ſe
pinè fiduciæ indormiamus, quaſi fundat
in petra domui tale nihil pertimeſcendum
ſit, excitat exemplum Domûs Jobi, quæ
cèt, ùt S. Gregorius ſubtiliter obſervat, ſ
ptem donorum Divini Spiritûs, quæ tri
dem ejus Sancti Patriarchæ filiis deſigna
vult, & trium præſtantiſſimarum virtutu
Fidei, Spei, & Charitatis, quas in trib
ejuſdem filiabus intelligit, invicto, ùt vid
batur, adversùs omnem diabolicam v
præſidio teneretur, ingruente tamen à re
gione deſerti vento vehementi proſtrata e

*Spirituali Societatis ædificio plurimùm metuendum ab adverſis Ventorum flatibus.*

Matth. 7. 27.

Mor. lib. 6. c. 16. & 17. lib. 2. c. 21.

*Talis ventus eſt ſpiritus Nationalis.*

Iſtum ego ventum RR. VV. non alium
in præſentia dixerim, quam hunc, de q
agere conſtitui, peregrinum ſpiritum, f
gidum, maleficum, planè horribilem, & p
ſtilentem ventum; quippe qui non faſtigi
rum ſolùm pinnulas, tegulaſque tectorum
damno utique reparabili decutere contenta
to

totum ipſum molis quamlibet ſolidæ corpus à quatuor, ùt de Jobi domo ſcribitur, complexus angulis, robuſtéque ſuccutiens univerſas ſimul ædificii compages laxat, & viſendam ingentis operis fabricam in ruderum informium acervos momento commutat.

Cujus tam pernicioſi Spiritûs extremam, quam minatur ruinam, ut, quantum in me eſſet, à Societate procul arcerem, egeram de eodem in poſtremâ PP. Procuratorum Congregatione; ſed prout ejuſdem Congregationis præſcripta temporis ratio exigebat, in brevi ſatìs, ſuccinctáque exhortatiuncula. Quam nihilominus cum plerique è congregatis Patribus à me poſtularent, ut deſcriptam ſecum in Provincias deferrent, ut id quod petebant (quia prodeſſe in illa brevitate haud multùm poſſe judicabam) excuſarem, promiſi me illa ipſa, quæ ad illos dixeram, paulò copioſiùs tractaturum, ac deinde per modum epiſtolæ Provinciis omnibus pro more communicaturum.

In hac ergo, quàm promiſſam nunc mitto, epiſtola, ſi res ipſa ſpectetur, novi vel nihil, vel parùm admodum adferam; ſed ſolùm quæ antea per compendium quaſi dixeram, ad plurium captum meliùs acommodata fuſiùs aliquantò quàm antea explicabo;

bo; ut ità fidem meam liberem, factæque promissioni satisfaciam.

*Argumentum scriptionis, ejúsque partitio.*

In qua tota re, ut certâ methodo differam, primùm explicandum videtur, qui tandem sit malus, & malignus spiritus, & utrùm jam ab illo passa sit aliquid Societas; deinde quanta ab eodem metuenda esset pernicies, si in Societate invaleſceret. Quæ bene diligentérque pro merito, reíque gravitate ponderata servire quoque pro remediis poterunt, & præsidiis, quibus ut nos adversùs ejusdem spiritûs hostiles animos, impetúsque omni curâ, sollicitudinéque armemus, atque muniamus non solùm utile, sed & necessarium fore, dubitandi nulla possit esse ratio.

Principio ergo dum hunc Spiritum Provincialem voco, verbum fortasse mihi deest cogitationi explicandæ meæ satis accommodatum. Cæterùm, nè de vocabulo controversia sit, vocetur sanè quo quis nomine maluerit, postquam quid rei, ac notionis illi ego verbo subjiciam, paucis expoſuero, judicia mentium, & inclinationes, affectúsque voluntatum spirituum passim variorum appellatione designare Sacri Prophetarum & Apostolorum libri, scripta quoque Patrum, & mysticæ Theologiæ Doctorum solent.

Si quorum ergo eſt hominum inductio animi, ſtudiúmq; ejuſmodi, ut omiſſio communis utilitatis, ac rei ſummæ reſpectu privatim ſibi, ac ſuis conſulant, ſe unos intueantur, ſibi ſerviant, ſuas domos, cogitationes, Urbes, Provincias potiſſimùm, atque adeò unicè curent; earum, ſuáſque commoditates, quomodocumque etiam cum damno, exitióque publico conficere penſi nihil habeant, Provinciali eos iſto ſpiritu inſtinctos dixerim. Ratio nomenclationis hujus magìs illuceſcet in hypotheſi. *Provincialis ſpiritus quis?*

Societas JESU corpus eſt pluribus coalitum ex membris; Ordo eſt Religioſus multos variarum nationum homines, complura in diverſis Oppidis, Urbibus, Regionibus, Regnis ſita, certáſque deſcripta in Provincias Domicilia complectens. Talis corporis membra, vel talis Religioſi Ordinis profeſſores aut multi ex omnibus, aut pauci de multis, aut denique unus aliquis ex univerſis ſi fortè oblitus finis univerſalis gloriæ Dei, ac ſalutis animarum, mediorúmque ad iſtos fines in noſtris Conſtitutionibus ordinatorum ſuas ſibi proprias rationes, ſuos privatos ſcopos peculiaribus à ſe mediis proſequendos deſtinaverit: ſi æquum duxerit Provinciæ, Patriæ, Genti, Nationi, cognationi ſuæ cætera omnia accommodari, *Quis illo ſpiritu agatur?*

ſi quo

si quo istarum rerum præcellentiam, primatum, prærogativam tueatur, obtineat, vindicet, nihil non moveat, nihil non misceat, si clam, palàm, opportunè importunè id agat, in id incumbat, totus in eo sit: eum de sancto vitæ susceptæ proposito velut de recto abreptum cursu incurrente in adversum Provinciali spiritu non dubitem dicere, cui si pergat tota vela pandere, in Syrtes haud dubiè scopulósque impingens ruat.

*An in Societate ille spiritus reperiatur.*

Illud jam dubitandum venit: ecquid in Societate nostra id genus homines reperiantur? magnas negandi causas video; quo modo enim homines mundo mortui, cum CHRISTO crucifixi, qui se holocaustum Deo fecerunt, tot Constitutionibus tot institutionibus formati, tot probationibus explorati, tot exemplis illustribus admoniti, tot secessibus annuis, tot meditationibus, lectionibus, exhortationibus quotidianis, tot Sacris Sacramentis, votis, tot divinis vocibus, & illustrationibus adjuti, tam turpiter delaberentur, ut Ægyptum Terra Sancta cogitarent, missâ ad aratrum manu retrò vultum averterent, divinæ gloriæ, suæ salutis, ædificationis proximi obliti terrenæ patriæ, privatæ familiæ, naturalis necessitudinis vitiosè affectibus indulgerent, turpiter commodis servirent, &

quo ad hunc ſcopum pertingerent, perturbare Obedientiam, ſolvere diſciplinam, opus DEI deſtruere non cunctanter aggrederentur?

Et ſunt hæc quidem media ad profligandum, exterminandúmque malignum hunc ſpiritum efficaciſſima, ut proinde ſperare in Domino haud immeritò poſſe videamur hujuſmodi homines in Societate ſi non omnino nullos, ſaltem pauciſſimos adhuc inveniendos. Nihilominus dum allatas ad me querelas diligentiùs examino, quæque de hac ipſa materia perſcribuntur non unis literis, quæ ut aucta, exaggeratáq; quis cauſetur, vix tamen me teneo quin exemplo Divi Pauli, qui cùm ſcripſiſſet ad Corinthios fideles: *Audio inter vos ſciſſuras eſſe*; ſtatim ſubdit: *& ex parte credo*: ego quoque ſubeſſe aliquid, ídque non levis momenti tot querelis, ſcriptionibúſque ſuſpicer. 1. Cor. 11. 18.

Verùm quomodocumque hæc ſeſe habeant, illud certè inficiari nemo poterit, quin fidelitas, quâ Matri noſtræ chariſſimæ Societati obſtricti omnes tenemur, id à nobis exigat, ut ſive contacti ſumus tantâ lue, quod refugit animus credere; ſive, quod negari vix poteſt, ab ea periclitamur, vel de contractæ noxæ remediis, vel de præſidiis adversùs periculum imminens co-

gitemus. Ad quod utrumque mihi impr
mis efficax fore videtur. consideratio dam
norum ingentium, quæ hic Provincialis sp
ritus in eos, nisi cavemus, importaturus est

*Damna, quæ oriuntur ex hoc spiritu.*

*1. Prædominante hoc Societas salva esse nullo modo potest.*

Inter quæ mala tanquam primæ, & pra
cipuæ considerationis illud primo loco oc
currit, quod prædominante hoc spiritu sa
va esse Societas nostra nullo modo possit,
utpote cujus verè caput jugulúmque pen
Cùm enim illa ex tam variarum, támque in
ter se dissidentium nationum, naturarúmq
inspiratâ à Spiritu Sancto conspiratione ad
initio coaluerit, peti nullo telo capitalius,
nullâ irreparabiliùs labefactari machinâ po
test, quàm si quâ vi, quáve arte pervinc
tur, ut pro genitrice illa concordia dis
rentium membrorum, quâ istud corpus o
tu primo coaluit, destructrix ista fecti
singularibus quemque spebus, ac scopis a
uno communis boni proposito, in quod p
nanimiter conveneramus, ad respectus pr
vatarum utilitatum variè revocet ac dilla
hat. Etenim quæ ex multis constant,
neque stare possunt nec operari, nisi ea m
ta unum sint vel naturâ, ùt elementa, q
per qualitates symbolas singula sese invic
complectuntur; vel consensione volun
tis, ùt exercitus, familiæ, societates, p
bes; vel extrinsecâ partium colligation

ùt arte facta, domus, veſtimenta, horologia &c. qualium rerum omnium non ſolùm vigor, flos, & perfectio; ſed omnino vita, ſalus, ſtatus in perſeverantia conjunctionis, conſenſionisque ſita eſt. Secedant in partes elementa, & in naturas quæque ſuas, ac loca reſolvantur; mixtum non jam læditur, ſed planè interit, funditúsque corrumpitur. Unde Imperia diu ampla, latéque florentia Aſſyrium, Græcum, Perſicum, Romanum niſi ſoluto Provinciarum nexu, laxatis ac ruptis conſenſionis repagulis evanuerunt? Societas, ſi minima comparare maximis licet, Societas, inquam, ex mixtione ſancta hominum diverſorum, vi unitivâ Sancti Spiritûs in pulcherrimum hoc corpus coagmentata eſt, per eandem adolevit, per eandem ad terrarum uſque ultimas latiſſimè ſparſa eſt. Væ nobis ſi vitale hoc vinculum aliquando relaxetur, & ad ſuum hi principium Collegiorum, Provinciarum item ad ſuum illi, alii quoque ad ſuum contrahant ſeſe, atque à cæteris abſcindant. Quæ abſciſſio acerbior utique periculoſiórque cenſenda eſſet, magísque deploranda, ſi inter unius etiam ejusdémque vel Domûs, vel Collegii membra gliſcere, incrementáque ſumere intelligeretur: quid enim tunc reſtet, niſi quod horret animus

cogitare, & quod in omnem æternitatem
avertat à sua Societate Bonus JESUS! quid
inquam, restet nisi ut totum corpus dissi-
Lucæ 11. 17. petur, & pereat, nisi ut *Regnum in se divi-*
*sum*, juxta CHRISTI Salvatoris verbum, *de-*
*soletur*, & *domus supra domum cadat*, nisi de-
nique ut, pro mirabili illa pace, cujus re-
rus Rex pacis CHRISTUS JESUS redi-
vum in nobis, illustréque specimen conci-
Isai. 11. 6. tuens effecit, *Ut habitaret lupus cum agno,*
*pardus cum hœdo accubaret, vitulus & leo*
*ovis morarentur simul, & puer parvulus re-*
*geret eos*: pro illo, inquam, tam admiranda
promeritæ nobis à CHRISTO Domino pa-
cis spectaculo quid restet, nisi ut nos ingra-
tissimi vineam ejus electam, Societatem no-
stram in multitudine ab illo, abundantiáque
pacis à prima ejus origine plantatam, & per
tot annos ad nos usque in eadem felicitate
conservatam infelici tandem sorte permu-
tionéq; in quoddam quasi discordium angu-
in se mutuò incurrentium belluarum amphi-
theatrum conversam Orbis oculis, invidi-
rum gaudiis, hostium plausibus offeramus?

2. *Iste spiritus injuriam facit Christo, cujus omnes*

Et unum & Christi corpus omnes pa-
ter sumus, quod sociali membro detrahitur
Christo detrahitur. Ille Frater, ille Pa-
non minùs quàm ego membrum Christi e-
os meum & caro mea est. Quid me ejus
q-

quis fulget nitor, ſi qua eminet amplitudo percellat, quæ ad meum quoque decus emicant? cur illi detractum velim, quod in illo jam poſſideo? Collegium iſtud, iſtam Provinciam non aliud, quàm error & mentis quædam cæcitas aliena mihi facit; revera res meæ ſunt, pars hæreditatis Chriſti, regia patrimonii, arces imperii magni Patris mei. Floreat per me iſta Domus, iſta Provincia, ubicumque, & apud quoſcumque, & creſcat in mille millia, ſoror enim noſtra eſt (quæ non tam, ùt intelligitis, illorum Rebeccæ fratrum, quàm veræ ac divinæ charitatis vox eſt.) Imò una mecum eſt ſponſa Chriſti, de qua ipſe dicit: *Una eſt columba mea, formoſa mea.* Quàm importunum ſcelus eſſet non jam veſtem ſponſæ Chriſti, ſed corpus ipſum dilacerare, ac diſcerpere? Notatur alicubi in Libris ſacris de conſenſu filiorum Iſraël fuiſſe illos univerſos, *quaſi virum unum.* Toties centena hominum millia quaſi vir unus erant. Magna laus; ſed non ſumma, ideoque Synagogæ propria. Eccleſiæ peculiaris dos eſt verè unam, non quaſi unam eſſe. Audite Paulum in perſona Corinthiorum fideles omnes alloquentem: *Deſpondi vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto.* Vos, inquit, omnes Virgo una eſtis, una Eccleſia Catho-

*membra ſumm.*

Cant. 2. 10.

2. Reg. 19. 14.

2. Cor. 11. 2.

lica Vos omnes estis. Qui ab unitate se se-
gregat, ad Christi conjugium non pertinet:
qui unitatem rumpit, repudiat Christum.
Videat igitur sponsa ista ut una sit, nè spon-
sa esse desinat: ut autem hoc consequatur,
Psal. 44. 11. audiat Vatem Regium monentem: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: oblivisce populum tuum, & domum patris tui.* Obli-
viscamur & nos cujus Provinciæ, cujus Pa-
triæ, cujus domûs simus; ejus utique Su-
Summar. Reg. 3. cietatis filii, *cujus vocationis est diversa loca peragrare, & vitam agere in quavis mundi plaga, ubi majus Dei obsequium, & animarum auxilium speratur.* Obliviscamur, inquam, domûs nostræ terrenæ, patris nostri mor-
talis, & non minùs turpe judicemus istorum
Philip. 3. 8. *quæ* dudum *arbitrati sumus ut stercora Christum lucrifaceremus*, curam & affectum
resumere, quàm in matura ætate nutricis &
crepundiorum desiderium testari.

*3. Obscurat bonum Societatis nomen.* Quid jam querar Societatis bonum no-
men isto spiritu obscurari, quando ejus
ipsum, & vitam eo in præceps impelli ja-
deploravimus? Est tamen huic querelæ
incongruus locus ad nostram acuendam
providentiam, quæ non tantùm quid re-
mali sit, sed quid vulgò esse videatur, de-
Rom. 1. 14. prospicere: *Sapientibus enim, & insipientibus debitores sumus:* iidémque pariter *Deo, &*
*ge-*

*gelis, & hominibus facti ſpectaculum.* Quid DEUS & Angeli de nobis judicent minùs fortaſſe laborandum eſt, ſi bene nobis ſumus conſcii; intima illi penetrant, vulgus hominum ex ſpecie, & facie judicat. Habuerimus certe inter nos juſtas interdum contendendi cauſas, ùt inter Sanctos, atque adeò inter Angelos contentiones ſcimus exarſiſſe innocentes; ſcandalum tamen oritur, infamia ſpargitur, digladiari Jeſuitas inter ſe ignari, invidi hæretici celebrant. Caveamus nè jure dicat nobis Societas, quod Patriarcha filiis, diſcordiæ adversùs Sichimitas hoſpites auctoribus: *Fœtere feciſtis me habitatoribus terræ*; neque committamus ut jure quiſpiam in nos impingat ilud Pauli: *Cùm ſit inter vos zelus, & contentio, nónne carnales eſtis? & ſecundùm hominem ambulatis?* Nemo eſt noſtrûm, credo equidem, qui non diligat etiam ſupra quodvis ſuum privatum commodum imò ſupra vitam decorem Domûs Dei, Societatis videlicet hujus, cujus in atriis præoptavit potiùs quàm in paterna domo vivere, de qua, mundo contrà ad delectabiles ſuas ſuavitates deliciáſq; invitante, generosè aliquando ac conſtanter dixit: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hic habitabo quoniam elegi eam.* Porrò hujus Domûs, hoc eſt, Societatis decorem

1. Corin. 4. 9.

Gen. 30. 30. *Juxta Hebraicã veritatem ex verſione Pagnini.*

1. Cor. 3. 3.

Pſal. 131. 14.

omnem, famámque ac gloriam (de qua
cum Apostolo generositate dicere debem
1. Cor. 9. 15. *Melius est mihi mori, quàm ut gloriam me*
*quis evacuet*) unâ potissimùm veræ inter
consensionis opinione contineri manifest
est, quàm ut probari debeat. Quò spect
quòd præclarè D. Augustinus in illa Psal
25. verba: *Dilexi decorem domûs tuæ*, ann
tavit: *Cùm lapides vivi, corda fidelium cha*
*tatis vinculo continentur, decor est Dom*
*Dei, & locus tabernaculi charitatis ejus.*

4. *In apertũ discrimen adducit Societatem.*

Neque tamen per hoc ego vos volo RR.
PP. famæ solius rationem ducere, ubi co
poris ipsa hujus nostri, Societatis, cu
membra sumus, vita & status in non dubi
discrimen projicitur; stare siquidem Soc
tas non potest, quod nunquam satis di
mus, nisi evulso radicitûs Nationali Spir
arctâ nobis invicem consensione cohæ
mus; & cohæremus nos quidem, quæ
gratia est, atque adversùs suspiciones vel
levolorum, vel imprudentium idonea fi
ræ unionis, quæ in Societate hodiéque
geat, cùm exempla, tum testimonia pro
re possumus. Verùm quia non gratula
quod minùs necesse est, sed admonendi
tempus sumpsi, è duobus, quod intime
tio, animi motibus, voluptatis ex fru
nostræ concordiæ; metûs verò ex peri

lo nè ea relaxetur aut turbetur, extremum hunc tantùm vobis, cujus utilior expreſſio eſt, hoc loco indicandum ſtatuo. Timeo, inquam, utcumque rerum ſummam bene adhuc conſtare video, ne cui noſtrûm negligentia obrepat *capiendi vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, & allidendi Babylonis parvulos ad petram*, hoc eſt, prima quæque, dum adhuc tenera ſunt, æmulationum, diſſenſionúmque ex nationalitate pullulantia, ſuccreſcentia ſemina elidendi. Eſt charitas, eſt unanimitas in nobis; video, & lætor, atque auctori bonorum omnium gratias ago. Sed quo magìs id bonum amo, eò plus timeo, nè qui ſuboriantur interdum dictarum ſimultatum fomites, nè quæ minùs cautæ converſationis alliſu ſcintillæ contentiuncularum emicent, quas non ſubitò largâ cæleſtis aquæ, hoc eſt, charitatis & gratiæ infuſione obruamus. Imprudens nimiùm ille ſit, qui ſe initiis, & primis motibus tam tetræ perturbationis rapi permittat efferendum longiùs quàm vellet; quippe quæ, quos ſemel arripuerit, in perniciem ipſam poſſit impingere. Non lethale, at, nè grave quidem ferè vulnus à morſu eſt; Pauli nihilominus Apoſtoli ad leviter ſe inceſſentes Galatas verum monitum eſt: *Quod ſi invicem mordetis, videte nè ab invicem* Cant. 2. 15. Pſal. 136. 9. Galat. 5. 15.

*cem consumamini.* Non ferè mala sistunt ut cœperunt, irritata sæpe certamine levis furor fit. Si nihil aliud, concertatiuncu hisce & vires ad verorum hostium certam na servandas attereremus, & attentionem semper intentis, à nunquam non caven perennium inimicorum insidiis avocarem sícque illorum vel insultibus, vel dolis facilè vincendos exponeremus. Cujus co filii imprudentiam Divus Nazianzenus similitudine à navigantibus ductâ egregiè monstrat, dum sic scribit; *Si, dum foris tem pestas ingruit, nautæ ipsi inter se discordes pu liantur, certùm naufragium est.*

Orat. 25. ad 50. Episc.

*5. Est certissima pestis, & mors Charitatis.*

Verùm quia jam fui in hoc primo pun cto explicando prolixior quàm decreveram ero in altero tantò brevior, dum ostendam sæpe damnatum Nationalem spiritum ce tissimam esse pestem, mortémque charitat & , quod ex eo clarissimè elucebit, ipsi quoque Societatis, quæ in charitate ab A ctore suo fundata, subverso fundamento mul cum eodem ut ruat necesse erit. Ex dem huic solitario, seducto, suas sibi seorsim habenti spiritui nihil magis è gione opponi censeo, quàm veram & ceram hominum propter DEUM charit tem, quæ id officii suscipit ac commend ut homines DEI causâ, à quo creati dilect

que ſunt, cujuſque circumferunt imaginem, præcipuè ament non ob rationes ullas naturales, causáſque humanas. Non ergo ſibi de charitate blandiantur, qui quomodocumque homines amant; nec verò ſi quis parentes, ſi quis cognatos, populares aut cives inſtinctu naturali diligit, charitate Chriſtianâ pollere continuò judicandus.

Diſertè CHRISTUS Dominus: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, nónne & Publicani hoc faciunt? & ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantùm, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciunt?* Tòtum igitur diſcrimen in amandi cauſa eſt. Amo aliquem quia neceſſarius meus eſt, vel ejuſdem mecum patriæ; nè philoſophica quidem eſt charitas, quæ virtutem ſpectat; ſed naturalis, cujus & brutæ pecudes capaces ſunt: nam & hæ progenitores, & benefactores amant: Chriſtiana multò minùs, quæ hominem, ùt dixi, merè propter Deum diligit. Matth. 5. 46. & 47.

Age igitur, ſi qui inter nos eſſent, quod DEUS avertat, qui munia procurationis animarum, qui doctionis, & gubernationis, aliáque Societatis miniſteria non DEI vocatione, non Superiorum delectu, non religionis auctoritate, ſed occaſione naſcendi,

di, & quodam quasi hæreditario antiqu
tis jure ad se, suósque pertinere judicare
tacitè erga alios illud usurpantes, quod
Jud. 11. 2. phte ab offensis fratribus audivit: *Here*
*Domo patris nostri esse non poteris, qui*
*alia matre natus es.* An judicari ab
prudenter poterit veram talibus inesse
ritatem ? non existimo. Quid si tam
iidem viri sint docti, prudentes magna
præ aliis existimationis? audeo dicere,
1. Cor. 13. gno auctore Paulo utique Apostolo,
men nihil sunt ; quia charitatem Chri
non habent amando solùm naturaliter
& quia eam violant aspernando eos, q
à se alienos arbitrantur. Verè S. Aug
stinus : *Quisquis violat charitatem, qu*
*bet magnum habeat, ipse nihil est.* Qua
ctissimi Patris verba prodesse quoque
parùm poterunt ad erigendos pusillor
quorumdam dejectos animos : certum
est tales angi interdum, turbarique
leviter posse, si viderent aut videre
viderentur viros ætate graves, eruditi
que atque eloquentiâ in paucis eximios
quod in hoc fortassis genere plus ali
to ad turbandos infirmorum animos
menti haberet, si viderent, inquam,
etiam, qui ad prima sui Ordinis muni
gnitatésque præ multis aliis sunt pro

uſque adeò tamen iniquâ perſonarum acceptione abripi, partialibúſque ſuis affectibus non abſque inſigni charitatis læſione ità nonnumquam indulgere, ut quoſdam quidem ſupra modum, meritúmque laudibus efferrent, & ſuſtollerent; alios verò longè infra illud abjicerent, deprimerént-que; quoſdam quaſi in clientelam ſuam, patrociniúmque ſuſceptos foverent unicè, promoveréque ad meliora omnia ubicumque poſſent ſatagerent; cùm interim alios donis licèt naturæ, virtutibúſque haud impares velut extraneos, ignotóſque negligerent, omníque favore deſtituerent, ídque nullâ aliâ magis, quàm nationis, ejuſdémque patriæ ac neceſſitudinis commendatione; & reperiri quidem aliquos huic vitio obnoxios non eſt facilè judicandum; quod ſi tamen reus quis convinceretur, quicumque ille ſit, quodcunique etiam magnum habeat, ex D. Auguſtini tamen ſententiâ nihil eſt, utpote qui charitatem violet. Ut proinde qui tales ſunt, habeant quod caveant, meritóque ſibi metuant nè, cùm dies Domini advenerit, omnis illa eorum in opinione hominum fundata magnitudo, atque à Nationali ſpiritu vitiata excellentia fumi inſtar evaneſcat, & viri divitiarum, etiam ſpiritualium & cæleſtium

*Ubi*

Psal. 75. 6. *Ubi dormierint somnum suum*, juxta illud De
vidis, *nihil inveniant in manibus suis*. Quæ
in rem dicere solebat sapienter P. Laine
Hist. Soc. sanctæ memoriæ : *In Ecclesia militante Or*
p. 2. l. 8. n. *dines, & gradus distingui ex donis, quæ gra*
214. *tis data vocantur : in triumphante ex bo*
*quæ gratum faciunt.* Unde causa Divo Pau
lo fuit, enumeratis donis Dei gratuitis, ad
1. Cor. 12. hortandi fideles, *ut æmularentur charisma*
30. *ta meliora*, nempe charitatem, sine qua, u
ait, homo quidquid aliud habeat, nihi
est. Illa verò præterquam quòd promis
sionem, futuræque felicitatis pignus cer
tum habeat, vitam insuper præsentem mu
nitissimis virtutum præsidiis instituit. I
quod idem D. Paulus docet enumeratis
illâ celebri fœtuum, aut proprietatum cha
1. Cor. 13. ritatis : *Charitas patiens est, benigna est, c*
4. quæ nostis. Qua in cogitatione rectè Gre
gorius Magnus in rem nostram fideles a
Lib. 2. hortatur de charitate loquens : *Hanc ergo*
Ep. 4. *matrem*, inquit, *custodémque virtutum*
*concussâ stabilitate teneamus, nullæ in no*
*eam subdolorum linguæ imminuant, nullæ a*
*tiqui hostis insidiæ corrumpant.* Non sol
matrem, & custodem præterea virtutu
charitatem vocat, ut nimirùm doceat
quaquam virtutes, ùt filias matri super
tes, posse vivere, sed cum ea simul occi

re : quippe quæ cuſtos inſuper earum ſit ; ipſæ verò tales, ut ſicut ſinè matre oriri, ità ſinè cuſtode conſervari nequeant. Cujus rationem Sanctus Ambroſius alibi tradit, abſentiam nempe CHRISTI ab anima charitate vacua ; quæ abſentia facit, ut, veluti capite remoto, influxus in membra ſpirituum ceſſet. Sic enim commentatur in illa verba : Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet : *Nam poſtquam in pectore noſtro non requies proximi eſſe cœpit ſed fovea, caput ſuum Chriſtus avertit à nobis.* In Pſalm. 75.

Cui conſentiens Divus Hieronymus : *Non eſt*, inquit, *umbraculum Domini, niſi ubi pax eſt : ubi zelus & diſcordiæ, ibi omnino non eſt Protector Deus.*

Quocirca hîc ego compellaverim Societatem, quibus verbis Auguſtinus alloquitur Eccleſiam. *O Jeruſalem! (O Societas) quæ ædificaris ùt civitas, cujus participatio ejus in idipſum : fiat pax in virtute tua, fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua dilectio eſt.* In Pſalm. 121.

Quies omnium tumultuum, finis omnium contentionum, inquietudinúmque noſtrarum in dilectione mutua, in vera fraternæ charitatis uſurpatione conſtitutus eſt. Tunc nec murmurabitur de Superioribus, nec invidebitur florentibus, nec rejicientur alienigenæ, nec humiles contemnentur ; ſi vera,

ra, ſancta, Euangelica in nobis vigeat cha-
ritas, quæ unumquemque noſtrûm in qua-
licumque fratre Dei ſpectare imaginem, a
vereri docet; quæ vitia, & defectus, ſi q
ſunt, *alis ſuis aureis* ( ut ait Divus Chryſo-
ſtomus ) *nè videantur, tegit.* Cujus ejus-
dem S. Patris & illa hypotypoſis commu-
tatis ſanctæ ordinata charitate compoſitæ
hîc adſcribatur, non erit extra propoſitum.
*Vellem te ducere*, inquit, *in civitatem talem
ſi quidem fieri poſſet, cujus anima una ejus
videres quomodo quâvis citharâ, & tibiâ
dulatiùs omnia ſonarent, nihilque obſtrepe
abſonum. Hæc melodia & Deum, & Angelos
lætificat, omni ſcilicet terrenarum pertur-
tionum ſtrepitu ſilente.* Unde paulò poſt ſub-
dit: *Inter amicos dum charitas citharam pul-
ſat, omnes affectiones ſilent, & obdormiſcun
quaſi beſtiæ delinitæ, mitigataque blanditia*

Hom. 40. in cap. 19. Act.

Hanc igitur talem, tantámque virtutem
adamemus, Patres mei, hanc amplectamur
ipſi, hanc aliis inſinuemus, cum hac cæle
& ſancta charitate omnes humanos affectus
& naturales neceſſitudines commutem
Ignoremus, excluſo omni Nationali Spi
tu & affectu, differentiam Nationum,
ſcrimina urbium & locorum, patriarum
Provinciarum lites, rixas, obnixa ſtudio
linguam cæli civibus barbaram neſciam

Bene emitur omnium carnalium abdicatione affinitatum theſaurus pretioſiſſimus, & margarita ſplendidiſſima divinæ charitatis, cujus compos, & ſentiens quid teneat ſancta Sponſa dicit : *Si dederit homo omnem* Cant. 8.
*ſubſtantiam domûs ſuæ pro dilectione, quaſi* 7.
*nihil deſpiciet eam.*

Neque cauſemus diſtantias locorum, aut ex neceſſaria miniſteriis animarum per omnes terras diſperſione noſtra excuſationem imperfectioni prætexamus; conſtat vigétque ſecura longinquitatis atque abſentiæ inter Sanctos individua ſemper unitas charitatis, cujus inſolubile vinculum, ipſa perfectio, ipſe Deus eſt: *par eſt* quippe, ut egregiè Ildebertus ſcribit: *Latitudo charitatis, & mundi; facilè eſt enim, ut diverſi litoris cultores charitas uniat, quæ unam Rempublicam fecit cælum & terram.* Epiſt. 21.

*Charitas non dividit diſtantia locorum.*

Reſtat nunc tertium, & ultimum à me propoſitum caput; quod libenter his Eccleſiæ verbis, levi mutatione ad præſentem uſum accommodatis, inchoaverim. Excita Domine JESU in Societate tua Spiritum, cui B. IGNATIUS LOYOLA ſervivit, ut eodem nos repleti, ſtudeamus amare, quod amavit; & opere exercere, quod docuit. Et quis fuit ille excitandus Sancti IGNATII Spiritus? certè non fuit Pro-

*In collecta Octavæ S. Laurentii.*

*Spiritus S. P. N.*

*non fuit Nationalis, nec Provincialis.*

vincialis, sed universalis; non particularis, sed principalis; non in seipsum, aut sua reflexus, sed ad commune omnium bonum latissimè intentus. Quando ille nationem unam uni prætulit? quando personas ex genere, aut patria, non ex virtute, ac meritis dotibus æstimavit? qui ejus de malignoso hoc spiritu, fraternáque charitate sensit quæ mandata erant? extant ea in omnium ferè Constitutionum commendata pagina quæ ut relegatis, ut meditemini, etiam atque etiam hortor.

*Nec aliorum Primorum Societatis Patrum.*

Neque alius omnino viguit spiritus primis istis ejusdem S. Patris filiis; qui cet è variis essent, iisque malè concordes collecti gentibus, & eo collecti tempore quo internecino nationes eorum flagrabat bello, num quæ tamen ideo in illis aspirabant studia, odiáque nationalia? quando quisquam eorum de alio excepit cognomine, quod antiquior esset, aut aliunde riundus? Quò nunc abierunt illa aureæ bertatis felicia tempora, quibus Praepositus Generalis nullo discrimine nationum, aut cognationum, nullo patriæ, aut antiquitatis, cuique suum, nemine recusante, pro usu, pro necessitate locum, munusque assignabat? quando Sancto IGNATIO jubente, cunctis probantibus, Rectori

mus Romano Collegio Gallus imponeba-
tur, Hiſpanus Pariſienſi, Peruſino Belga,
Patavino Gallus? Quando Concionatores,
Profeſſores, Operarii ex Provinciis in Pro-
vincias, in urbem, in miſſiones longinquas
uno nutu evocabantur, mittebantur, mu-
tabantur nullâ cujuſquam morâ vel quere-
lâ? Ad quam uſque adeò neceſſariam, hoc
potiſſimùm tempore, veritatem magìs ma-
giſque confirmandam, ſtabiliendámque et-
ſi ſupervacaneum videri id ferè poſſit, præ-
termittere tamen nec poſſum, nec debeo,
quin addam, quod in Soliloquiis de vita
ſua ſcriptum poſteritati reliquit (re ipsâ,
quod ſcripſit, in Collegio olim Panormi-
tano expertus) P. Petrus Ribadeneyra,
unus & quidem ex chariſſimis S. IGNATII
diſcipulis, dum DEUM his ipſis, quæ
addo, verbis alloquitur: Erat enim verò
res propria tuæ manûs, & imago quædam
primitivæ Eccleſiæ videre Flandros, Ita-
los, Hiſpanos, & Gallos tempore tanto-
rum bellorum inter Hiſpaniam & Galli-
am vivere nihilominus inter ſe cum tanto
amore, ac ſi non haberemus niſi unum
cor. Eramus nimirum ſeptem Magiſtri,
ſed ſinguli diverſæ nationis: Primus erat
P. Nicolaus Lanoy Flander Rector Colle-
gii, & ſimul Profeſſor Theologiæ; P.

Paulus de Achilles erat Lombardus,
prælegebat Philosophiam ; Ego Cath
nus docebam Rhetoricam ; Frater J
nes Rogerius Gallus ex civitate Pari
prælegebat Humanitatem ; Frater Mic
Botelo Lusitanus docebat primam G
maticæ ; P. Juvenalis Pedemontan
cundam Grammaticæ ; & P. Petrus
nustus Griso ex valle Telina infimam
cùm essemus tot ex tam variis nation
fuimus omnes verè una anima in Chr
Ecce quàm id temporis felix erat, bea
que Societatis , & primorum istorum
Ignatii filiorum status ! Ubi tun
ditæ coitiones certorum commorat
certis in locis, Domibus, officiis affe
tium? Ubi ambitiosè eosdem in fine
quisitæ commendationes Principum
curatæque , non bonis artibus , P
rum, Magistratuúmq; intercessiones?
hæc artificia , machinationésque pe
primis istis Patribus novæ planè, atq
auditæ ; quia scilicet vigebat in ill
morum unio , spiritúsque nationalis
sunt illa infelicissima germina, abi
táque Societate procul exulabat.
illa nunc quoque à nobis RR. PP.
que sacra illa unanimitas , quæ illos
sti nexu copulabat, nihil nobis quoq

la, nihil populorum diſſenſiones diſcordis contagionis afflabunt. Opportunè S. Gregorius ad illa Ezechielis de quatuor animalibus verba : Junctæque erant pennæ eorum &c. *Unanimitate*, inquit, *jungun-* Lib. 19.
*tur, licèt officio, naturâ, ſpiritu inter ſe dif-* Moral. c.
*ferant : & propenſionis propriæ oblita ſimul* 18.
*elevabantur, ſimul ambulabant.* Nam nè cælum ſit Religio, quod S. Bernardus debere eſſe ait, non utique diverſitas perſonarum, ſed animorum disjunctio facit. Quandoquidem, ùt veriſſimè de Beatis in cælo degentibus Auguſtinus ſcripſit : *Ha-* In Pſal.
*bebunt & tunc Sancti Dei differentias ſuas,* 150.
*conſonantes non diſſonantes, id eſt, conſentientes non diſſentientes : ſicut ſit ſuaviſſimus concentus ex diverſis quidem, ſed non inter ſe adverſis ſonis.* Verùm finis nullus ſit, ſi copioſiſſimi argumenti venam ſequi ad extremum velim. Concludam ergo epiſtolam, & quidem iiſdem penè verbis concludam, quibus Patres in ultima Procuratorum Congregatione alloquens concludebam, quam tunc ad eos habebam, exhortationem. In qua ajebam nôſſe me eorum animos, nôſſe Religionem, non ignorare me etiam quantopere nationalitatem omnes deteſtarentur, & ab ejus funeſta operatione ahhorrerent, &, ſi quid fortè

uſpiam ipſius malignitatis invaluiſſet, ſaltèm irrepſiſſet, quàm illud ſublat eradicatúmque funditus deſiderarent : eorum zelus, ſenſúſque licèt pius omn ſanctúſque eſſet, addebam tamen, ad en dationem, illum minimè ſufficere, niſi rum quoque omnium per Provincias i ſenſus, animúſque foret.

Quam ob cauſàm orabam, & obteſt omnes & ſingulos, ut, ubi in provinc ſuas feliciter rediiſſent, in eumdem, q ipſi haberent, ſenſum hac in re, affect que, cæteros quoque in iis omnes Socio ducere totis viribus conarentur.

*Odium adversùs tam malignum ſpiritum, non ſibi tantùm, ſed aliis quoque inſtillandum.*

Quod & nunc abſens apud vos R PP. per hanc meam Epiſtolam affect quo poſſum maximo facio, rogans & ſecrans omnes tam eos, qui communi ſibi à DEO lumine perniciem hujus ritûs penitùs jam ante introſpexerunt, ab eo, tanquam jurato Societatis no hoſte inimicóque acerbiſſimo, toto ſem animo, affectúque abhorruerunt; q etiam eos, qui fortè allatis non ſolid nobis rationibus, verùm etiam, & dem multò magis ſacræ Scripturæ t moniis, Sanctorúmque Patrum auct tatibus graviſſimis perſuaſi nunc prim

multiplicem ejus malitiam agnoſcent, ſalutarémque ab eodem averſionem, odiúmque concipient: rogo, inquam, omnes & primò quidem, ut in ſancto illo, quod Deo adjuvante, ùt ſpero, concipient odio, non ſolùm conſtanter, immotíque perſeverent; verùm etiam, ut creſcere in eodem ac proficere quotidie magìs ac magìs adlaborent.

Deinde nè ad expurgandam, liberandámque ab hoc peſtilenti Spiritu Societatem ſufficere arbitremini veſtrum illum, quem contra eumdem Spiritum ſentitis, magnæ diſplicentiæ indignationíſque ſenſum, bonùm illum quidem & laudabilem, ſed qui intus in animis veſtris ſinè operatione, fructúque in alios quaſi ſepultus jaceat; niſi foras is erumpat, cognoſcendúmque ſe etiam aliis præbeat, & quod vos rectum, ſincerúmque de perverſa Provincialis ſpiritûs indole, naturáque formâſtis judicium, idem illud ſuadendo, adhortando, monſtrando, conando modis omnibus, quantùm in vobis erit, efficiatis, ut & alii vobiſcum agnoſcant, approbent, & imitentur. Pari modo judicandum non eſt ſufficere, quòd vos ſanctum, ſalutaréque odium adversùs ejuſdem ſpiritûs ma-

lignitatem pridem laudabiliter concep
nisi idem & alii consilio, suasúque ve
inducti in animis quoque suis excitare
veréque moliantur ; nisi quos vos fe
ctos jam, occupatósque ab hac conta
ne dolenter mecum gemitis ac deplor
eosdem & illi deplorent, reducerésque
biscum in meliorem frugem, mentém
saniorem, conentur & satagant. A
in his demum piis religiosi animi affec
bus, sensibúsque firmi constantésque p
sistant, donec communem hunc, m
rémque bonorum omnium, ac totius
cietatis de nationalibus affectionibus fe
sum, opinionémque Sociorum tanq
omnium animis mentibúsque impress
insculptum vobiscum videant, & lucu
tur.

Quod inficiari certè nemo poterit q
sancta omnium nostrûm vocatio, veron
que, ac germanorum Societatis filiorum
officium meritò ab omnibus requirat
exigat : cui ut satisfaciamus inducant
dem omnes ( quod toties repeto ) in
mum succurrere periclitanti Societa
nationalibus his affectibus, charitatem
refrixisse alicubi intellexerint, reaccend
re illam pro se quisque in se, in aliis co
re

tendant, Patrum exempla, Societatis famam, proximorum ædificationem, DEI gloriam humanis affectibus præferenda putent: non quæ revelaverit caro & ſanguis, ſed quod Spiritus Patris in Conſtitutionibus, in Regulis noſtris ſuggerit, hoc loquantur, hoc omnes agant. Amen. Romæ 16. Novembris 1656.

*Omnium in Domino*

GOSWINUS NICKEL.

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXX.

R. P. N.

# JOANNIS PAULI OLIVÆ

Præpositi Generalis XI.

Unica,

Ad Patres, & Fratres Societatis JESU.

Anno 1666. 8. Sept.

*De Informationibus.*

*Præfatio.* 1. EX quo gravissimam universæ Societatis molem, meis humeris impositam sensi, religiosa Prædecessorum vestigia, & animo venerari, & quantùm sinerent vires, imitatione prosequi statui. In uno tamen ab iis non modicè deflexisse me fateor, quòd sub ipsa susceptæ Crucis nostræ pri-

primordia, carissimos in Domino Patres, Fratrésque, communibus literis appellare supersederim; cùm id officii superiores Præpositi, post initam Præfecturam, statim obierint; sive sanctâ impatientiâ, nè, vel unico momento, ab ope suis ferenda cessarent, sive ex amanti, paternáque ira, ut si qua minùs recta, cùm privati essent, in Ordine nostro notaverant, ea, facultatem nacti, quàm primùm dirigerent, & emendarent. Ego autem integri quinquennii moram interposui, rebus gravissimis præmeditandis, & in animo mecum considerandis intentus, quæ tum ad conservationem Societatis, tum ad incrementum nostri profectûs attinerent. Quamobrem eò plùs ponderis, apud vos, admonitiones nostras habituras confido, quò diutius eas discussas, atque examinatas esse, coram DEO ad Sancti Patris nostri IGNATII pedes comperietis. Ac primùm omnium universos, & singulos Sodalitatis Alumnos amplector, gratiámque habeo pro iis, quæ ad Domini gloriam unusquisque aut agit, aut patitur; præ cæteris verò pectori admotos arctiùs illos adstringo, qui procurationi saluti animarum, per Missiones dedicati, sublimes vitâ factísque, Apostolatûs insignia, in Ordine nostro conservant.

2. De-

*Quantùm Societati obſint infideles Informationes?*

2. Deinde coram Christo Domino universis affirmo, nullo Societati detrimentum vel universalius, vel periculosius imminere, quàm si minùs fideles ad nos Relationes à Provinciis transmittantur, de Sociis, tum promovendis ad gradum, abstinendíve, tum diligendis in Magistros morum, aut doctrinarum. Hanc veritatis lucem, quâ sublatâ, Societatis gubernatio migraret in chaos, obscurant interdum infidi Monitores, dum affectionum officiis decepti, connivent in amicorum malis, nimiùm plùs vigiles in alienorum mendis inquirendis. Mox utrorumque imagines, quales cogitationibus finxerunt suis, paribus ficcatas coloribus, Præpositis repræsentant; falsíque ipsi (neque enim crediderim ex malitia peccare) nos fallunt. Certè adulteratâ semel notitiâ personarum, si virtutis larvâ obvolvetur iniquitas, contrà virtus inductis improbitatis lineamentis deformabitur, posthabitis probis, emeritíque, indignos ad exedras, & gubernacula, cum irreparabili Ordinis damno admoveri continget. Atque indè nitente vitio, squalente probitate, perversæ gubernationis in nos dedecus, in vos damna redundabunt. Quamobrem per Christi vulnera, & sanguinem omnes obtestor, ut in nostrorum ingeniis, mo-

moribúsque deſcribendis, animorum propenſioni nihil, nihil averſioni indulgendum putetis; in amicis nuda, ſeu bona, ſeu mala conſiderantes; in alienis, non tam defectus, quibus obnoxii ſunt, quàm præclaras virtutis, aut ſcientiæ dotes, queis circumfulgent.

*Argumentum Epiſtolæ.*

3. Ad iſtud animi propoſitum perinde honeſtum, ac neceſſarium adhortari eſt animus, in hac prima epiſtolarum, quas meditor, oſtendámque breviter, quantùm rei noſtræ communis interſit hæc ſancta indifferentis animi habitudo, ut inviolatus juſtitiæ tenor in Societate ſervetur, quando hæc virtus, mortalium reſpublicas, regno Beatorum ſimiles facit, divinámque nomenclaturam, moderatoribus cum veneratione conciliat. Et quamvis hujus generis argumentum, ad ſolos coarctatum Sacerdotes videatur, imò ad illorum quàm pauciſſimos, latiſſimè tamen omnibus patere conſtabit, ubi Sodales intelligent, cui vera, & ſolida virtus defuerit, nîl favores, nîl amicitias, nîl eximias naturæ dotes profuturas, utì neque offectura odia, ſi qua ſanctè quiſpiam ſeveritate diſciplinæ, aut zeli fidelitate contraxerit. Unde fiat, ut excolendis per ſcientiam ingeniis, per ſanctimoniam voluntatibus, unicè inſiſtant, abomina-

nati patrocinia, clientelas, & fœdam adu-
lationum servitutem ; tanquam sacrorum
Ordinum pestes, ac tineas, arrodentes ve-
stem nuptialem perfectionis, quâ quisquis
inter religiosa septa non induitur, in peri-
culo magno versatur, nè à splendidissimæ
Regum Regis convivio, ad infelices Pha-
raonis tenebras rejiciatur, rursus Ægyptia-
cæ fornaci, de qua Dei benignitate eva-
serat, mancipandus, ut paleas miseræ vani-
tatis, probrosarum cupiditatum luto coag-
mentet.

*Informatores non laborent humanis affectibus.*

4. His positis, Præsidem Societatis An-
gelum, cum lacrimis oro, quæsóque; ut a
pectoribus nostris, dum sociorum de vitis
judicia ferimus, humani sensûs fibras o-
mnes evellat; quidquid ex DEO non ca-
ut ad Deum non ducit, interscindens.
Unde tam in consultationibus, dum delibe-
ratur, quàm in epistolis, dum superiores
docentur, si qua vel minima benevolentiæ
odiique vestigia deprehenderimus, ea con-
tinuò, tanquam pravos immanium ferarum
catulos elidamus, adeò, ut in personarum
tantummodò mores, aut rectos, aut pra-
vos, mentis acies, sopitis prorsus affectio-
bus, intendatur. Hujusce virtutis exem-
plar esse voluit Verbum æternum, pro no-
bis humanam formam indutum, dum in Eu-

*Bonum in hoc exemplū Christi.*

ac-

angelio circumfusis turbis denuntiat: se non modò nolle, sed nec posse quidem, vel in re minima quidquam, sive ad malè merentium commodum, sive ad bene merentium noxam. *Non possum ego à me ipso facere quidquam; sicut audio, judico, & judicium meum justum est, quia non facio voluntatem meam.* Jo. 5. 30. Tam severâ denuntiatione perterrefactus Ambrosius: en primam legem, (exclamat) quam orbis Redemptor præfigit, sibi, cunctísque, qui aut consilio monent, aut imperio jubent. Pro viris amicissimis mihi, nihil possum, nisi suæ illos alæ virtutis attollant. Rursus nihil possum adversùs invisos, adversantésque, nisi suo illos vitium pondere deprimat. Interpretationem viri sanctissimi, quæ singularis est, & mirum in modum argumento favet, ex capite. *Ergo hic personam Judicis, Præpositique suscipit dicens: Non possum à me facere quidquam. Bonus enim Judex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ propositio voluntatis; sed juxta leges, & jura pronuntiat.* Serm. 20. in Psalm. 118. Deinde terribili tonitru, B. Doctor mollitiem omnem cordis expectorat, jubétque, non secùs, ac si statuæ essemus, intelligentiâ quidem præditæ, sed viscéribus vacuæ, ad rationis præscriptum cuncta dirigere: amore, odio, misericordiâ, irâ, cæterísque affe-

affectibus, tanquam pessimis consultoribus eliminatis. *Discite, quem in judicando teneare debeatis affectum, quam sobrietatem, quam severitatem. Dominus omnium dicit: Non possum à me facere quidquam: Non potest utique, non per infirmitatem, sed per observantiam judicandi.* Et quoniam, subsequuntur verba, divinum quid sonat pronis audire auribus placeat. *Quid potest, qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult posse, quod damnat. Non vult se adversùs veritatem. Audi postremò ipsum dicentem, cur non possit facere quidquam. Sicut audio, inquit judico. Hoc est: non voluntate mea decerno quod libitum, sed judicandi religione, quod est.* Doctrinæ necessariæ neglectus, orbem terræ contaminavit facinore tam atroci, ut spatio sæculorum, nullum immanius aut fugere Dæmones, aut exequi potuerint homines, qui Anti-Christum impietate vel æquarent, vel vincerent. Innotuerat Pilato innocentia Servatoris; & tam ejus uxor horrore somniorum consternata, quàm ipse attonitus Christi prodigiis, quæ narrabant, eximere vinculis tentaverunt. Actúmque cum Præside esset præclarè, falsò, liberandi, vel occidendi immaculati Agnum, potentiam sibi arrogavisset.

*E contra malum Pilati.*

*non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo* Jo. 19. 10.
*crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* Imperitum hìc Judicem iniquitatis, & mendacii redarguit laudatus interpres. Longè (inquit) erras, dum auctoritatem tibi vindicas inauditam, & planè fictitiam. Nam si CHRISTO deest culpa, tibi pariter deest damnandi potestas. Talem in tribunali tuo debes æstimare, qualem sua sibi vita repræsentat. Sed quoniam Præses ignavus, relationem patibuli de Judicis arbitrio, non à rei delictis, pendere duxit, ut vulgi gratiam emeret, DEUM in Cruce interemit. *Tuâ, Pilate, voce constringeris, tuâ damnaris sententiâ. Pro potestate igitur, non pro æquitate crucifigendum Dominum tradidisti. Mala potestas, licere quod nocet. Potestas ista tenebrarum est, verum non videre, sed spernere.* In tam horrenda mala corruit quisquis in consiliando, judicandóque, impetu affectionum abreptus, à semitis justitiæ, & veritatis, per invia, & abrupta, præcipiti ruinâ devolvitur.

§. Neque aliquis eo sibi nomine blandiatur, quòd perversitate quantalibet consiliorum, judiciorúmque, iterari nequeat Deicidium. Nam CHRISTUS iterum crucifigi potest in servis suis, rursus opprobria, & flagella pati in suo corpore, mem- *Damna ex Informatione infideli emergentia.*

bríſque, quod eſt Eccleſia, & Societas
pars Eccleſiæ aliqua. An exiguam,
puſillo cœtui, labem inferri poſſe cred
ſi per mendaces Relationes, Corvi pro
lumbis aggregentur ? aut is in ovium
ſtorem deligatur, qui lupinos ob mor
cenſeri quidem, in tam ſancto Grege,
cula mereretur ? Quod autem jure ſuo
ſeo, promoventibus ad gradus, & mu
privignos omni caſtos pietate; multò ill
gis de iis conqueror, qui à culmine re
noſtrarum, arcent legitimos Societati
lios, eximiis naturæ, gratiæque præ
tivis à Deo coronatos. Quin potiùs
verſi cum Apoſtolo conſpirantes, in re
ſiorum dejectionem, confirmationem
fervidorum, exclamemus, tum adre
ambitioſos impudens os exercentes,
honores, quos non merentur, invol
tum poſt humilium, & modeſtorum te
qui pares, ſed aſpernantes, abhorren
omni faſtigio dignitatis; exclamemus
quam:) *Non poſſumus aliquid adversus veritatem.*

*Informatio de quovis danda, qualem meretur.*

6. In nulla Chriſtianæ Reipublicæ
te, multò minùs in Religioſis Ordinibus
cum habeat, illud nimis tritum adag
Ethnicorum Poëtarum jactantium: Ex
ex ligno, regnatorem Cæſarem fingi

rusticum Aratorem, prout Artifici collibuerit. Nos factis adstruamus, longè secùs rem se habere in Familiis prudenter temperatis; ubi seu bonæ, seu malæ famæ vultus, honorísque, aut dedecoris facies, ex ligno educitur, sive sano, sive carioso, nullum in utramque partem momentum addente, favore, aut aversione gubernantium, proponentiúmque. Intelligat unusquisque, supernarum mentium integritatem, & Apostolorum fervorem æmulantibus, apud nos, in proclivi futura omnia. Ex adverso: Contemptores nostrarum legum, in sectandis commodis ardentes, in laboribus languidos, pro deploratis habendos; & consepultos in angulis Collegiorum, victuros ignobiles, quasi jam vixerint; inustis sæpe, propter delicta mulctis, tantummodo nobilitandos. Existiment Ignatii Filii, se suis in manibus descriptas gerere sortes suas. Talem in Societate futurum quemque, qualem se esse voluerit; quippe altiora ministeria semper in hac Republica, sicut in cælesti, sublimioribus & ingeniis, & virtutibus deferentur. Quæ res incredibilem animorum concordiam per justitiam parit, & quali fruuntur Cœlites, beatam securitatem: adumbratam olim in sapientissimi Salomonis imperio. Quando, ùt sacer

3. Reg. 4. 25. testatur Historicus, *habitabat Juda & I* *absque timore ullo, unusquisque sub vite* *& sub ficu sua.* Nemo Superiores, q vis austerioris ingenii, miniméque in fe pensos, extimescat; siquidem, in Soc te non ipsi Generali Præposito, nedum ctoribus Collegiorum, aut Præsidibus vinciarum, libet posse, quod non l privatísque affectibus, auctoritate pe exarmatis, nullo noti, ignotíque; m mici, vel inimici discrimine, Ordine gimus, Bonum Patremfamilias imitan spicarum manipulis plenas manus refe tibus, laudes, & præmia; vacuis rede bus, aut onustis fœno, stipulâ paleísque, crepationes, & jurgia retribuimus. *quisque sub vite sua, & sub ficu sua.* Re sces quidem sub umbra vitis, per castig nem sensuum, arctámque legum custo amputatæ; non excultæ favoris aurâ, commendationibus amicorum. *Sub vite* Ità qui taxi, aut rubi, noxiarum arbo malignitatem, pravis moribus referu venerandam Nazarei imaginem fing sperent. Nec ex adverso, cedrinæ, au pressinæ proceritatis æmulator metu vili Æthiopis formâ figuretur. Sam utpote fideli Prophetæ Domini, arc stodia demandabitur: Ophni sacrilego

lium à tabernaculo, & cædes in acie prædicetur. Nè multa: quod filius Virginis, die mundo ſupremâ, id omni tempore, in qualibet munerum, aut præmiorum, pœnarúmve diſtributione, repræſentabunt Societatis Moderatores, & qui Relationes de vita ſodalium ſcribit, quique proponit: *Reddet unicuique ſecundùm opera ejus.* A reſpectu omni privatarum rationum, vel neceſſitudinum, averſis oculis, auribúſque obturatis, tam quiritantium, quàm blandientium cantilenis. Matth. 16. 27.

7. Atque hæc æquitas animi, firmitáſque in librandis unicè cujuſque bonis maliſve moribus, tunc maximè à nobis exigitur, quando deliberamus de ſodalibus, in perpetuum corpori Societatis aggregandis. Antehac, ſi quis ad Profeſſionem admovebatur, legum noſtrarum negligens, ingeniique præfracti, quiſquis in eam rem conſilium, operámque contulerat, is profectò de optima parente Societate, malè meritus videbatur, ob violatas in re gravi rationes, & formulas inſtituti; neque levem eo nomine noxam ad tribunal divini Judicis contrahebat. Cùm tamen ſuperioribus annis, ea vulgò fama invaluiſſet, quicunque ad Profeſſionis gradum inter nos admoverentur, illos educationis eſſe optimæ, *Et præcipuè de promovẽdis ad gradum.*

& eruditionis non vulgaris, Profeſſi S
litati graves, haud gravatè, imò perlib
ab aliis Familiis excipiebantur; honore
dem tanto, ut non amandati ad exor
dum Ordinem noſtrum, ſed adopta
alios exornandos viderentur. Verùm
greſſu temporis, cùm iſtorum pars m
degeneraverint (excipio paucos, quos
bitas, & doctrina ad ampliſſima munera
tulit) cùm, inquam, plurimi evaſer
domibus, ad quas profugerant, inquie
bidi, diſcordes, ambitioſi, quàm ad
tores ſui, tam contemptores aliorum,
horrentes à pſalmodia, novitatis auth
cenſores Præſulum, magiſtralium ex
rum invaſores, avidi immunitatum,
léſque inter nos fuerant, & intole
propter culpas, & correctionum into
tes, grande arcanum cunctis Ordinib
ligioſis innotuit: ejectamenta Soc
non eſſe margaritas, ad ornatum co
adhibendas, ſed vitri fruſta pedibus
culcanda. Cui ſanè vitro in domibu
ſtris contracto, gratia omnis unà cum
gritate deperiit; nullúmque reliquum
ſum habet, niſi fortè, ut contrectan
manus laceret, & cruentet. Atque ita
ctum, quòd aliæ Familiæ egredientib
noſtra, acceſſum ad ſeſe, ſeveris legibus
terdixerint,

8. Qu

8. Quamborem ſodales ad Profeſſionem temere admoti, ab omnibus ferè Cœnobiis excluſi, in nos malè immiſſi, nobiſcum peſſimi manere coguntur cum inconſolabili, aſſiduóque, tum ſubditorum, tum Regentium gemitu: atque ità inſinceram mendacium Patronorum luimus fidem, quando eorum relationibus ad quatuor Votorum ſanctitatem, triúmque ſolemnitatem evecti adſtrictíque hærent, hærebúntque intrà viſcera Societatis, qui ea perpetuò, aut veneno inficiant, aut dente diſcerpant. Neminem latet, quanta pax, & felicitas in noſtris domibus habitaret, ſi qui eas conturbant, perpauci abſcinderentur. Duo, tréſve ad ſummum, ſingulis in Provinciis, malaciam religioſam, quæ per cæteros omnes remaneret immota, in tempeſtatem vertunt. Nam ubi primùm Collegia ſubeunt, quæ modò terræ candoris lacte, & melle jucunditatis redundabant, ſtatim diſſidiorum felle, & ſuſpicionum toxico ſcatent, quæque non niſi electum Euangelicæ ſimplicitatis frumentum abunde ferebant, in deteſtanda Politicorum dogmatum zizania exuberant. Ecquis ille fuit (detur venia verbo) proditor Societatis, ille communis tranquillitatis hoſtis, ille adversùs Parentis noſtri decreta contumax, qui auſus eſt pro-

*Indigni promoti quantùm noceant Societati?*

Iſa. 24.

ponere tanquam capaces ſupremi in hac
milia gradûs, inſignem virtutis, & doc
næ præſtantiam requirentis, homines a
candi, meditandíque conſuetudine alie
Chriſtianæ humilitatis prorſus igna
nullo parendi Superioribus, nullo ſub
perandi ſtudio, nullo pœnitentiæ, nulli
lutis animarum; moderationis in lin
charitatis in corde, diligentiæ in ope
expertes, in aliorum factis interpret
temerarios, in iiſdem carpendis auda
uſque ad contemptum graviſſimarum C
ſtitutionum arrogantes; quas commove
poſſent, & convellere tentarent, & ex
dere. Rari profectò inter nos abortus
degeneres, & abominandi aſpiciuntur.
Ezech. 13. tamen volumus, reclamante Propheta
rietem caſurum, luto abſque tempera
linire, & ſtertentibus pulvinaria inſuper
ſternere, fateri oportet cum dolore ſum
eorum, queiſcum ejuſmodi peſtibus v
ri contigit, non eſſe tam paucos, q
pluribus Provinciis duorum, triúmve
dalium graveolentium ſentina horrea

*Et huius cauſa ſunt Informatores inſinceri.*

9. Si Relationes Romam miſſæ, ſi
ris coloribus expreſſiſſent homines vi
tam indigos, animi perturbationibus
obnoxios, ingenii tam intractabilis, fâm
perditæ verecundiæ, haudquaquam

membra hujus Ordinis cooptati, nunc abſciſſionis difficultatem jactarent; támque duris cervicibus, & animis ab ideis inſtituti noſtri, nimiùm diſcrepantibus, cum incredibili lucro exiſtimationis apud externos, concordiæ inter domeſticos, maturè exonerata eſſet, & recreata noſtra Reſpublica. Nè quæſo, per indulgentiam pravam, in quoſdam naturâ malos, conſuetudine pejores, portam eam ſanctam occludamus, quàm Summi Pontifices, invidendâ cæteris prærogativâ, patere noſtro Ordini voluerunt. Ne, qui Deo verè non vivit, inter nos vivat, útque turbidis ingeniis expulſis, priſca legum ſeveritas retineatur, ſolemnéſque pudoris Angelici, & Apoſtolici fervoris Feriæ, aut potiùs diexim, perpetuum Jubilæum, in hac Familia perennet. At enim (objiciet aliquis) in iſtis diſciplinæ laxioris hominibus, gravium criminum ulcera minimè deprehendas. Eſto. Non id tamen elevat gravitatem doloris mei. Si ad lethalia delicta, quæ DEI miſericordia eſt, non connivetur, neque inulta eſſe ſinuntur in hac minima Societate, plurimùm tamen derogat, cùm exiſtimationi apud externos, tum internæ quieti, & ſanctitati, Sociorum langueſcentium in virtute conſortium. Neminem dentis depravati vitium admovet

morti : magnitudo tamen cruciatûs, genet-
tem vehementer angit, & facultatem a
consueta munia, membris omnibus inter-
cludit. Sic vulnus malæ inflictum, supe
cilii abrasio, abscissio labri, lepræ scabi
in fronte, distorti pedis claudicatio, vita
quidem non adimunt : nihilo tamen min
homines his vitiis deformatos, in eam ve
recundiam adducunt, ut humanæ consor
tudinis fugitantes, in avia nemorum, in
posita, vel obscura ædium, aut speluncarum
se penetrent, ut pudenda corporum debi
nestamenta exilio, solitudines tenebris de
lent, tam luci, quàm sibimet ipsi, invisi,
ante vitæ exitum sepulti. Eâdem profe
ratione, Socii solutioris disciplinæ, quam
vis neque detestandis facinoribus, séque
Ordinem commaculent, neque lethalium
criminum exemplis, graviter Socios offen
dant, pudori tamen sunt illis, & mœrori
dum distorti moribus, in duas partes clau
dicant, dum curvæ in terras animæ, inca
natam humo Evangelii vetulam imitantur
dum in cælestibus, & in æternis contem
plandis luscosi, lincei apparent in rebus hu
milibus, & caducis.

*Informatores non imitentur*

10. Quæ cùm ità se habeant, adversus
tam periculosam labem, munimenta valida
& aggerem impenetrabilem oportet oppo
nere

nere. Huic extruendo, materiam idoneam suggerunt sacræ paginæ, dum in Apocalypsi describunt mare crystallinum, solio regnantis Agni circumfusum. *Et ecce sedes posita est in cælo, & supra sedem sedens, & in conspectu sedis, tanquam mare vitreum, simile crystallo.* Atqui primo aspectu, accommodatior futura mihi videbatur imago Solis, ad significandam vim infinitam Divinæ perspicaciæ, opera mortalium omnia perlustrantis; qualem existere par est in supremo Diribitore præmiorum, atque pœnarum. Verùm, divinorum ænigmatum profundam altitudinem sum veneratus, posteaquam animadverti, Solem integritate quidem incorruptæ naturæ, fulgore perspicuo radiorum, exhibere pulcherrima regalium virtutum exempla, rerum publicarum moderatoribus æmulanda; sed absurdam, atque perversam intellexi futuram imitationem ejusdem sideris, quatenus lucis efficacitate pari, succos venenatos in cicutis, ac salutares in uvis elaborat, & fidelium atque infidelium campos, non absimili fœcunditate convestit. *Solem oriri super bonos, & malos.* Isthæc beneficentia in omnes indiscriminatim effusa, quantùm commendatur in providentia divina, quæ præmiorum amplitudinem alteri sæculo reser-

*Solem, sed Oceanum.*

Apoc. 4. v. 2. & 6.

Matth. 5. 45.

ſervans, in hac vita, munuſculorum auc
pio, impios allicit ad pœnitentiam; a
rum tantùm vituperationis meretur, in
miniſtratione ſeu ſacra, ſeu prophana
rarum; quoniam ſublato rerum diſcre
ne, coronâ dignos, cum ſupplicia meri
in remuneratione confundit. Oceani p
pinquioris nobis, quàm Solis, gubern
nem præſtat imitari. In naufragiis ille
gnarum navium, auri, argentíque metal
cum gemmis in profundo alveo recond
marcentes tabulas, & putrefacta cadave
in littus expellit. Sic Indicum pelagus,
gas fœtentes, & ignobiles teſtas in ex
mas arenas evomit, conchis, margaritas
coralliis, interiore gremio tenaciter rete
tis. *In conſpectu ſedis tanquam mare vitr
um.* In elementum tam nobile figam
mentis oculos, ab eóque odium in Sodal
tatis degeneres filios, amorem in generos
addiſcamus. Tam calamo in litteris, qua
voce in conſultationibus, improbos,
opprobria noſtri nominis inſectemur.
contrariò probè, atque inculpatè vivente
tanquam Ordinis fulcimenta, & ſpiran
primorum Patrum imagines, Generali Pr
poſito proponantur. Davidicis exclam
re vocibus libet in eos, qui de Sodalic
vita, & moribus nos perperam edocen

*Quis consurget mihi adversùs malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?* Ps. 30. 16.

11. Patres mei, tot juramenta concipitis, ut de sapientia provehendorum ad Professionem, nos certos faciatis; Nullus Provincialis, nullus Generalis Conventus celebratur, qui severiorem doctrinæ censuram à nobis, & certiora experimenta non requirat. Nec damno. Nam væ nobis, si fundamentum, cui ferè omnes religiosi Ordines, & præcipuè noster innititur, insignis literatura defecerit. Sed cur de altero sustentaculo conservando perinde non laboratur; de virtute exaggerata, & sublimi, quam sanctus Patriarcha, in cooptandis ad Professorum cœtum, severè admodum exigit? Aversionem videlicet à patrio solo, & à consuetudine propinquorum, honorum, ac deliciarum fugam, accuratam meditandi, contemplandíque diligentiam, sitim pœnarum, justitiæ famem, parendi majoribus, infringendæ propriæ voluntatis, subigendarum appetitionum studia, convertendi ad DEUM humani generis Apostolicam aviditatem, benevolentiam in universas orbis terræ nationes, ex æquo propensam, privatis cunctis necessitudinibus, nuntium remittentem. Pro dando his virtu-

*Par sit cura de Virtutis, quæ de scientiæ profectu.*

tutibus teſtimonio, ſacramenti nullius re
gio interponitur; imò res momenti ſumm
incuriâ tantâ tractatur, ánne malitiâ? u
mendacium aliquando interveniat, ſolp
palmare. Quippe Iſmaël importunus, i
neamentis Iſaac mitis adumbratur; ſedit
ſus Abiathar, religioſi Sadoc perſonam
duit, & ipſe Cain ab invidia, & furore
dus, innocentis Abelis candore fucat
Cur verò probitatem vitæ, ſicut præſtan
am doctrinæ, jurati non affirmatis?

*Scientia ſinè Virtute noxia.*

12. Ecquod reipublicæ detrimentu
impendet, ſi quis Profeſſorum minùs acu
philoſophetur in Scholis, aut in cœtu co
certantium, non tam ſubtiliter argumenta
rum nodos exolvat? Ex adverſo, quæ pe
nicies timeri non poteſt univerſo Ordi
ab unius profeſſi arrogantia, ira, otio, co
tumacia, temeritate? Unus ex Profeſſis a
quando, inſtar turbinis à Satana concita
Apoſtolicam Conſtitutionum molem, à fu
damentis concuſſam, labefactare conten
Ergo ubi pompa eruditionis, & plauſus
gitur Lycæi major, auguſtiſſimæ Tria
numen advocatur in teſtem fidei ſubſig
tæ; ubi ſanctitas Ordinis, atque tranqu
litas periclitatur, arbitria commiſſa nob
ad arbitrium amicorum circumferemus
utque gratificemur improbo filio, ſanctæ

Pa

Parentem in anguſtias, & dolores parturientis adducemus? Non is ego ſum, qui velim Socios ad tale jusjurandum adigere, à quo imperando, quamvis in illud propenſæ, plures Congregationes generales abſtinuerunt. Sed inculcatum etiam atque etiam, cupio officii debitum, quo tenentur ſubſtituere ſacramento, cui parcitum eſt, nè conſcientiæ religione perjuriorum obſtringerentur; invictam, fidelémque conſtantiam, in exponenda veritate. Nè quempiam tranſverſum agat impia, erga immerentes pietas. Sed fidem quiſque integram repræſentet Societati, ac Præpoſitis Generalibus; qui ſuas deliberationes, & decreta magni momenti, ſuper alienis relationibus fundant, atque extruunt.

*Etiam in applicandis ad miniſteria virtus præ ſcientia attendenda.*

13. Quod monui de gradibus, & magiſtratibus, circa quos binos, veluti cardines, Ordo noſtro circumvertitur, idem extendo ad quælibet Societatis munia, gymnaſia, ſuggeſta, miſſiones, cœteráque miniſteria, tam Patribus, quàm ſcholaribus, fratribúſque, alia aliis, pro variis naturæ, gratiæque donis, deferenda. Quòd ſi quando contingat, ut Sodalis eminentis ingenii, inferior ſit alteri morum probitate: hunc illi, ſinè controverſia, præponi jubeo: ſic inter Diſcipulos doctiorem, ſolertiorem inter

Coad-

Coadjutores, volo sanctioribus posthaben
Dummodo hi pares obeundo muneri sint
quantumvis illos supra esse, ac multùm ex
cellere appareat. Qui religiosis in castris
Divino obsequio se mancipárunt, memo
propositi sui, concupiscere debent, & ex
petere laboriosa magis munia, & specu
minùs : sive ut excelsam animi submis
nem, quæ viguit in Christo Rege,
capite nostro, æmulentur ; sive ut suas,
tiùs in regno immortalitatis sedes evehan
per ultimos accubitus præoptatos, in co
vivio vitæ mortalis. Superiorum autem
eorúmque, qui linguâ, & calamo superio
res edocent, propriæ sunt partes, ultrò
deprimentes attollere, iis Patrisfamilias ve
Luc. 14. 10. bis : *Amice, ascende superiùs.* Nisi forte
precibus accuratissimis, à DEO primùm
deinde à nobis, ministeria infima exter
rint, tum ad amplificandam ipsorum dig
tatem in Cælo, tum ad ambitionem de
riorum in terris coarguendam. Invitan
tamen, vel invitos, ad Magistratus, ac
ciosissima munerum censeo, quantum
constet repugnaturos, quò tabescant
di, probi gaudeant, maneátque in Re
blica profuturum sæculis grande, hon
aspernantium, exemplum. Neque ist
differo, statuóque, quasi vilissimam, ca

decoris cupiditatem, iis velim ingerere, quorum excelsissimam humilitatem, laudibus & decretis attollo.

14. Unam tantùm DEI gloriam, & alienæ salutis procurationem suis laboribus propositam Sodales habeant: nostrum erit de illorum commodis, & ornamentis cogitare. Quemadmodum veri Numinis cultores infinitam illam Majestatem ex animo sinceriſſimè diligunt, nullo promissæ beatitatis respectu; Fide tamen obstringuntur, ut credant, DEUM remuneratorem bonorum largissimum, malorúmque justissimum punitorem. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Quare à Societatis Alumnis exigendus non est is mercedis, & præmiorum neglectus, quem in Ecclesiæ filiis Apostolus non requirit. *Credere oportet, quia remunerator sit.* Quandoquidem Martyres quoque, vitam pro CHRISTO, & sanguinem fundunt, ex unico placendi DEO, divinæque gloriæ propagandæ desiderio, in eo puriſſimæ charitatis actu confiteri, & adorare necesse est divinæ justitiæ numen, coronas amicis, inimicis incendia præparantis. Quamobrem, nè probitas laudata, sed algens, accensa sui studia in amatoribus restinguat, arceamus, oportet, à

*Subditos bene merentes præmiat P. Generalis.*

Hebr. 11. 6.

sublimioribus nostri Ordinis ministeriis gnaviam, somnolentiam, proficiendi negle ctum, eóque sublevemus diligentiam, vig lantiam, sanctitatem. Ità docet Ambro sius in ea verba Psalmi 35. *Et manus pecc toris non moveat me: dum videmus pecca res prosperis abundare successibus, nutan affectu, & quadam quasi peccatorum man de radice virtutis avellimur. Cavendum go, nè, quos in domo Dei manus divina pl tavit, manus adversa supplantet.*

*P. Generalis æquum, & honestum spectat sinè personarum acceptione.*

15. Equidem quod ad me attinet, Soc libus universis indubitanter affirmo: nulle aliam in animo meo experiri, multóque m nùs admissam velle propensionem, præte quam ad æquum, honestúmque; atque dispertiendis muneribus, quæ à nostra vo luntate dependent, virtutem Sodalium sce per, & facultatem, rebus omnibus præla rum. Si aberraverim, certò sciant, imo center, nec sponte in publicum bonum pe caviſſe; referentium videlicet dolo, aut p fidiâ proponentium, circumventum. quicunque suo vel amori, vel odio obse tus, nos debitâ veritate semel fraudave hunc, hunc, negatâ in posterùm fide, cultati nos iterum fallendi, subducem Deceptus errabo, quod hominis est; probè edoctus, ùt Præses non commit

(id enim Tyranni, aut Dæmonis esset) ut sciens, & prudens in barathrum iniquitatis ferar, optimos posthabendo mediocribus, & infimæ virtutis homines, qui jacent in sordibus obstinati languoris, ad munia honestissima sublevando. In hoc proposito ità defixum animum habeo, ut supplici corde tres Divinas Personas invocem, pro accelerando vitæ digressu, si me præviderint à justitiæ semitis declinaturum; cùm omnino præmori malim, quàm vel minimùm in personarum acceptione peccare.

*Superiores ex minùs dignis forment dignos.*

16. Neque tamen in mentem venit, dum minùs dignos, aut indignos prorsus rejicio, illud optare, ut omni auxilio miseri destituantur: quin eos enixè Rectorum diligentiæ, ac vigilantiæ commendo; nè sinantur in fundo hærere abjectæ desperationis; sed fraternæ charitatis ope, subvehantur ad verticem Perfectionis, quò sub initia conversionis anhelaverant. Id effectum dabunt, si nostram illis benevolentiam attestentur; si proprii statûs, in quo degunt, sublimitatem insinuent; si paterna ingerant monita pro culpis, queis obnoxii videntur, evitandis; dilaudent naturæ dona, quibus enitent, per quæ res præclaras in Dei gloriam, & Ecclesiæ utilitatem sint peracturi, modò instaurato fervore pristino, se totos

divinæ gratiæ regendos permittant, ...
ti Deo, tanquam Euangelici Miniſtri (...
nis, tanto divinæ Majeſtatis patrocinio ...
favore dignati. Hæc eſt ratio legitim...
via, quâ de malè merentibus bene mer...
tur: beneficio quidem duplicato; non ...
ciliando indebita decora indignis, ſed ...
dendo dignos, faciendóque, ut, quæ ...
ruerint, aſſequantur. Ità fiet patrocin...
um affectus privatim ac publicè ſalu...
Dum enim alii Sodales miſerandos è ...
dibus benigniter extrahent, alii ſtrenu...
pœnitentiam emergent, utrorumque v...
tibus omnis generis illuſtrata Societas ...
ultabit. Quiſquis, aliter agendo, relig...
ſæ Familiæ rationes conturbaverit, ſte...
ùt loquitur Nazianzenus, in terram de...
hens, & viciſſim terrarum quiſquilias ...
rens cœlo, is parentem ſuam Sodalita...
dedecore afficit, Sociorum virtutis in ſt...
currentium alacritatem minuet, otioſor...
& dormitantium contumaciam acuet; r...
det denique per omnia diſſimilem temp...
tionem Societatis adminiſtrationi divin...

*Infidelis informatio oritur ex Nationis, vel cognatio-*

17. Et quoniam iſtiuſmodi malorum ...
rigo eſt, ingenita cuique erga ſuæ ge...
homines, à natura propenſio, quæ niſi ...
primitur, evadet juſtitiæ labes, & venen...
ſanctimoniæ; ut ſecurim ad radices pla...
t...

tam pernicioſæ ac mortiferæ ponam, integram Epiſtolam comparavi, ſuper compeſcendo amore immodico erga patriam, propinquóſque. In qua ea tantùm probare eſt animus, quæ ſeveriter CHRISTUS Dominus, veſtigia ſua ſequentibus, interdicit. Nec argumenta depromentur è noſtra penu, ſed ex oraculis ſcripturarum, ex Euangelicis conſtitutionibus, de ſermonibus, ſententiiſque Sanctorum. *nis affectu.*

18. Interim, ſi quis miratur, cur tam acriter contenderim, ut quàm ſinceriſſimè Relationes ad nos docendos à Provinciis tranſmittantur, is edoctus conſilii noſtri cauſam, mirari deſinet. Cùm enim Præpoſitus Generalis, tanquam ſupremum Agens, immenſum Societatis corpus ab ortu in occaſum, per interminata terrarum mariúmque ſpatia porrectum, movere debeat, niſi partibus remotiſſimis, aliquâ ratione ſe admoveat, peramplo muneri par non erit, cùm actiones in diſtans dari abnuant vel exedræ philoſophantium. At propinquitas gubernationi tam neceſſaria haberi quî poterit? Quando ubiquitas, nè ipſi quidem conceditur CHRISTI corpori glorioſo, quod ſub orbe triticeo tot expoſitum in templis adoramus; & immenſitas dos eſt propria Divinitatis, præſentis rebus *Cur P. Generali neceſſariæ ſint ſinceræ informationes?*

omnibus, & omnibus consulentis? i
fidelis, & sincera sedulitas, tam Consi
rum referentium, quàm proponentium
vincialium per atramentum, & pag
Orientem Occidenti conjungit, & u
que Indiam admovet Romæ; cùm loco
distantiam ità suppleat, ut Sodales, q
regre degunt, per calamos veraces ex
melius Moderatoribus innotescant, q
convivis discumbentium facies, per o
repræsentatæ. Siquidem parùm refer
terius os cernere, aut sermonem hau
nisi perspicuus quoque sit animus conv
tis, aut colloquentis. Nam sæpe
entes alterum in alterum insidias, e
mensa consociat, & pro vitæ propug
ribus, alit proditores. Ex adverso,
cunque vel absens, de hostis implacabi
dio cognoscit, se maturè præmunit a
contra vulnera; antidotis contra ve
Usque adeò verum est, mentis oculos
tis luminibus antecellere, plus profi
regimen mortalium cordium notit
quàm corporum, illámque præhabe
propinquitatem, per quam non linea
vultuum aut statûs, motúsque, me
rum, sed colores animarum, & umb
doctrina videlicet, aut ignorantia, virt
aut vitia deteguntur. Appositè in re

*Ad regimen plùs confert cordium, quàm corporum notitia.*

ſtram Paulinus in litteris ad virum primariũ ſcribit: *Præſentia firmior, quæ ſpiritu, quàm quæ corpore jungitur. Quia quantò fortior carne ſpiritus, tantò potior eſt conjunctio animorum, quàm corporum, & interiorum præſentia, melior exterioribus ſeparatis, quæ ſæpe ſinè cauſa junguntur locis, ſi mentibus ſeparentur.* Ep. 2. ad Delph. t. 52. 85. Quòd ſi relationes felle odiorum infectæ, & vindictæ igne flagrantes innoxios adurerent, aut ex miſeratione iniqua erga nocentes, mores illorum plumbeos laudibus inaurarent, non bene longinquitas regionum, literarum beneficio ſuppleretur. Ecquis enim non intelligit, quanto intervallo me ab optimis filiis, iſtiuſmodi notitiæ adulterinæ ſejungerent, exponeréntque periculo inevitabili, rejiciendo Jacobum lenem moribus, & amabilem, ſed in veſtibus Eſau piloſum, atque horridum; amplexandi verò fratrem contumacem, ſimplici byſſo, & manſuetis vocibus, Jacobeam innocentiam imitantem! Fidelium itaque relationum veritati, Societatis univerſæ regimen inniti conſtat, magiſque aptum eſſe, atque connexum proponentium, & inſtruentium monitis, quàm ſupremo ipſius Præpoſiti Generalis arbitrio: cùm hic aut nequeat, aut nolit, niſi ſuper illorum relationibus deliberationes, & conſi-

lia sua constituere, officium suum puta parere Societatis legibus, dum imperat S cietati.

*Informa-res quales deligendi?*

19. Comperto igitur, commodum om vel incommodum nostræ gubernatio ab inquisitionibus rectis, iniquíve pende ad has conficiendas probati judicii Sacer tes, & incorruptæ fidei deligantur. I clamat magnus Gregorius, & ego una c sancto Pontifice vocem, ut usque ab ex mis terræ finibus audiar, attollo. *A hoc à sacerdotali animo, ut in qualibet re privato zelo moveatur.* Nemo Sodalis mores describat, nisi priùs Deum pro bus consuluerit: nemo ad gubernationes vel gradum idoneos proponat, nisi quos tho jam proximus esset designaturus. hæc mandata Provinciales, Consultores Monitoréque servaverint, pax & sanctit nostræ familiæ in tuto erunt; nósque p petuò, Professos Apostolici spiritûs Pat des inculpatæ vitæ venerabimur.

Lib. 5. ep. 48. t. 32. 36.

*Quæ bona sequantur ex hoc, si constet, in informationibus sola merita spectari?*

20. Propterea nostri juvenes, cæteri ubi animadverterint, molem Societatis geminis, tanquam Polis, Virtutibus, & trinis circumvolvi, exclusis patrocinia clientelis; pro terendo tempore, in cumeundis cubiculis patrocinantium, templis assidui, ac bibliothecis versabun

ubi propitiando precibus DEO, imbuendæ scientiâ menti dabunt operam, non ambiendis assentatione Patrum præstantioribus: Euangelicæ charitatis opera frequentabunt, non supervacua salutationum officia: Societatis leges revereri assuescent, non effata, nutus virorum auctoritate pollentium: abjectâ denique spe proficiendi per linguas, aut calamos amicorum, unusquisque suis laboribus ad sapientiam, & honorem, individuum sapientiæ comitem, enitetur. Col. laudatam sacris in Canticis Palmam Societas æmuletur; cujus dactyli nequaquam decidunt ad pedes plantam concutientium, aut verberantium; sed neque à viridarii Præfecto, illius manibus porriguntur, qui sub umbra sedens, cibum ignavis blanditiis emendicat. Nempe ii solùm, in Redemptoris Horto, sæcularibus pomis vescuntur, qui palmæ verticem superscandunt. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.* Qui religiosis in septis, per alas austeritatis disciplinæ, Constitutionum culmen sublime conscenderit, is votorum summâ potietur. Qui somniculosus, & negligens, ad vestigia ligni vitæ subsistet, hærebit semper jejunus, in imo abjectionis. Manifestum sit omnibus: non importunitate querelarum, non adulationum servitute,

*Palma in quo imitanda?*

Can. 7. 8.

non deprecationum humilitate, sed gen
sis in ardua salientium nisibus, obtinen
*& In quo non?* dullam pomariorum Christi. Un
men in re Provinciales, Præpositos,
ctoréſque, Palmæ, atque aliis fructuos
boribus esse dissimiles velim, quòd ha
fœtus initio quidem pigris, & oscitant
constanter denegant, adjuncta poma,
dicus retinentibus ramis: at progressu
poris, eadem succo gravia, & maturata
mittunt, dejiciúntque super inertes,
séque in umbra arboris dormitantes. P
hibeat Deus, nè qui priùs omnes blan
tias, laudéſque fuco oblitas, fastidiose
spuimus, postmodum assiduo palpo del
ti, assentantium vota usque ad delicias
pleamus. Nisì gravitatem hujus epist
dedecet exemplum quotidianum, & vul
re, flammam imitari libeat; quæ papili
alas amburit, eam assiduò circumvolan
Appropinquemus iis, quos suus pudor
animi demissio, à congressu Præsidis ab
net; ab iis verò, quos ambitio insolen
in nostram familiaritatem immittit, rece
Eph. 4.1. mus. Omnibus occinatur illud: *Ego*
*Eius in Domino.* In religiosa familia qui p
est, manibus caret, nè qua munera in imi
ritos conferre queat. Contrà, qui subd
fidelitérque Moderatoribus paret, exer
co

confidenter emeritas manus, colligátque, pro arbitratu, fructus arborum pullulantium in hoc mystico Paradiso. Enitentem ad palmæ fastigium saturitas opperitur, manentem in radicibus, fames manet. *Ascendam, & apprehendam.*

*Moderatores revereri decet non aversari.*

21. Nè quis tamen existimet, dum frequentiam supervacaneam officiorum reprehendo, me improbare urbanitatem illam religiosam, & sanctum obsequium, semper in severioris disciplinæ Ordinibus usurpatum, per quod subditi suis Moderatoribus reverentiæ nexibus, & amoris copulantur. Quin vehementer abominor arrogantiam impudentem alicujus, qui se superiorem venditat rebus humanis, imò (si DEO placet) quasi de humilitate gloriatur, dum rusticitate superbâ, obstinatum conscisit exilium, faciémque illius aversatur, quem suum Vicarium CHRISTUS, & Ducem in Ordinis administratione constituit. Istiusmodi fuga cunctis virtutum Magistris detestata, dilectúmne discipulum Joannem repræsentat, semper affixum lateri, aut in sinu recubantem Præceptoris? an potiùs ad vivum exprimit illum reproborum antesignanum Cain, qui terga convertens monitori suo: *Egressus à facie Domini, in terra profugus habitavit?* Nemo crimen ambitionis ex-

extimeſcat, dum parentes colit, quæ p
tatis eſt virtus. Immane quantum diſcr
pat benignitas charitatis, à blanditiis ur
tatem fœnerantibus. Amor liberalis acc
dit ad patrem, ut conſoletur ſub onere c
rarum ingemiſcentem : aſtus politicus m
perantem adit, fictæ hamo benevolentiæ
honores, & commoda expiſcaturus. Ha
ſimulatio ambitionis abortus, mali cor
malum ovum, damnetur, & puniatur. Illud
divinæ charitatis filium, à ſanctiſſimis m
præceptum, & impletum foveamus, & co
ronemus. Ecquod opportunius, & præſ
bilius eſt vinculum, quàm quo membra
capiti adſtricta, cohæreſcunt in corpore S
cietatis? Ecquæ diſtractio exitioſa magis,
mortifera, quàm illa per quam cervix,
regimen animantis viget, à reliquo corpo
abſcinditur? Conjunctiſſimos igitur Sup
riores eſſe, ſubditóſque oportet in Socie
te; quemadmodum Jesus Christus
in ſupremo ſermone mandavit Eccleſiæ,
non conjuncti modò, ſed unum omn
ſint, Paſtores cum ovibus, cum Præſulib
populi, Duces cum viatoribus, ad ver
promiſſionis terram contendentibus. Jo

Joan, 17. 20. & 21. *pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, q
credituri ſunt per verbum eorum in me, ut
mines unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego
te, & ipſi in nobis unum ſint.* 22. Ut

22. Ità per ſanctitatem finis, pérque rectam inſtrumentorum electionem, Societatis rebus conſtitutis, ubique in domibus noſtris diſciplinæ vigor, innocentia, ſimplicitas, zelus, pœnitentia cum ſtudiis literarum efflorescent. Tunc haud erit cauſa, cur invideamus aureæ decem primorum Patrum ætati, aut heroicarum virtutum celſitudinem, aut manipulos converſionibus animarum graves, aut odium, contemptúmque humanæ gloriæ, aut æſtimationem inæſtimabilem humilitatis, aut denique incomparabile, quod univerſos coronavit, diadema, binis clariſſimis gemmis effulgens, fraternâ inter ſe concordiâ, atque admirandâ conjunctione cum DEO. Cùm poſt hæc, ampliùs quod vobis, aut mihi augurer, non habeam, finem facio, méque ſacrificiis veſtris, & precibus commendo. Romæ 8. Septemb: 1666.

*Recta Inſtrumentorum electio quæ pariat.*

*Omnium in Domino Servus*

JOANNES PAULUS
OLIVA.

*EPI.*

Præpositorum Generalium
Societatis JESU
XXXI.

R. P. N.

# MICHAELI ANGELI TAMBURINI

Præpositi Generalis XIV.

Unica,

Ad Superiores ejusdem Societatis.

Anno 1706. 15. Decembris.

*De promovenda observatione Instituti nostri per vigilantiam & Executionem.*

QUi me jam indè à susceptâ Societatis gubernatione solicitum hab & crevit in dies, metus, nè pate aliquando Societas ea detrimenta, quæ becillitate mea meritò timeri possunt, cit, ut aliunde auxilium, quod mihi sem

necessarium duxi, nunc tandem apertiùs impensiúsque petam ; præsertim ab iis, quos constituit mihi DEUS ministerii mei adjutores, atque participes ; nempe à Superioribus Societatis. Alia ratione nulla meliùs consulere me posse judicavi communi nostri Ordinis bono, quàm si eos, qui ceteris præsunt, enixè excitarem ad suum munus strenuè obeundum. His enim rectè animatis, atque ad suas partes impigrè agendas comparatis, facilè in alios, ùt à valido & sano capite in membra reliqua, vigor ac spiritus derivabitur.

Cùm autem ab iis opem & subsidium posco, illud eò non pertinet, ut novas artes excogitent ad Societatis tuendam incolumitatem ; vel etiam, ubi res postulet, reparandam : sed in eo solo stat ac vertitur, ut viæ, quam majores nostri, duce Sanctissimo Fundatore, alacriter æquè ac feliciter ierunt, constanter insistant ; neque illos quibus præsunt, ad dexteram vel sinistram declinare patiantur. Hoc est, ut eorum curâ studióque legibus Instituti nostri vigor suus & observatio constet ; útque suos ad perfectionem Religiosam intrà præscriptos nobis fines promoveant.

Porrò duplex est genus legum, quæ Societatis hominibus proponuntur ; & quibus *Duplex Religiosis*

Re-

*proposita Lex interna & externa.* Religiosæ vitæ ratio omnis perfectioq
comprehenditur. Unum, quod innuit S
ctus Pater IGNATIUS initio Constitut
num, est *interna illa caritatis & amoris lex*
*quam Sanctus Spiritus scribere, & in cordi*
*imprimere solet.* Alterum est, quicquid
gum ac ordinationum scriptarum Religi
disciplina complectitur, ad mores homi
Religioso dignos perfectè componend
Et primum quidem satis à me comme
tum existimo, cùm per epistolam omnib
communem distinctiùs explicavi, quid à S
perioribus circa spiritualium rerum cura
Societas exigat. Lex enim interna amor
& caritatis nullibi tutiùs aut faciliùs dis
tur, quàm in schola Spiritûs; quò spectat
la apud Oseam promissio animæ seriam
DEUM conversionem meditanti facta: *Ec*
*ego lactabo eam; & ducam eam in solitud*
*nem, & loquar ad cor ejus.* Id si Præsidu
vigilantiâ & curâ obtineamus, ut vigeat
pud nos, ac majori semper in pretio lit hab
cum DEO communicatio; per quam co
suetum ac familiare nobis fiat audire q
loquatur in nobis DEUS, vix aliâ opus e
institutione, aut industriâ ad eam assequ
dam, quæ nobis proposita est, virtutem
perfectionem. Verissimè enim S. Bern
dus quod experientiâ ipse didicerat no

*Legis internæ magisterium.*

Oseæ 2. 14.

testatur, de profectu animæ in meditatione DEUM magistrum audientis: *Vivum*, ait, *& efficax est DEI verbum; móxque ùt intus venit, expergefecit dormitantem animam meam movit, & mollivit, & vulneravit cor meum, quoniam durum, lapideúmque erat, & malè sanum. Cœpit quoque evellere & destruere; ædificare & plantare; rigare arida; tenebrosa illuminare; clausa reserare; frigida inflammare; nec non mittere prava in directa, & aspera in vias planas; ità ut benediceret anima mea Domino, & omnia quæ intrà me sunt, Nomini sancto ejus.* Hæc ille. Ex quibus facilè intelligimus, compendiariam hanc ad virtutem viam esse, quæ ad rerum spiritualium amorem nos perducit. Hujusmodi frequens, & familiaris cum DEO usus, etiamsi quælibet alia lex deficiat, arctissimæ legis instar, animum instituit, & ad omnem virtutem fingit. In Cant. serm. 74.

Sed quia internum hoc magisterium Religiosis etiam hominibus interdum subtrahitur; eáque vox in eorum cordibus aliquando silet; ùt de se fatetur ibidem, ac deflet Bernardus: & quia *suavis Divinæ providentiæ dispositio suarum creaturarum cooperationem exigit*; opus est altero disciplinæ tuendæ, ac perfectionis promovendæ adminiculo, nempe certis quibusdam legibus, ad Reli- *Externæ Legis custos Superior.*

gioſi cujuſvis Ordinis ſcopum aſſequen-
accommodatis. Quæ ne paulatim, ut
humana conditio, negligerentur, & de
tudine tandem penitùs abrogarentur;
fidelíque cuſtodiâ communiendæ fuer
quæ in Moderatorum vigilantia, atque
curatione conſiſtit.

*Quanto-pere commendanda hæc cuſtodia.*

Nunc itaque totius Societatis nomi
vobis poſtulo, ac abteſtor, nè patiamini,
incuriâ veſtrâ vel pereat, vel ſaltèm mi
tur pretioſum illud depoſitum, veſtræ
ræ fideíque commiſſum. Depoſitum no
Inſtitutum quo regimur; & cujus incol
mitas, atque cuſtodia potiſſimùm de
datur vobis. Quàm præclaris, quám
omni ex parte abſolutis legibus, Religi
hæc familia, cui nomen dedimus, abun
nihil attinet hîc explicare. Noſtrûm no
nem latet, omnia tam ſapienter ſanctis
diſpoſita atque ordinata fuiſſe, ut in In
tuto Societatis, licèt ad eum abſolutionis
picem, quem modò habemus, nondum p
ducto, quidpiam divinum deprehenderi
pientiſſimus Pontifex, ac pronunciaver

Paul. III. *Spiritus DEI eſt hìc.*

*Lex vivit in actione ſubditorũ, quibus viciſſim dat vitam.*

Verùm, quantacunque ſit legum p
ſtantia & dignitas, niſi accedat earum o
ſervatio, commendabit quidem legislato
ſapientiam, ùt accidit in Platonis Repub

ca ; sed ad componendos hominum mores vim habebit nullam, qui finis est cuicunque legi præstitutus. Scitum est illud sapientûm, legem scriptam inanimato corpori comparantium. Quippe lex non vivit in voluminibus ; vivit in actione ac moribus subditorum ; tunc verò vicissim ipsa præstantiorem vitam rependit cultoribus suis. Quemadmodum divino afflatus Spiritu vir sapientissimus pronuntiavit : *Custodi legem, atque consilium ; & erit vita animæ tuæ.* Superior itaque, cui disciplinæ regularis custodia committitur, tunc solùm se muneri suo satisfeciisse arbitretur, cùm leges nostras in iis, quos gubernat, hac vita vivere ; & eos vicissim hanc à legibus nostris vitam haurire cognoverit : tum ritè illum referet ac imitabitur, cujus vices gerit ; qui nempe se in mundum venisse testatur, ut ii, quos regendos suscepit, *vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Prov. 3. 21. & 22. Joan. 10. 10.

Jam, ut Superior cælestem hanc vitam suis impertire possit, duo quædam administrandi cula & præsidia requiruntur. Primum ad mentem & cognitionem pertinet : quæ nisi facem præferat, non modo cæcutiet gubernatio ; sed omnino nulla erit. Alterum ad voluntatem, & executionem spectat. Prima itaque Moderatoris cura in eo versari *Necessitas vigilantiæ ; & executionis.*

debet, ut observet ac diligenter exami-
num in provincia, vel domo, cui prae-
vigeat regularis disciplina. Et quamvis
gubernationis pars nullius ferè negotii
videatur, cùm pronum sit homini alie-
culpas animadvertere; nihilominus exp-
entia docet, nihil faciliùs aut frequen-
accidere, quàm ut Superiorem lateant
pæ à suis contrà legem admissæ,

*Vigilantiam impediunt.*
*1. Nimia rerũ temporalium cura.*
*2. Privatum studium.*
*3. Amor quietis ac solitudinis.*
*4. Ipsa divinarum rerum cõtemplatio, nisi moderata sit.*

Oritur id non rarò ex eo, quòd Super-
agit omnia alia, quàm, quæ muneris
sunt. Vel enim rerum temporalium cu-
plus justo intentus, spiritualia negligit;
privato alicui studio addictus, sibi vacet
libris; ac solitudinis amore captus, quid
mi agatur, non quærit ipse; & eos, à q
bus rescire posset, tamquam importu
quosdam interpellatores repellit. In
genere, nè tunc quidem probari pote
Præsidibus desiderium solitudinis, cùm
lam sectantur, ut liberiùs se tradant
divinarum contemplationi. *Optimam*
*tem* elegisse meritò dicta & laudata est
lier, quæ constanter *sedens secus pedes*
*mini audiebat verbum illius.* Quippe in
priæ animæ salutem ac perfectionem
incumbebat. Illi verò, quibus aliorum
ra committitur, diuturniori quàm par
indulgere quieti prohibentur istis Eua-

Luc. 16. 42.
Ibid. 39.

licæ parabolæ verbis : *Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici.* Ac nè quis putet illum tantummodo somnum damnari, quem incuria conciliat, atque segnities; nè contemplationis quidem divinæ jucundissimam quietem diutius, quàm par erat, protrahere ausi sunt aut D. Paulus, aut Moyses, licèt alter in *tertium* usque *Cælum raptus* fuisset; alteri copia divini vultûs *facie ad faciem*, ùt sacræ literæ loquuntur, fuisset facta; sed, ùt observat Gregorius Magnus, *ille noverat semetipsum contemplando transcendere; & eumdem se auditoribus condescendendo temperare*: alter verò, nempe Moyses, *crebrò tabernaculum intrat, & exit: & qui intus in contemplationem rapiatur; foris infirmantium negotiis urgetur.* Hinc illud Sancti ejusdem Doctoris monitum, *nè scilicet qui aliorum curam gerit, alta petens proximorum infirma despiciat.*

Matth. 13. 25.

Pastoral. p. 2. c. 5.

Quodsi nè propria quidem spiritualis exercitatio placere Deo potest, si Superiorem abducat à cognoscendis suorum moribus; quantò æquiùs erit ille reprehendendus, si quis ità se tradat externorum saluti procurandæ, ut ignoret interim quid agatur domi suæ; quæ sit in officiis pietatis alacritas & diligentia, quæ modestiæ, quæ silentii

5. *Nimia juvandi proximos solicitudo.*

servandi cura. Equidem non inficior h
à Beato Patre datam facultatem Superi
Constit. par. 9. c. 6. §. 1. *ut concionari, confessiones audire, & alia cietatis ministeria exercere possit.* Sed
cit conditionem: *cùm ei per alias occup nes officii sui proprias licebit.* Quò spe videtur illud, sacri Cantici primo cap *Posuerunt me custodem in vineis; vineam am non custodivi.* Imprudens atque im censeretur œconomus, qui præpostera dam caritate, totus esset in aliorum v excolendis; illam verò, pro qua, pacto ctè inito locavit operam suam, & c fructus ab eo severè aliquando exige sunt, vel nullo modo, vel perfunctorie tèm inviseret, déque illius cultura vix quireret; aliud certè ab ea expectare posset, quàm tribulos & spinas, summo rubore offerendas olim supremo vineæ mino vindemiam poscenti.

6. *Effusio ad exteriora, & sæcularia.* Ex his facilè perspicitur, quantò m habeat excusationis Superior ille, que indagandis domesticorum erratis distra atque avertunt sæcularia negotia, q vis propinquorum illa sint, vel ei alie qua necessitate conjunctorum. Nocent maximè, non eo solùm nomine, quòd q tum temporis in externas id genus c insumitur, tantum necesse sit proprio

neri ritè obeundo subduci; sed multò magis ea de causa, quòd hujusmodi occupationes, præsertim quæ magni alicujus momenti censentur apud mortales, ità implent atque occupant animum, eúmque totum ad sui cogitationem ità rapiunt, ac veluti absorbent, ut quotidiana hæc munia Religiosæ familiæ paulatim contemnere assuescat, & dedignari, eóque res progreditur, ut cogitare de subditis jam non solùm non vacet, sed neque libeat. *Nemo militans Deo*, inquit Apostolus, *implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Si ergo quicunq; stipendia facit in hac militia nuncium remittere jubetur curis sæcularibus, ut supremo Imperatori suo se probet; quantò severiùs imponitur ea lex aliorum ducibus, & antesignanis? 2. Ad Timoth. 2. v. 4.

Alios Superiores non quidem studium privatæ quietis, aut res externorum curandæ avertunt à consideratione eorum, quæ spectant ad munus sibi commissum: sed potiùs naturalis quædam incuria, & indoles ab iis abhorrens, quæ solicitudinem, & molestiam creare possunt. Interdum animos adeò hic veternus & desidia occupavit, ut nec audire velint inferiores administros, dum ea deferunt, quæ contra regulas commissa fuerint. Nè scilicet beatam illam ani- 7. *Naturalis incuria.*

mi tranquillitatem, seu potiùs soporem terturbet vel ipsa rerum molestarum nar tio, vel indè oritura parandi remedii nece tas. Hujusmodi segnitiem comitatur rarò, ac fovet ingenita quædam incogi tia, quâ fit, ut nè ad illa quidem, quæ oculos versantur, animum advertant; quodammodo similes, *qui apertis oculis bil videbat.*

Act. 9. 8.

*8. Humani respectus.*

Avertat Deus à Societate, ut inter quos modò recensuimus cæcutientes, merentur non sinè probrò illi, quorum mentibus tenebras offundit ambitio quædam, *& prudentia carnis*, quæ nimiùm quantum *inimica est DEO*, & sapientiæ Sanctorum, quam profitemur. Nimirum timè nè male suspicaces habeantur, & tanquam minuti, ac morosi homines traducantur, vel laudem affectant animi ad majora fa quàm ut levia hæc animadvertant: vel ipsa quotidiana errata nullius ponderis judicant, contemnúntque: vel multa liber ter ignorant; nè, si in subjectorum vi diligentiùs inquirant, reos fortè deprehe dant illos, quibus deinde parcere vel suade ret amor, vel cogeret timor, uterque à ra virtute alienus. Necesse non est hoc voluntariæ cæcitatis genus insectari, quàm tis damnat non solùm pernicies Religio

Ad Rom. 8. 7.

familiis indè creari solita; sed etiam vitiata radix, unde generatur.

Etsi præcipua capita indicavi, ex quibus oritur Superioris negligentia in hac sui muneris parte adimplenda, restat unum tamen, ex quo facilè constabit, quantopere necessaria sit hæc, quam commendamus, vigilantia. Est autem illud, ità ferre humanæ gubernationis conditionem, ut Præsides etiam vigilantissimos multa sæpe lateant, quæ maximè oporteret ab ipsis non ignorari. Inprimis enim tanta est quorumdam solertia in tegendis seu naturæ, seu voluntatis vitiis, ut oculatissimum quemque eludere possit & fallere. Præterea *pravum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud?* Et verissimum est hoc D. Gregorii monitum: *Scire etiam Rector debet, quòd plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur.* Hinc non facilis est negotii discernere, quo quisque spiritu ducatur; & quàm sincero divinæ gloriæ studio ministeria Societatis obeat. Cúmque Societas curas suas, & operam dividat in propriam pariter, ac in proximorum culturam; quamvis concedamus difficilem non esse cognitionem eorum, quæ domi geruntur; negare non possumus, plura accidere posse foris, quæ non ità facilè ad notitiam veniant, nisi eò se extendat indu-

9. *Difficultas deprehendēdi errata.*

Jerm. 17. 9.

Gregor. Pastoral. P. 2. c. 9.

ſtria, & zelus, quò Superioris oculus pen-
gere non poteſt.

*Monit. gene. n. 3.*

Studuit quidem majorum noſtrorum
lertia præcavere hujuſmodi incomoda
monitos voluit eos, qui domo exeun
ſocii deſtinantur, ubi domum redierint,
gnificari oportere Superiori quantum
non expoſcenti, ſi quid perperam a
ſit: ſed ſocii, qui tenentur hac lege,
odioſum eſt vulgò delatoris nomen;
micitiam familiaritatémque cum eo, qui
ferendus eſſet, ob reſpectus alios, quib
non rarò ſeducimur, effugia captant,
excuſationes, quibus eximant ſeſe ab ob
gatione fidelitatis, quam debent Socie
Cùm ergo ex ipſa rerum conditione,
manæque providentiæ imbecillitate, or
tur neceſſitas ut multa lateant Moder
rem, utcunq; perſpicacem ac vigilem;
ſi ad hæc accedat voluntaria illa cæci
quam reprehendimus? Certè qui hanc
ſcitiam amat, convincitur nihil cogitare
diſciplina tuenda; eam quippe non m
curat, quàm curari ſolent illa, quæ n
ſpicimus quidem. Væ Religioſæ fami
cui tales præficerentur.

*Non debet tamen nimia eſſe perveſtigatio.*

Dum autem adeò enixè urgemus eos
præſunt, ut ſeduli ſint in ſubditorum in
le ac moribus pernoſcendis, vereor ne

existimet postulari à me ut Superior anxiâ quâdam, & quasi censoriâ indagatione omnia investiget ac circumspiciat. Absit ut suadere velim extrema, vel quicquid est nimium; quæ tum virtutibus reliquis, tum præsertim arti regendi alios, adversari nemo ignorat. Id unum quærimus, quo juvari possit ac perfici nostrorum gubernatio. Porrò ad eam rem adeò non proficeret solicita plus æquo & molesta investigatio, ut potiùs Religioso paternóque regimini, quale apud nos esse decet, plurimùm officeret. Nihil enim æquè avertit à Præside subditorum animos, quàm si putent se sinistrâ apud ipsum opinione laborare; quod eis facilè persuadet intenta semper in illos observatio. Vigilantiam itaque postulamus, quæ nec patiatur Superiorem peregrinum esse in sua domo; nec tamen importunè immineat aliorum actionibus; regiménque ac disciplinam invisam reddat.

*Præter vigilantiam remedia adhibenda.*

Patet ex iis, quæ hactenus allata sunt, necessariam esse ad legum custodiam & incolumitatem, earum rerum notitiam quæ illas labefactant. Verùm liquidò quoque constat hanc notitiam, si sola sit, nihil juvare ad finem nobis præstitutum. Prima solicitudo eorum qui corporibus medentur, ea est, ut cognoscant, quo genere morbi quis la-

laboret ; neque tantummodo morbú ipsu
ejúsque originem & causas ; sed ægri p
terea naturalem corporis constitutionc
habitudinem , vires sedulò examinant
mnia denique pervestigant unde ægri
nis naturam ac vim , quoad fieri potes
sequantur. Atque tunc demum oper
num admovent , ac remedia parant.
dicum agere, quicunque spiritualem pr
cturam suscipit , concors est Sanctorum
rum sententia ; nempè vicem gerit illi
Lucæ 4. 18. qui testatur se missum *sanare contritos*

Vidimus hactenus, quâ diligentiâ pr
accurati medici partes imitari atque imp
re Superior debeat ; supereſt ut consider
mus , quàm strenuè curationem ipsam
gredi eum oporteat, & utiliter prosequ

*His abundat Societas.* Quod dum agimus , nihil jam nobis
gitandum est de remediis comparandis,
que præscribenda methodo , & captan
opportunitate adhibendi ea , quæ para
mus. Præoccupaverunt hanc curam n
jores nostri ; & post primum Societatis
rentem , omnes qui ei successerunt in
administranda , & quotquot coactæ
Congregationes Generales , tam multa
bis , tam sedulò parata , & provisa est
bent,ut tempore abuti,vel partas opes ig
rare videretur , qui nova disciplinæ nost
pr

præcepta excogitare vellet, atque præscribere. Non aliud itaque mihi propositum est, quàm ut iterum excitem Superiores ad ea in usum deducenda, quæ tam abundè ac sapienter ordinata sunt; quibus hucusque stetit ac floruit Societas; stabitque imposterum, DEO aspirante, atque florebit, nisi negligantur.

*Cur sæpe commendanda executio.*

Nè verò videar actum agere, dum ordinationum & legum executionem, & usum toties commendatum iterum vobis commendo; libet animadvertere, novis subinde incitamentis opus esse in hoc genere; quia quæ à Moderatoribus peccantur in tuenda legum integritate, pertinent ad errata illa, quæ omissionis vocantur. Hæc autem non præ se ferunt speciem illam impietatis, quæ eminet atque extat in commissione, qua perduellis animus contra Deum veluti foras erumpit in flagitium. Hinc facilè decipiuntur incauti: cùm enim omissio non alio modo peccet, quàm nihil agendo; non objicit oculis id, quo cetera peccata conscientiam terrent. Verùm, si rem metiri volumus ea regula quam tradit Philosophus; nempe malum eò esse gravius, quò majus est bonum cui opponitur; facilè intelligemus quid de omissionibus suis judicare debeant Superiores. Bonum cui adversatur, & cui

*Omissio quàm facilè decipiat.*

*Quantum ab ea timendum.*

PRO-

molitur exitium omissio, de qua loqu
est Societas, qualem à Sanctissimo Fu
tore constitutam accepimus; qualem
res nostri labore, industriâ, virtute co
vârunt, & auxerunt, auctámque nobi
diderunt. Ordo scilicet eo consilio in
tus, ut Christi Religionem, pietatem
rum, vitæ sanctitatem ubique terrarum
pagaret. Unde pronum est conjicere
lem esse illum oporteat, ex quo tantum
ni fluere in omnem partem debeat.
jus porrò præstantiam fusiùs explicare
est nostrum; nec apud vos necessari
qui Societatem penitùs nostis.

Ad hanc verò à suo statu dejicienda
& in eum deducendam locum, ut à pr
na virtute degeneret, ac spiritualis exp
roboris, atque infatuato sali similis, e
tat divinitus inditam ad afferendam pr
morum animabus salutem; nequaquam
pus, est, ut qui præsunt, deterioribus
emplis, aut consiliis virtutem subditor
labefactent; satis supérque est, ut im
mores officii, remittant vigilantiam; co
gere, adhortari, admonere desinant. Q
tumvis Rector privato studio pietatem
lat; dummodo cesset eam in aliis fovere
ctum est de regulari disciplina, ruitura p
latim, nisi constanter sustentetur, ac re

retur. Dum lustramus aliquando tot sacras ac profanas moles, quas hìc susspicimus, & advenæ passim contemplantur ac stupent; occurrit ea cogitatio; quo demum impulsu, quibus machinis aut cuniculis subrui posse credimus tam operosa ædificia? *In pigritiis*, ait, Sapiens, *humiliabitur contignatio, & in infirmitatibus manuum perstillabit domus.* Cessèt paterfamilias sarta tecta curare; stillicidio ac levi trabium vitio prospicere atque occurrere negligat; sic habeto, paulò quidem lentiorem, sed non minùs certam indè ruinam imminere, quàm si vel terræ motu, vel alluvione subverteretur domus. Ponamus ob oculos magnificentissimas ædes in acervum lapidum per solam incuriam redactas; indè referamus animum ad Societatem incuria nostra similiter (quod omen Superi avertant) perituram. Perseverat adhuc in ea, Dei beneficio, primævus spiritus, viget domesticus ordo, & regularum observatio: ac si quid à recto tramite subinde deflectit, præsto adest qui commonstret viam, nec longiùs errare permittat. Fervet etiamnum ardor cooperandi DEO ad salutem animarum; resonat adhuc, avidè excipitur illa IGNATII vox: *Ite, incendite omnia, & inflammate.* Hinc tantus est concursus Indicas Missiones etiam

Eccl. 20. 18.

am laboriosiores ambientium, ut in juc
dissima tot competitorum contentione,
nica mihi sit molestia, quòd plurium vo
facere satis nequeam. Nulla est Euro
provincia, quam excursionibus ferè per
tuis nostri non excolant. Passim, pra
consueta & publica Societatis ministeria
Exercitiorum Spiritualium auctum in
usum omnium ordinum cives ad sanctio
vitam promoventur.

Hujus ædificii firmitatem ac spec
dum contemplor, mihi videor intuer
mum illam, quam ædificavit Salomon
mini Domini; cum nostra quoque no
Domini præ se ferat, & celebrando
gendóq; per Orbem terrarum nomini
mini nata atque instituta sit. Quod
videtur Hebræo Principi fuisse propo
2. Paral. 6. ùt ipsemet profitetur: *Ut sciant omnes p
li terræ nomen tuum, & timeant te.* F
tamen, admirationi & gaudio, quo me
id reputans suavissimè afficior, parem
timorem ac solicitudinem incuti, cogi
tantum boni quàm levi negotio eripi
possit, atque deperdi. Non dubito
vos pariter tangat hic metus; cùm mi
vobis communis sit obligatio Soci
conservandæ; nihílque facilius sit, qui
mea vestráve culpa præclarum illud a
ci

cium: divina fabricatum eductúmque manu, vitium sensim faciat; ac triste demum ruina collabatur. Si patiamur rerum spiritualium amorem paulatim intepescere; & ea negligamus, quæ anno elapso in memoriam omnibus revocavi: fatiscet statim operosa moles, solventur ea vincula, quibus ejus partes inter se colligantur; tota demum contignatio humiliabitur. Dicam apertiùs: Nostrorum animus ab interiori virtutis solidæ studio ad externarum occupationum illecebras defluet; in illis totus, in se Deóque parcus & infrequens: detrectabunt plerique laboriosa Societatis ministeria & defugient: implicabunt se negotiis profanis: aures pascent suas & alienas rumorum inanium curiosis nugis: rarus erit de rebus divinis sermo; de quibus tamen agere nos diligenter domi foríque postulat ratio instituti nostri.

Ab hujusmodi cordis dissipatione, alienóque à spiritualibus cogitationibus animo, duo consequi necesse est; alterum, ut domi tædio sit religiosa inter nos consuetudo; atque intolerabile evadat disciplinæ jugũ, cui levando jam nobis non adest illa divini Spiritûs & amoris unctio, à qua una suave reddi potest. Alterum, ut apud externos se prodat hujusmodi languor ac penuria vir-

tutis, & obsoleſcat exiſtimatio illa Apost
lici ſpiritûs, qua Societatis miniſteria tan
opere indigent ; & qua ornari ad divina
gloriam illi duntaxat ſolent, de quibus
Joan. 15. 19. prædicari verè poſſit, *Vos de mundo non e*
Quod de rerum ſpiritualium neglectu,
de cæteris ad regularem obſervantiam
ctantibus dictum intelligamus ; diſcam
que à ſola ceſſatione & incuria religioſis
tibus vulnera imminere, nunquam, ſi ſem
inflicta fuerint, ſanabilia. Certè Deus ap
Ezechielem deteſtaturus peccata, quib
divinam indignationem provocaverat p
pulus ; non huic, ſed populi rectoribus
Ezech. 34. 2. tentat minas : *Væ*, inquit, *paſtoribus Iſra*
Et poſtquam alia eorum vitia reprehendi
ſiſtit tandem in officii prætermiſſi peccat
Ibid. 4. tanquam in præcipua malorum cauſa : *Q*
*infirmum fuit non conſolidâſtis ; & quod æg*
*tum non ſanâſtis ; quod confractum eſt non*
*ligâſtis ; & quod abjectum eſt non reduxiſ*
*& quod perierat non quæſiſtis.* Proſequi
fuſiùs diſſipationem errorésque gregis,
Ibid. 8. ruinam ; *Eo*, *quòd*, ait, *non eſſet paſtor.*
quod mirum videri poteſt, populo ipſi, d
ge juſtitiáque tam miſerabiliter aberran
adeò non iratum ſe præbet, ut potiùs ſpe
deat ſe fore in poſterum paſtorem ejus
que cuſtodem, ejúsque ſaluti & incolu

tati consulturum. Ut intelligamus detestabiliorem esse Deo præsidum negligentiam, quàm subditorum flagitia: quippe dum his misericordiam pollicetur, illis vindictam & pœnam indicit.

Sed hic mirari subit, qua ratione possit fieri, ut inter domorum nostrarum Rectores, & Præpositos Provinciarum, viros scilicet, quos ad regendi munus Religio non ante deligit, quàm de illorum virtute, ceterisque ad id necessariis dotibus satis constiterit; nonnulli tamen reperiantur, quos suorum errata non infrequentia vel nihil commovent, vel ità leviter, ut non excitentur ad indagandas, quibus emendentur, vias: neque tam perniciosum torporem discutiat vel damni, Religiosæ familiæ per eorum negligentiam importandi, gravitas, vel arctissima suscepti muneris obligatio, vel ipsius Dei, eorum desidiam sæpe tam acriter objurgantis, minæ. Hæc, inquam, admiranti quædam in mentem venerunt, quæ obstare ùt plurimùm solent, nè Superior ea, qua oportet, sedulitate disciplinam promoveat. Investiganda hæc paulò diligentiùs, ac detegenda; nè pergant incogitantem quempiam decipere dum latent.

*Causæ omissionis.*

Primum illud est, quòd sibi falsò in animum inducunt nonnulli (quæ persuasio fer-

*Levium culparum tōtempus.*

per damnabitur, ſed malo noſtro ſem
retinebitur) parvas eſſe víxque dignas am
adverſione culpas, quæ paſſim obrepun
regulis infringendis: hinc contemnend
potiùs, quàm ſolicitè curandum id, quo
levis momenti malum eſſe creditur, & i
homines vitari vix poteſt. Quantam
rat Religioſis præſertim cœtibus perni
em hæc opinio, nihil eſt quod pluribus
bis oſtendamus: ſiquidem hoc non Re
gioſæ ſolùm, ſed Chriſtianæ diſciplinæ
fatum longè eſt certiſſimum, ac ſanctor
ſapientúmque omnium teſtimonio compro
batum: cavendum eſſe à culpis, quæ par
tate ſua decipiunt, & ad graviſſima ſæp
mala incautos trahunt. Multi ſunt in
doctrina aſſerenda confirmandáque San
Patres, & ſpiritualis vitæ ac perfectio
magiſtri. Præivit omnibus Sapiens celeb
Eccl.19.1. monito: *Qui ſpernit modica, paulatim de
det.* Ità prorſus eſt: leves noxæ parv
te ſuâ contemnuntur, ac inobſervatæ ſo
eunt animum: hic, horrore depoſito, co
iis familiaritatem init; donec auctæ nume
ro & gravitate (cùm ea ſit peccati vis &
doles, ut ad deteriora ſemper diſponat
impellat) vires ſumant quibus pietatem
mnem ſuperent, & extinguant. Præſert
cùm divina præſidia ſenſim deſtituant

minem, qui virtutem favore Dei paratam adeò negligenter custodit. Si rem speculativè, ùt loquuntur, consideres, omnes id sibi persuasum esse fatebuntur; si multorum agendi modum animadvertas, contra omnino eos sentire pro certo habebis; adeò negligunt omnia, nisì culpæ gravitas insolita specie territos tandem officii commoneat.

Quotquot audistis Religiosorum hominum familias, olim virtute ac sanctitate florentes, ità defeciisse, ut aliquando Ecclesia illas extinguere, quàm tolerare maluerit; qua via putatis eò fuisse deductas, ut earum interitus deplorari quidem non itèm reparari potuerit? Non à gravioribus delictis initium sumpsit earum clades; nec enim potuisset tam eximia virtus prolabi ad immane vitiorum barathrum, à quo tam longè disjuncta erat, nisì viam ei paulatim straviissent delicta, quæ levitatis fallaci specie, quasi per insidias in scelerum tetram voraginem perducunt. Audiamus quo luctu Jeremias, eorum cœtuum personam & vices assumens, conqueratur: *Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.* Jerem. 15. 18. Aquas infideles vocat, quæ, ùt supra diximus, levibus stillis influentes obruunt ædificia. Vel,

quæ vix operire videntur superficiem
at si quis imprudens per eas gradiatur
ceptum se misere sentit, atque demerg
Quot hujusmodi infideles aquæ Relig
Moderatoribus insidias parant! Quid
videatur, quàm regulæ silentii violatio
tamen contemnatur, eò devenitur, u
ligiosam domum à sæculari vix differ
Indè, quo magis serpit confabulandi lic
tia, & familiaris congressus, cujus volu
homini est innata, quippe qui, teste Ph
sopho, *animal sociale est*, eò magis lang
scit amor secessûs ac solitudinis; gravis
& molestus studii labor; intepescit ora
fervor; exolescit quidquid suavitatis a
percipiebatur ex rebus ad conjunctionc
animæ cum Deo, ad proprium atque a
rum spirituale profectum spectantibu

Prov. 10. 19. Et quia *in multiloquio non deerit peccatu*
quid expectandum à frequentibus collo
Matt. 10. 36. tionibus, quàm frequentes lapsus? Ita
quos ille tolerabilior censeri potest, de q
tamè reddendam esse rationem edixit Chr
stus; loquor de verbo otioso; tolerabilio
inquam, si comparetur cum querelis, d
cteriis, murmurationibus, quibus lædit
caritas, & utinam non aliquando gravio
quàm sibi nonnulli persuadent! si cum co
riosis vanisque narrationibus eorum, qua
fo

foris accidunt, quibus sæculi pravæ leges, ac profana placita, & affectiones sensim irrepunt in animum, rerúmque terrenarum tumultu internum hominis statum perturbant, ac spiritum opprimunt. Nimius essem, si omnia, quæ à neglecta silentii custodia nascuntur, incommoda enumerare vellem. Inter quæ non levis momenti est detrimentum existimationis apud externos, qui claustra Regularium ingressi, dum Religiosos observant libere colloquentes, offendi maximè solent, & indè ferre sententiam de reliqua disciplina. Hæc attigi, ut exemplo unius, quæ minutissima videtur, regulæ, constet quàm perperam contemnantur errata eo nomine, quod exigua vulgo judicentur; atque ut indè intelligamus, si legis unius contemptus tot minatur damna, quid futurum sit, quanta pernicies oritura, si plurium simul regularum, utcunque levium, violatio impunè abeat, ità ut jam videri possit licitum id, quod passim videt Superior, & tacet? Ut insistamus exemplo non semel indicato: minimè tutam, sed potiùs ruinæ proximam jure dixeris domum, in quam per rimas exiguas quidem, sed innumeras, se penetrant aquæ; nec est qui manum apponat, ut vel tot aditus obstruat, vel aliò vim aquarum derivet.

Detecto hoc mendacio aquarum in
um, detractóque tectorio ruinam tegi
quam parva vitia moliuntur sanctitati
liæ nobis creditæ, nostrum est ità vig
ut non fiat *dolor noster perpetuus, &*
*nostra desperabilis, ità ut renuat curari.*

2. *Earundem excusatio.*

Quid autem, si res eò progrederetur
legum aperta labes non levis jam, sed
prorsus culpa videretur? Loquor de

Psal. 140. 4. Superioribus, qui nati videntur *ad excu-*
*das excusationes in peccatis*; adeò quid
agunt subditi, his judicibus innocenter
gunt. Solutior incessus, & impatiens
que incompositus agendi modus, quantu
vis modestiæ leges reclament, impetus
widæ indolis est, & alacritas animi: loqua
di facilitas, quæ aliis etiam carpendis
abstineat, sinceritas est: hujus conten
nes, quibus manifestè caritas fraterna
ditur, excusat naturæ ardor quidam, ra
nis vocem & imperium prævertens: il
cura, licèt immodica, propriæ commo
tatis, non sinè periculo, nè exemplum
hat alios ad similia appetenda, unde to
tur communitas & æqualitas, quæ ejusde
familiæ membra maximè conservat & co
tinet, condonanda est valetudini non ità fi
mæ, atque ideo pluribus indigenti. Ho
eodem prætextu tegitur surgendi negli
gen

gentia ; quæ utinam in causa non sit, cur contrahatur meditatio, vel tota penitùs omittatur. Cúmque alia non suppetit excusandi leniendíque delicti ratio, ad mentem delinquentis recurritur ; & quem defendendum suscepimus, errâsse quidem fatemur ; sed specie recti deceptum veniam mereri. Hæc facilitas in elevandis aliorum culpis sua non careat laude in privatis hominibus, tribuatúrque caritati, quam benignam esse, & non cogitare malum, tradidit Paulus ; ùt Apostolus alter testatur, *Operit multitudinem peccatorum* : in Superiore, nisì intrà suos limites contineatur hujusmodi caritas, verissimum erit odium communis boni. Mentem arcanam operantis judicat DEUS : opùs externum dijudicare tenetur qui aliis præest ; & ubi deflectat à lege, redigere in ordinem. Secùs, experietur vitia tam præposteræ pietatis fomento invalescere indies ; & in se meritò convenire minas, quibus ferit DEUS per Prophetam molles animos : *Væ, qui consuunt pulvillos sub omni cubito manûs : & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis.* Quod dictum in rem nostram sic interpretatur Gregorius Magnus : *Pulvillos quippe sub omni cubito manûs ponere, est cadentes à sua rectitudine animas atque in hujus mundi se*

1. Corin. 13. 5.

1. Petri 4. 8.

Ezechiel. 13. 18.

Pastoral. p. 2. 8.

*dilectione reclinantes blanda adulatione*
*vere. Quasi enim pulvillo cubitum, vel*
*vicalibus caput jacentis excipitur, cùm co*
*ptionis duritia peccanti subtrahitur;*
*mollities favori adhibetur, ut in errore*
*luter jaceat, quem nulla asperitas corr*
*ctionis pulsat.*

Longè major est eorum numerus,
suorum errata probè sciunt, ingenuè fa
tur, nonnunquam etiam deplorant: verù
cùm agitur de correctione efficaciùs ad
benda, tergiversantur, torpent; uno ver
nihil agunt. Causa tam pernicioſi torp
est multiplex metus; quo nullus infen
hostis Religiosæ disciplinæ; dejicit ea
unicum aggerem, quo inhibetur pecca
licentia, nempe Superioris authorita
Quid ejusmodi metum incutiat Superi
bus, non intelligo; cùm in regimine S
cietatis videri meritò possit, vix relict
esse locum timori. Non enim futura S
perioris sors à subditorum arbitrio pend
ac si penderet, periculum illud, nè quis
aliorum offensionem loco caderet, Sup
rioribus nostris non esset formidandum
ubi præfecturas solicitudinis unicè ac labo
ris feraces nullus ambit, detrectant plan
mi. Nihilominus, cùm præter modò com
memoratam, aliæ fingi possint timoris ca
sa

sæ; non erit inutile illas attingere ac detegere, nè quemquam decipiant : præsertim cùm homines ità sint à natura comparati, ut qui gravium malorum metu vacant, levium quandoque formidine obruantur.

*3. Metus turbandæ pacis domesticæ.*

Prima quæ meticulosos decipit cogitatio illa est, nè, si frequenter in regulæ violatæ reos animadvertatur vel reprehensionibus vel etiam pœnis; turbetur quies domestica, in qua gubernationis suæ felicitatem omnem constituunt : atque hinc maximè cavent nè detur occasio murmurationum, & querelarum, in quas facilè erumpunt qui ob inflictam pœnam exacerbato sunt animo : præcipuè cùm inopia virtutis, qua proni sunt ad lapsum, efficiat impatientes correctionis. Augetur majorem in modum formido, si fortè in acrioris naturæ subditos incidat : his enimvero nihil non permittitur, nè fortè duriùs, ùt merentur, tractati pejora tentent; captent sibi patronos; & cùm rei aguntur, actoris atque accusatoris partes sibi adversùs suum ipsum judicem arrogent. Interim qui libertatem affectant, dum ità meticulosè secum agi deprehendunt, periculum est nè audaciores facti grassentur in regulas, quas earum custos, proprio metu debellatus, relinquit indefensas. Qui verò compescendis primò erum-

erumpentibus noxis impar fuit, qua ne eum adultis jam & confirmatis corp di audebit?

*4. Occultatio eratorum.*

In his anguſtiis deprehenſi conſilium eunt aliqui, quod rariſſimum eſſe ſcio, non diſſimulandum, quia Religioſæ fa liæ perdendæ idoneum. Timent ſibi, à delinquentibus, quos laceſſere peric ſum putant, timent indè propriæ exiſtim tioni, cui non leviter detractum iri non gnorant, patefacta tandem eorum imbec litate. Ut malo utrique obviàm eant, gularum labes, quas prohibere timor permittit, occultare ac tegere pro viri ſtudent. Si quis domeſticorum, defec boni communis ductus, ea quæ peccari aliis animadvertit ad Superiorem defer adeò frigidè excipitur, ut ſatis intelli nolle Superiorem excitari à ſomno, cui tradidit, & quo ſponte devinctus teneri Vel, ſi delatio attentiùs excipitur, ſta audias excuſari ac relevari culpam; aut pr textu privatæ correctionis adhibendæ, adhibitæ, certam delinquentis pœniten am & emendationem promitti. Caveo præcipuè hujus indolis præſides à publi reprehenſionibus, publicíſque pœnis infl gendis. Nimirum id eſſet facto ipſo co fiteri, in collegio aut domo quam regum

aliquid peccari contra leges: hoc autem est quod omnibus occultum volunt. Quid si res eò procederet, ut malè haberentur illi, quos suspicio esset deferre ad Superiores remotiores, quæ licèt curâ indigeant, à præsente Superiore negliguntur? De hoc argumento quia scripsit olim ad totam Societatem unus è Decessoribus meis, agere supersedeo. Sufficiat indicâsse, ut omnibus in memoriam revocetur, quod ille fusiùs explicavit; quanta scilicet ex hoc funesto fonte nascerentur incommoda; nempe non leviora, quàm imminent corpori, quoties præcluditur mutua inter caput & membra communicatio.

Quod hìc addam, scio longè abesse à moribus Societatis; addam tamen, ut à nobis semper quàm longissimè absit. Et quidem ejusmodi est, ut detectum statim turpitudine sua percellat oculos, & animos horrore atque odio perfundat. Loquor de arte illa, etiam apud sæculi homines detestabili, cùm reus illum, à quo se detegi accusaríque suspicatur, insectatur acriter & vicissim accusat, ut ejus elevet authoritatem, & fidem illi abroget. Verùm in hoc non immoror, quod inter incredibilia numerandum jure puto. Illud humanum magìs, & ejusmodi ut in usum & mores aliquando

posse

posse cadere meritò censeatur; cùm subo-
torum pars una cum timido Moderato
conspirat in tegendis erratis. Sive illa
antiqua consuetudo, sive patriæ vel gen
connexio, sive indolis similitudo, sive ip
dem libertatis amor copulaverit. Tunc
quis, vel officii religione, vel pietate
communitatem permotus ea, quæ perp
ram aguntur, ad eos qui periclitanti dil
plinæ possunt occurrere, fideliter re
rat; monitus, & attentiùs invigilare jus
proximus Superior, quid non movet
quærat patrocinium noxis, quas oppugn
re debuerat? Suffultus multiplici testimo
nio asseclarum suorum, delata partim ne
gat, partim excusat; partim refundit
suspiciones, & in somnia delatorum, qu
vel nimis credulos, vel imprudenti ac pro
cipiti zelo abreptos, vel fortè livore alique
impulsos, vidisse ait visiones falsas, qu
bus sese, aliósque in errorem induceret.
Quid igitur, si Superior vel absens legi
in epistolis, vel præsens audiat hæc pu
gnantia testimonia? Quid consilii capiet
inter ambages asserentium, & negantium
constitutus? Neutram partem damnare au
det; dúmque anceps & incertus fluctuat
cogitur culpas, utpote dubias, neque sa
probatas, impunitas relinquere, & qu

obtentâ victoriâ, liberiùs dominaturas. Animadvertat, si quis unquam Religionis perniciem his artibus moliretur, Superiorem, quia homo est, hærere posse; circumveniri, ac decipi posse; at DEUM, cujus agitur causâ, non irrideri. Querebar aliquando de Rectoribus, qui manifesta suorum errata corrigere vel negligunt, vel non audent, contenti de iis certiores fecisse remotos Superiores, vel ad id expectantes visitationem Provincialis. Leve is thoc, & æquo animo ferendum videbitur, si comparetur cum istorum Superiorum culpa, qui excusandis aut dissimulandis reorum delictis, eos & suæ & aliorum correctioni subtrahunt. Hos tam exitialis fuci artifices alloqui videtur Redemptor, dum minatur: *Væ vobis: quia similes estis sepulchris dealbatis; quæ foris parent hominibus speciosa; intus verò plena sunt ossibus mortuorum.* Matt. 23. 27.

5. *Prætextus lenitatis.*

Quamvis hac Christi sententia non eam solam damnari putem dissimulationé, quam hactenus redarguimus. Crediderim illos etiam reprehendi, qui remissionem in gubernando, lenitatis ac suavitatis titulo cohonestant. Qua fortasse nulla frequentior, ac periculosior origo laxamenti in Religiosis Ordinibus. Decipit enim primò, specie quadam prudentiæ ac moderationis,

quæ

quæ ſuadeat adhibenda quidem eſſe remedia ; quæ tamen ſanent, non quæ exaſperent morbos. Tegit ſe larvâ pietatis ; cum præcipiat Apoſtolus : *ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto ; vos qui ſpirituales eſtis, corripite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis.* Præ ſe fert humilitatem, caritatémque erga proximum, in quem, licèt reum, non acriter inſurgit ; ſed modeſtè rogat potius quàm arguat. Uno verbo ; virtutes omnes complecti videtur, quæ Religioſo, hoc paterno regimini congruunt. Cavendum tamen, nè nobis imponat tam blandus, quàm pellax virtutis aſpectus. Si quam obtendimus lenitatem ſuaſit caritas, & propoſitum parendi CHRISTO præcipienti : *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde* ; proponamus ex infinitæ ſapientiæ præſcripto ſubditos regere. Si enim caritas & manſuetudo, quam profitemur, CHRISTI caritas & manſuetudo ; foras mittet timorem, non aget perperam : Magdalenam, & Publicanos verè pœnitentes amanter excipiet, non vicaces, & ſacra profanis miſcentes, objurgationibus, & flagellis etiam, ſi opus ſit, caſtigatos abjiciet. Nunquam cum delictis pacem inibit ; ea conſtanter infectabitur, & nullibi patietur conſiſtere.

Ad Gal. 6. 1.

Matth. 11. 29.

*Quæ ſit* Nolim itaque à quopiam exiſtimari,

le me ut ablegata prorsus mansuetudine, uni sit rigori ac severitati locus. Lenitatem damno, quam suggerit timor, aliæque humanæ affectiones; non quam recta ratio, & consilium præscribit. Ut ergo Superior facilè discernat utram rejicere debeat, utram amplecti possit lenitatem, duo animadvertat necesse est; alterum, an sua illa mansuetudine atque pietate id assequatur, ut subditi virtuti studeant & perfectioni; ac saluti proximorum strenuè consulant. Alterum, an ità sit animo comparatus, ut si deprehenderit lenitate nihil obtineri; austeriorem inire curandi methodum, reluctante licèt ægro, non formidaret. Hæc duo si, tam in commissa sibi familia, quàm in seipso experiatur sentiátque Moderator; salva res est. Sive enim miti pacatóque regendi modo efficiet ut omnia domi forísque ex instituti norma administrentur; tunc nihil excogitari poterit felicius eo regimine, in quo solus regnabit, atque omnia gubernabit amor; neque enim alia est conditio ipsius regni beatitudinis, ubi non alia, quàm caritatis lex imperat: sive interdum severiùs agendum erit; tunc paulò quidem gravius existet atque molestius, & subditis, & ipsi Moderatori regendi onus: sed hujusmodi gubernationi non deerit solida illa

*vera mansuetudo.*

& germana felicitas, quæ non in quavis cunditate vel indolentia, verùm in eo est, ut Rector Deo ac suo muneri faciat; subditi verò ad perfectionem proveantur per legum observationem, una reipublicæ cujusque felicitatem constituit. Nec aliud præscripsit Societatis fidibus S. P. Ignatius, cujus est ea

Const. p. 3. c. 1. *In correctionibus est advertendum, quia mò in caritate ac dulcedine, qui peccant admonendi.* Spiritus itaque Societatis non excludit suavitatem, ut ei principem cum tribuat, dummodo ejus indoles ea quam hucusque descripsimus.

*Quæ falsa, & noxia.* Si verò mansuetudinis nostræ author metus displicendi hominibus, vel quies mittendæ, larvam deponat: non est quæ se simulat; nec ea quam Apostolus, & Redemptor præscripsit. Pusilli animitium potiùs est, ac remissio, eò pernisior familiæ Religiosæ, quò cautiùs rinum celat, suaviùs componit. Hinc diri sibi audias mitissimi hujus ingenii fides, quòd collegio, cui præsunt, conciliaverint, & constantem servent. rùm indè pax oritur, quòd delinquenemo correctione aut pœnis exagitet, turbétve. Si non alia est nostræ lenitas & quietis conditio ac radix; illud o

licet Religiosis cœtibus, ubi tam placida lege vivitur, quod accidere solet agris, quibus cælum arridet semper, modò serenitate, modò tempestivis ac placidis imbribus; nullo præterea aratro eos proscindente; nulla salubri & amica manu lolium & spinas evellente. Quæro quem speremus fructum à solo, cui tanta cæli, & hominum indulgentia blandiatur? Tribulos dabit, & urticas; serpentum erit, & sordidorum insectorum receptaculum. Non aliter evenit animis, gubernantium cultura destitutis, & nimia suavitate sibi vivere, sibíque indulgere permissis; nec aliud ab eis expectandum, quàm copiosa vitiorum seges. Non melior fuit animorum, quàm agrorum conditio post primi hominis lapsum: dum status innocentiæ floruit, inerat utrisque virtus proferendi fructus naturæ suæ congruentes; terra spontè ac uberrimè fructus suos produxit; post culpam, nihil profert, nisi *in sudore vultûs* suorum cultorum. Decreto eodem, homo, qui primùm creatus est rectus; post lapsum, *in malum pronus est ab adolescentia sua.* Cùm itaque totus naturæ impetus feratur ad vetita, cùm omnia ad noxiam libertatem alliciant ac propellant, omnia propemodum retrahant à virtute, utpote ardua summé-

Genes. 8. 21.

que difficili ; putabimus ad extirpanda
tia, virtutémque inſerendam animo, ac
borandam, nullo ſudore, nullo negotio
pus eſſe ; ſed ſuavem quandam, & mini
incommodam culturam ſufficere? Nec
certè fuit ſanctorum Patrum ſententia,
quos nulla frequentior inſectatio, quàm
versùs remiſſum, & enervem guberna
modum. Inter quos egregiè S. Cyp
S.Cyp.de Lapſ. nus : *Qui peccantem*, inquit, *blandimen
adulantibus palpat, peccandi fomitem ſu
niſtrat ; nec comprimit delicta ille ; ſed
trit. At qui conſiliis fortioribus redargu
mul, atque inſtruit, fratrem promovet a
lutem. Quos diligo, inquit Dominus, re
guo & cuſtigo. Sic oportet & DEI Sacer
tem, non obſequiis adulantibus fallere, ſe
mediis ſalutaribus providere. Imperitus
medicus, qui tumentes vulnerum ſinus
parcente contrectat, & in aliis receſſibus
ſcerum virus incluſum dum ſervat, exag
Hæc ille. Quibus ſi accedant ea,
paulò ante notavimus, de paterna &
mè fucata lenitate, exiſtet illud leniu
aſperiorum temperamentum, quo nih
minibus regendis accommodatius.

*6. Timor incurrendi notam ni-* Video tamen, quid adhuc incutere
rorem poſſit aliquibus, atque utinam
cis ! Notam formidant nimiæ ſever

Quantumvis enim moderatus sit rigor, illum delicati homines impatienter ferunt, Timent itaque nè, si frequenter molestiam subditis creent per crebras admonitiones & correctiones, non desint queruli, qui murmurationibus domum impleant, fortè intrà domestica septa non se continente strepitu. Timent, nè fama per provinciam spargatur, collegium perturbari, Rectorem intractabilem novitates moliri. Et, quod plerosque maximè commovere solet, in medium affertur exemplum ceterorum per provinciam præsidum: laudatur comitas & & urbanitas, qua cum subditis agunt: caritas celebratur; qua humanæ infirmitati compatiuntur, procul à scrupulis ac leviorum rerum odiosa molestáque solicitudine. Indè mutuus Superiorem inter & in subditos amor; dum hi non secùs ac patrem amant, à quo se paternè haberi, & instar filiorum amari non dubitant. Mirum quantùm hæc comparatio exanimat Superiores, quibus alioqui zelus inest, ac studium communis boni. Cùm enim homines ab aliis probari ac diligi naturâ cupiant, arduum est illis ea sectari & amplecti, quæ omnibus insito huic desiderio adversantur. Accedit ad malorum cumulum quòd defendantur quandoque subditorum querelæ ad

*miæ severitatis.*

Superiores, ùt loquuntur, mediatos;
fortè contingat, ut delatorum numer
authoritas pondus addat accusationi,
num est, ut Superior absens, nube te
obrutus, deceptúsque, præsidem imm
tum, si reum non pronunciet, saltèm c
no non absolvat, & aliquid veri subes
spicetur, ac ejus agendi modum in dub
revocare incipiat. Quod si obtinuerin
qui severitatem omnem proscriptam
lunt, hoc eis sufficit ad metum excu
dum: nimirum vident, delationibus
diorem fieri posse Superiorem.

Huic ego non aliud cogitandum, au
cendum propono, quàm præclara ill
CHRISTI spiritu dignissima Apostoli
Ad Gal. 1. 10. ba: *An quæro hominibus placere? Si a
hominibus placerem, Christi servus non*
Quibus verbis ità sententiam suam exp
Paulus, ut indignari videatur, si qui
bitet, an qui servum CHRISTI se pro
tur, solicitus esse debeat de mortalium
nione, aut benevolentia, cùm id extra
bitationem positum esse oporteat, debe
que omnibus constare, non posse pla
re hominibus eum, qui CHRISTI cau
strenuè, constantérque agit; & CHRIS
causam strenuè constantérque agenti
modo curandum esse, an hominibus placea

Cùm itaque non cum Religiosis viris utcumque, sed cum his, qui Religiosis ceteris præsunt, mihi sermo sit; de vobis longè infra meritum me sentire arbitrarer, si proposita vobis optione, Deóne, an hominibus placere ac probari velitis, dubitarem fieri posse, ut major vobis & potior cura sit hominibus placendi, quàm Deo. Quidquid igitur vobis pro disciplinæ sapienti custodia stantibus objiciatur, sive nimii rigoris nota, sive alienæ benevolentiæ jactura; sive siniſtra per provinciam fama, sive præjudicium aliquod apud Superiores vel nimis credulos, vel deceptos; illud unum obversetur animo, quod primum omnium propositum esse debet propriam alienámque perfectionem quærenti, humana omnia, ubi divinis obstant rationibus, contemnenda. Una hac responsione vobis & aliis quibuscunque faciendum satis: *An quæro hominibus placere*? Sed præter excellentiorem hanc viam, quam nobis demonstrat Apostolus, alia inferiùs attingam, quæ satis ostendant, quàm pravi pendenda sint inania hæc terriculamenta.

*Excitant Superiorem ad tuendam disciplinam.*

Postquam enim exposuimus multiplicem difficultatem, & obices qui obstare solent rectæ gubernationi, ac terrorem incutere: superſunt ea indicanda, quæ ad illam stre-

nuè capeſſendam excitare poſſunt, & ani
re. Et primò quidem occurrit nece
impoſita Moderatori, ea ſuperandi, q
objiciuntur impedimenta. Neceſſitas
eâdem vi qua redigit animum ad angu
eum ſeipſo majorem quodammodo fac
robuſtiorem ; dum cogit ad vires o
exerendas, ut eluctetur. Hinc exiſti
vit ille, poſſe excitari milites ad acriter
gnandum, ea voce, quæ alioqui deſp
tioni proxima videbatur : *Aut vincend
aut moriendum.* Quæ verò ſit hæc ne
ſitas, de qua loquimur, facilè conſtat ex
ctis. Aut ſatisfaciendum eſt muneri,
quam diximus, accuratione : aut prævar
toris noxa incurrenda eſt ; & quidem i
graviſſima. Statuite, quod res eſt, R
gionis noſtræ ſortunam, ut ità dicam, c
ſervationem, incrementum, rationem
nique omnem vobis commiſſam, à veſtr
delitate ac vigilantia unicè dependere
quidquid in ea ſanctum ac pretioſum e
non alios habere patronos, aut defenſo
quàm Superiores, quos *conſtituit Dom
ſuper familiam ſuam* ; indéque colligite, q
oneris ſuſceperitis. Certè illa verbor
ſeveritas, qua ſæpè DEUS animarum
ſtodes compellat : *Super paſtores iratu
furor meus. Sanguinem ejus de manu tua*

1. *Neceſſitas vitandi noxam prævaricatoris ; Dei indignationē, & graviſſima damna cōmunitatis.*

Matt. 24. 45.

Zach. 10. 3.

Ezech. 3. 18. & 20.

*quiram*; aliáque non pauca eodem tendentia; quanto sanos præsides afficiant metu, eorum omnium loco declarat S. Gregorius dum ait: *Pensèt, qui ad satisfaciendum districto judici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, quia quot regendis subditis præest, reddendæ apud eum ratinnis tempore, ut ità dicam, tot solus animas habet.* Mor. lib. 24. c. ult. Neque Dei minas, aut Sanctorum terrores inanes judicabit, quicumque seriò adjicit animum ad ea mala expendenda, quibus januam aperit præses in legum tutela meticulosus, aut negligens. Quocumque tandem ex prædictis modis in hoc peccetur, perinde est ferè; sive defectu vigilantiæ, sive noxiæ quietis ac pacis studio, sive importuna culparum excusatione, sive levium contemtu, sive inconsulta lenitate ac mansuetudine, sive inani formidine, studióve placendi hominibus, impunitatem obtineant, vel extorqueant osores disciplinæ; actum est de Religiosa familia. Nemo nos seducat inanibus verbis. Christianam, Religiosámque perfectionem in sui abnegatione consistere, imò crucem ipsam esse disertè Redemptor pronuntiavit; hinc omnium calculo approbata est ea vox: *Tantùm proficies, quantùm tibi vim intuleris.* De imit. Christi l. 1. 25. Hinc fit, ut regularum observatio, qua nobis

bis ipsis libertatem circumscribimus, in
vi quadam reluctanti naturæ illata, obtru
ri non possit. Fit præterea, ut contra no
dum, virtute potiri contendimus, omn
ut ità dicam, insurgant. Præter enim co
munem salutis nostræ hostem, qui rob
perdendis nunquam non studet; præs
sæculi illecebras, & pravorum exempl
quæ ad laxiorem vitam sensim alliciunt; i
trà nos fovemus domesticos, atque ad
magìs infensos hostes, concupiscentias, q
1. Petr. 2. 11. *militant adversùs animam*; atque innatu
amorem libertatis, qui legum frena imp
tienter tolerat, & excutere nititur. Cùm
itaque tot externi, internique adversarii
id unum conspirant, ut vel aperta vi, v
per insidias virtutem exscindant; quæ n
ctoriæ spes relinquitur, si quis in medio c
scrimine, ducis, & moderatoris sui præ
dio destituatur? Timendum est, nè q
propriis viribus diffidens Religiosæ mil
tiæ nomen dedit, ut tutiùs decertaret, s
à ductore suo desertum videns, det manu
& ad hostes deficiat.

Atque utinam experientia non docer
quotidie, ubi impunè peccatur, crescer
in dies peccandi licentiam; & ità propa
gari, robúrque sumere à delinquentium
multitudine atque frequentia; ut quæ pri
mum

mùm timidè ac furtim obrepsit, mox palàm ac libere dominetur; & conatus omnes ei frenandæ adhibitos vel superet, vel contemnat. Insita homini proclivitas ad libertatem facilè persuadet ea licere ac permitti, quæ nemo punit aut reprehendit. Ubi hac persuasione abusus invaluit; amittit culpa paulatim speciem illam turpitudinis, qua solet Religiosos homines à se deterrere & avertere. Dempta vitii imagine, abusus ille sensim inductus & admissus, incipit usus esse; & consuetudinis nomine ac privilegio gaudere. Indè fit ut illi etiam, qui antea Religiosiùs leges observabant, ceterorum more vivere sensim assuescant, vel sociorum seducti exemplo; vel deposito, ùt dixi, horrore, quo priùs absterrebantur, cùm culpas jam domesticas videant, & familiares; vel ad vitandam notam singularitatis, si morem retineant alienum jam à communi vivendi consuetudine. Accidit præterea, ut liberiores inductam licentiam, exemplo semper, interdum etiam verbo ceteris suadeant, parati ejus defensionem suscipere, nè intrà regularum angustias iterum redigantur. Rebus eò deductis; ineat præfecturam præses, cui recta ratio & conscientia dictet curandum omnino ut abusus tollantur, reddatúrque pristino splendo-

dori regularis disciplina ; inveniet primo nonnullos, dum monentur, mirari, quod ab illis ea exigantur, de quibus nec ipsi, nec alii hactenus cogitaverant. Si pergat officio strenuè fungi, audiet, quod superius etiam innuebam, induci novitates, onera imponi subditis inaudita, turbari pacem domesticam importuna severitate, averti Superiore omnium animos ; nihil boni sperari jam posse, frigescente caritate, solutaque consensione inter caput & membra, qua una stat & continetur religiosa gubernatio. Difficultatem operis, quod aggressus est, deprehendens Superior, dubius & anceps librare incipiet hinc solutæ disciplinæ damna, indè perturbatæ communitatis pericula : dúmque utrum præponderet decidere vix potest, id sinè dubio consilii capiet, quod in ambiguis prævalere consuevit ; eliget quod facilius est, permittet ut res inceptum cursum teneant. Hinc, si detrimenta sub antecessorum regimine tantum virium acceperunt, ut novus Superior ad illa expugnanda non audeat aggredi, & cedendum putet, annon, postquam non triennii possessione fuerint confirmata, industriam omnem & conatum faciliùs eludent? Armatis præsertim ad eorum defensionem tot humanis rationibus, quot suprà memo-

ra-

ravimus. Itaque nisi quis seipsum decipere, ac propriæ negligentiæ adulari velit, fateri oportet hac via facillimè deveniri ad desperationem reparandæ unquam disciplinæ semel deperditæ. Tritum est illud S. Bernardi effatum, qui audiens refloruisse alicubi regularem observationem, quæ ante deciderat; ità invitabat socios ad mutationem portento similem intuendam: *Eamus ad videndam visionem hanc magnam.* Quippe usu didicerat, vix citra miraculum accidere posse, ut collapsa semel disciplina reparetur. Fallitur negligens Moderator, dum sibi persuadet, à se non aliud, aut majus inferri damnum Religiosæ familiæ, cui præest, quàm illud, quod ipse præfecturæ suæ spatio permittit. Malum invehit ad totam posteritatem manaturum. Nimirum deturbat regulas possessione, quam obtinuerant; firmátque laxitatis dominium, nullis postea viribus abrogandum. Hinc intelligere licet, quantum noceat remissa gubernatio, etiam ætate ac virtute provectis. Multò pernicioſior evaderet iis, qui religiosam vitam recèns inchoârunt. Quod ideo addendum, nè unquam elanguescat solicitum illud studium, quo semper usa est Societas in juniorum educatione. *Proverbium est*, inquit Sapiens, *adolescens juxta viam suam, etiam* Prov. 22. 6.

*am cùm senuerit, non recedet ab ea.* Per
net hæc admonitio præcipuè quidem ad
los, qui tirociniis, quíve universitatibus pra
sunt. Sed cùm ubique ferè scholas regu
juniores magistri, omnes ferè Societatis Su
periores admonet hoc oraculum. Quæda
sunt ad virtutem spectantia, quibus si à pr
ma ætate non assuescas, vix unquam acc
dit, ut cùm accedet ætas, colantur. Qua
dam ad vitium pertinentia, quæ imitant
ætatem, unáque cum illa incrementum ca
piunt. Hinc, nisi tironum animus, cur
omnibus vacuus, divinarum rerum medita
tioni se totum tradiderit; qua ratione spe
rari potest, ut huic studio addicatur seriò
cùm mentem occupabunt literarum studia
eámque à solitudine, ac recessu avellent mi
nisteria Societatis, ac ipsa pro DEO suscepta
alienæ salutis procuratio? Si tum, cùm ætas
immatura, & primùm inchoata vitæ reli
giosæ rudimenta, humilitatem, silentium,
modestiam suadent; non levia tamen vel d
lationis, vel indolis à disciplinæ jugo & ab
interioris hominis cultura abhorrentis indi
cia se produnt; quid erit, cùm ab ætate,
doctrina, rerúmque gestarum meritis non
parùm authoritatis accesserit? Ideo, nisi
Societatem recèns ingressi rerum spiritualiu
um amorem penitus concipiant; humanæ
rum

rum rerum ac fastûs omnis contemptu imbuantur; affectus omnes moderari, ac linguam cohibere assuescant; & oculos, incessum, actus denique externos omnes ad religiosæ modestiæ leges componere; nunquam obtinebit Societas ab adultis, quod in junioribus neglexit Superioris incuria. Imò deteriores habebit ætate provectos, quos in adolescentia ad perfectionem naviter institutos non habuerit. Porrò ad avertendum à Societate hoc malum maximâ opus esse solertiâ & industriâ, solus dubitabit qui ignorat parvum errorem in principio ferè non emendari in progressu; sed ad pejora sensim deducere. Ex his omnibus patere existimo necessitatem nobis impositam invigilandi, conandíque pro viribus, nè intepescat in Societate studium perfectionis per Instituti nostri observationem adipiscendæ. Quem efficacissimum esse stimulum, ad Superiores animandos, & excitandos meritò diximus.

*2. Regularum vigor in Societate.*

Accedit illud, & maximi quidem momenti, ad metum omnem depellendum, ac fiduciam augendam: nempe Moderatores Societatis præesse communitati, in qua viget adhuc, qui Dei favor est, & dominatur legum authoritas. Insciti quidem esset, & arrogantiæ, asserere, nihil unquam peccari con-

contra Societatis regulas, cùm vel jus-
ſepties cadere in die, omnes cum Pro-
ta fateantur. Verùm, argumentum Re-
gionis à primævo ſpiritu nondum lapſa
illud eſt, ſi nihil in ea correctione dig-
eveniat; ſed illud, ut ſi quid humanitus
cidat, non reſpuat correctionem; dum-
do illam adhibere non omittat Super
Non ea eſt noſtri Ordinis conditio, u
quis peccanti revocet in memoriam vel
nutiſſima, quæ Sanctus Fundator natæ
Societati ſervanda propoſuit ac ſanxit,
alii apud nos legislatores addiderunt;
ſpondere ille audeat ea jam obſoleta in
ſuetudinem abiiſſe. Intelligunt omnes co
ſtare vim integram legibus illis omnib
quæ ſtatis temporibus denuntiantur ſup
menſam; nec eſſe in iis jota unum aut un
apicem, quem præterire, pati debeat Soci
tas. Sciunt cujuſvis vel minimæ ordinat
nis legitimum vindicem eſſe Superiorem
ipſum de violatione pœnas exigentem n
modò jure agere, ſed reum ac prævarica
torem fore, ſi ſecùs fecerit. Novit ipſe q

*3. Superiorum authoritas defenſa.*

præeſt, ſi fortè (quod Deus avertat) a
quem refractarium offenderet, non paſſur
mediatos Superiores, ut impunè abiret; ſ
ratos tum legis tum præſidis reverentiam
authoritatem tueri. Hoc verò eſt Religio
ne

nem, instituti sui tenacem, iis legibus vivere ac regi, quas à conditore suo primùm accepit; atque adeò à via, quam ab exordio suo inivit, non deflexisse. Quæ cùm ità sint, non potest nisi vana formidine deterreri à custodienda disciplina Superior, tot tantísq; ad eam tuendam præsidiis munitus. Clamant in ejus favorem leges nostræ omnes, nulla desuetudine silere jussæ, aut suppressæ. Juvat possessio nunquam interrupta observationis vel servatæ à subditis, vel à præsidibus assertæ ac defensæ. Præstò adest auxiliaris Superiorum manus, ubi res ac necessitas postulat. Quid plura? Non deerit ipsum delinquentis suffragium. Nam qui regulas violat, furtim id facit, fugítque quoad potest, Superiorum oculos; quo fatetur, si deprehendatur, plecti se jure posse, ac debere. Itaque cui, nisi propriæ negligentiæ ac socordiæ imputabimus, si dominari licentiam, legésque de possessione deturbari permittimus?

Accedit patrocinium, quod æquissimæ causæ suscipient probi omnes, quibus maximè cordi est Religionis utilitas & incrementum, quam & majorem & saniorem esse subditorum partem nemo non videt. Laudabunt mediati Superiores, à se delectum spei de se datæ respondisse, & gravissimi

*4. Proborũ omnium favor.*

muneris partibus sedulò perfunctum. D
linquentes ipsi, ubi cognoverint seriò co
stantérque rem agi, in se tandem reverti
ad meliorem frugem redacti, eum pro
bunt ac diligent, qui à miserrima serv
asseruit ipsos in libertatem filiorum D
Ità brevem perturbationem, si constans
rit Rectoris fortitudo, excipiet quies,
laus perpetuò duratura.

*5. Ipsorum delinquentium approbatio.*

Sed quod caput est, aderit Deus justi
mam causam tuentibus: quod suprem
atque firmissimum esse debet Superiori
latium, & incitamentum. Ea confide
tione ad obeundum fortiter impositum
nus accendebat judices à se constitutos
ctus ille rex Josaphat: *Non enim, ajeb
hominis exercetis judicium, sed Domini.* H
verissima cognitione armatos non vi
quid terrere possit; imò quid excitare
debeat: causam Dei propugnamus. V
ille optatum eventum dabit conatibus
stris; túmque, sive humanas sive divinas
tiones spectemus, voto compotes erim
vel ipso permittente, labori non respon
bit fructus; túmque salva nihilominus
bis res erit. Solabitur nos testimon
conscientiæ nostræ quòd officio non de
rimus: &, quod est omnium instar, c
nobis stabit laus & merces apud Deum.

*6. Dei præsens auxilium.*

2. Paral. 19. 6.

*7. Testimonium conscientiæ.*

non eventu, prout homines solent, sed voluntate nostra, res metitur. Uno verbo: dicemus quidem, non sine aliquo pudore; *servi inutiles sumus*; quia frustrà laboravimus: addemus tamen cum fiducia: *quod debuimus facere, fecimus.* Ipsi viderint, qui conatus nostros æternum illis bonum allaturos, irritos esse maximo suo malo voluerunt. Luc. 17. 10. Ibid.

*Superioris authoritas à senioribus tuenda.*

Sed quia secundùm Superiores, quos hìc maximè alloquimur, conferre plurimùm possunt ad tuendum Instituti vigorem, & ad ipsos Superiores animandos, eorúmque industriæ maximam vim addendam, illi e nostris, qui ætate, doctrinâ, ceterísque dotibus, quibus conciliari authoritas solet, inter reliquos eminent: ipsos vehementer hortor, ut ad conservandam inter eos, quibuscum degunt, disciplinæ religiosæ sanctitatem, utantur illa authoritate, qua ceteris præstant. Quicumque Societati nomen dedimus, aliorum salutem procurandam suscepimus: hujus autem spiritualis auxilii præstandi obligatione multò arctiùs adstringimur erga domesticos, quos idem sanctioris vitæ institutum nobis conjunxit; & quorum in spiritu profectum commendatum nobis omnibus voluit S. IGNATIUS. Tenemur omnes curare integritatem ac robur Exam. c. 4. §. 8. Reg. 9. & 10. Sum.

bur corporis, cujus membra ſumus: pra
fidelitatem, gratum animum, atque
rem, quem jure poſtulat à nobis Socie
tot nominibus, quot vix ulla mater à
poſtulare poſſet. Veſtrum eſt itaque
Superioris mandatis, ac ordinationibus
inferiorum querelas & murmurationes
peſcere; confugientes ad vos contra
agendi modum, ſolari quidem, nè in
ſperationem acti pejora meditentur: ſed
tentè conſiderandum, qua ratione opor
conſolationem afferre. Nam proclive
ut dum aliorum dolori obſequimur, eor
ſenſibus & affectionibus imbuamur;
que cum illis damnemus id, quo ſe læſ
Superiore arbitrantur. Quaſi via facilio
ad ægri dolorem leniendum eſſet ei aſſe
tiri, ac fateri, eum indigna atque inju
pati. Breve, miniméque legitimum hoc
latii genus id efficeret, ut imminuta a
ſubditos Moderatoris exiſtimatione, cre
ret peccantium audacia; cùm cauſam
derent gravium virorum ſuffragiô ſibi
judicatam. Multò magìs, ſi ſuffragio
deretur promiſſum & reipſa ſuſceptum
trocinium; crearetúrque Superiori mo
ſtia, vel importunis deprecationibus,
delatione apud mediatos Superiores. Q
tum animi indè accederet ſubdito tot

fidiis vallato ; tantum minueretur fiduciæ ac potestatis Rectori omni ope destituto ; & quod indè consequitur , tantum detrimenti inferretur disciplinæ , & gubernationi. Incumbat oportet totum pondus authoritatis non ad deprimendam , sed ad confirmandam regularum & Rectorum reverentiam. Afflictis , & ad nos confugientibus proponatur solidum illud solatium , quod à divinis rationibus ac principiis petitur : doceantúrque veram animi tranquillitatem non aliunde oriri posse , quàm ab affectionum moderatione , constantíque virtutis studio. Hinc fiet , ut queruli , & impatientes disciplinæ , humani patrocinii saluberrima desperatione , ad saniora consilia redeant ; ac DEUM unicè quærere , & sequi obedientiæ ductum apud se statuant. Hæc eò attentiùs perpendenda, quò faciliùs seducimur commiseratione erga afflictos opem nostram implorantes ; quóque avidiùs captare solent plerique auram , & plausum patrocinantis , unde quærunt existimationem beneficentiæ , & authoritatis.

Quod hìc privatis hominibus tantopere commendamus , ut Superiorum cujusque loci potestatem tueantur , ac roborent , multò magìs cordi esse oportet iis , qui provinciis præsunt. Injungitur id eis disertis *Præsertim verò à Provincialibus.*

verbis vigesimâ octavâ inter officii suiregulas : *Tueantur*, ait, *authoritatem Superiorum immediatorum in subditos.* Et, ùt regulares fileant, manifesta ratio id suadet. Mendicantes sunt, & naturæ minimè consentanea, quod perpetuò exigere debet immediatus Praeses ; ejus tamen præscripto, quod legitimum sciunt, vix adversari audeant subditi quamdiu ab eo pendere debent. At, si què legitima, & majore alioqui Provinciali authoritate se tueri possint, ad eam libenter confugient : sic enim ex una parte immediati Superioris obedientiæ se subducunt ; ex alia verò parte, tutâ id conscientiâ se putant agere ; cùm apud competentem judicem causa pendeat. Præsertim cùm longè minoris difficultatis sit regi absente, quem multa semper latent, quàm à præsente, qui omnia intuetur, & libertatem affectantibus perpetuò imminet. Cavendum itaque summopere Provincialibus, nè, dum præsidis immediati jurisdictionem turbant ac enervant, onus in se suscipiant reddendi DEO rationem culparum omnium, quas ille sibi relictus emendâsset. Non ideo tamen eos immemores velim eorum quæ indicatâ superiùs regulâ adduntur : *tamen*, inquit, *ut constet, posse omnes ad Immediatos recurrere.* Imò sanctum hoc esse

portet in Societate: cùm fieri possit, ut justam coquerendi causam habeant subditi; postulétque justitia & caritas ut audiantur; exaudiendi, cùm opus erit: vel saltèm solatio & paterno affectu erigendi, ac opportunis monitis ad frugem reducendi.

*Correctionis methodus præsidis prudentiæ relinquēda.*

Cùm multa hactenus dicta sint, è quibas colligitur, quàm necessaria sit Moderatorum vigilantia & firmitas in conservanda disciplina, & legibus custodiendis; res postulare videretur, ut modum & rationem id exequendi proponeremus. Verùm satis declaravi superiùs, illud non esse mihi propositum, ut remedia præscriberem ad curandos animi morbos; cùm id ab aliis providè, & abunde præstitum sit. Addendum est modò, neque definiri posse, quænam ex paratis remediis seligenda potissimùm sint, & adhibenda. Infinitum id esset, ac impossibile. Quam in rem, audire non pigeat Gregorium Magnum ità admonentem: *Non una eadémque cunctis exhortatio congruit, quia non cunctos par morum qualitas astringit; sæpe namque aliis officiunt, quæ aliis prosunt. Quia & plerumque herbæ, quæ hæc animalia enutriunt, alia occidunt: & levis sibilus equos mitigat, catulos instigat: & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit: & panis, qui vitam*

*fortium roborat, parvulorum necat.*

git explicare quàm varia sint hominum genia, propensiones, affectus; quàm genter dispiciendum, quid cuique co niat, & curandum ut opportuna & pro ra cuilibet applicentur. Quæ omnia fusè, ac sapienter prosecutus, totam

Greg. Pastoral. p. 3. am partem operis de Pastorali Cura in pti in hoc argumento posuit. Quibus tè conficitur, tum remedii delectum, genus curationis, prudentiæ ac peri medentis esse relinquendum. Qui cùm lus multiplicem personarum, & eventu conditionem cognoscat, quid agendum singulis solus assequitur.

*Ab hac cura nunquam cessandum, nec cedendum difficultatibus.*

Illud unicè petimus, ut Superior nu quàm sibi commissorum curam defera nunquam erratorum, quæ in dies occu runt, omittat correctionem. Utrùm re nata mitioribus utendum remediis, asperiora tentanda sint, ipse dispiciat, primis tamen incipiendum communiter bi persuadeat, ut ex S. Fundatoris men superiùs monui. Pœnæ formido incu est homini in subsidium, & quasi suppl mentum, cùm ille non ducitur honesti per legem proposita: quare postrema machina quam movere nos oportet, cùm cetera non proficiunt. DEI & virtutis amor

amor excellentior est via, qua deduci religiosos homines præstet. Nec aliud dictat paterna, quam profitemur, gubernandi ratio: & quam præscripsit nobis in singulis ferè Constitutionum partibus S.P. IGNATIUS: *Ut in spiritu amoris, & non cum perturbatione timoris procedatur, curandum est.* Hac via si nihil proficitur, alia tenenda, prout res feret. Unum arbitrio nostro non relinquitur, quod est desperare, & curam abjicere. Eo consilio non vos ceteris præfecit Societas, ut post habitam qualemcumque vigilantiam & curam, desistatis ab incepto; emendentur nécne errata parùm soliciti. Const. p. 6. c. 1. §. 2. &c.

Diligentiam postulat nunquam interruptam, nullis difficultatibus fractam, rei bene ex præscripto legum gerendæ constanter intentam. Cujus specimen expressit Apostolus paucis illis verbis hominem graphicè repræsentantibus nihil non tentantem, ut suos CHRISTO lucrifaciat: *Insta opportunè, importunè; argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*; & paulò pòst: *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.* Hanc qui sibi præfixerit regulam, solicitè observabit malorum initia, nec decipietur dolosâ culparum levitate; sed in minuta- 2. Timot. 4. 2. Ibid. v. 5.

rum legum violatione, in exiguis altero
tionibus, in quorumdam facilitate in
quendo & carpendo, & id genus aliis, d
prehendet, tamquam in semine, gravio
abusus, & licentiam, quam nec ipse, n
successores evellent unquam, si semel a
levit. Ideo nec adhortationibus, nec
secrationibus, nec increpationibus parc
nec importunus audire formidabit, ne
Isa. 6. 5. gatur aliquando queri cum Propheta: *
*mihi, quia tacui.*

*Abusus sedulò antevertendi.*

Super omnia id cavebit, ut abusus, a
tequam suboriantur, cautè prævideat, pr
veniátque. Multi sunt, qui ubi lapsus
texerint, omnia implent querelis, & m
gœdias excitant. Et rectè quidem, si qu
detestantur malum emendare, ac tollere
tiliter curent. Sed vellem, ut multò sap
entiùs, multóque salubriùs vim exercer
in malis ipsis præoccupandis, & velut in
dice supprimendis. Non est sapientis m
dici, si imminentem antevertere possit, a
gritudinem expectare, quæ cùm adven
rit, certa est tum morbi, tum ipsius cur
molestia & periculum; incertus autem
rationis eventus. In muneribus divide
dis, in locis ac ministeriis cuique destina
dis, præsertim cùm extra religiosa septa
gendum, & agendum cum externis, dispe

cere oportet, quàm par oneri ac discrimini censeri possit cujuslibet virtus. Quæ si succumbat, primam ac præcipuam animadversionem promeritus est Superior, qui præcipiti delectu personæ, suo muneri tam malè consuluit. Qui vel ex lapidibus ædificia, vel ex ligno machinas componunt, non temere lapidem quemvis aut truncum, prout sors tulerit, admovent operi : sed vel singulis partibus aptum seligunt; vel si opus est, ità perpoliunt & formant, ut reliquis, quibus copulandus est, aptè cohæreat. Secùs, vel ruinam ædificii loco moliuntur; vel saltem opus incompositum intuentium ludibrio exponunt. Mirum, vel deplorandum potiùs, cùm omnes qui ceteris artibus dant operam, toti sint in præcavendo, nè quid perfectionis desit operi quod meditantur; in gubernatione, quam artem artium meritò sapientes dicunt, quosdam casu, ac turbidè procedere; de commisso sibi æquè gravi, ac difficili munere rarò, ac leviter cogitare; ínque personarum, & officiorum dispositione non aliunde, quàm ex re nata, aut ex aliqua necessitate consilium capere. Neque ità difficile est malorum initia dignoscere, si quis paulò diligentiùs familiæ sibi concreditæ invigilare, ejúsque prospicere indemnitati voluerit. Prodit se sin-

gu-

gulorum indoles & propensio, monetq
Superiorem quid à quolibet expectare d
beat. Erumpunt æmulationum, & co
tentionum semina, quæ facilè statim ex
pare possis. Apparent principia nimiæ f
miliaritatis, & privatæ amicitiæ, quibus
tempestivè non occurras, perturbabitur a
quando communis animorum conjunctio,
caritas. Longum esset, ac supervacaneu
omnia recensere. Nunquam tamen supe
vacaneum putet qui curam aliorum ger
singula secum meditari, & omnia circum
spicere, quæ ad servandam Societatis int
gritatem impedimento aut adjumento e
possunt, ut ab illis caveat, his utatur ad su
rum protectum; existimétque nihil major
momenti ad rectam administrationem ha
solertia in præveniendis erratis. Utile e
enim Religiosæ gubernationi, noxas, post
quam admissæ fuerint, emendare; sed lon
gè utilius, ac felicius est communitatem ab
illis, antequam committantur, immunem
præstare. Illud enim cum molestia & pe
riculo conjunctum est, ùt modò dicebam
hoc innocentiæ statum integerrima sanita
te fruentem repræsentat. Ideo sapientissi
Const. p. 3. c. 1. §. 13. mus nostri Ordinis Institutor *Antevertere*, in
quit, *oportet tentationes adhibitis earum con
trariis.* Ars hujusmodi prospiciendi in fu
tu-

turum, regimen vestrum quàm fieri potest simillimum reddet providentissimæ DEI gubernationi; qui omnia prospiciens, omnia suaviter simul ac efficaciter ad præstitutos fines disponit, ac perducit.

*Hactenus dicta pertinent etiam ad Provinciales. Præsertim in visitatione.*

Hæc quæ de Superioribus peculiaris cujusvis loci ferè dicta videbuntur, ad se quoque spectare non dubitent ii, qui provincias regunt. Ad eos cùm dispositio personarum pertineat, & officiorum quæ præcipua sunt in Collegiis ac Domibus; constat quàm accuratos esse oporteat in ea gubernationis parte; quæ circa providentiam, cautionem, & diligentiam in avertendis, quæ timeri possunt, detrimentis versatur. Universè verò, quò latiùs patet eorum authoritas, & potestas, eò plùs prodesse aut nocere possunt, prout soliciti vel desides fuerint. Et, nè dicta repetamus, intelligant sibi potiori quodam jure denuntiata, quæcumque de necessitate disciplinæ tuendæ hucusque observavimus. Neque existiment conscientiæ suæ eo satìs consultum, quòd impositos Collegiis habeant aptos Superiores & administros; nisi experientiâ certò didicerint, illos reipsa spei respondere, ac officii partes explere. Deprehendent id potissimùm in domiciliorum visitatione. Quæ cùm præcipua sit eorum mu-

ne-

neris pars; animadvertant, si in illa perfun-
ctorie se gerant, reos fore prævaricationis,
quam adeò formidandam esse Superioribus
satis monuimus. Properant aliqui, ac re-
sitationem angusto paucorum dierum spa-
tio circumscriptam volunt. Ex eo tam exi-
guo tempore multùm sæpe detrahunt col-
loquia cum externis, quæ vel urbanitas, vel
necessitas suadet. Multum sibi vindicant
literæ aliunde missæ; atque aliò mittendæ.
Interim subditi, quibus erat in votis Pro-
vincialis præsentia, audiri vellent per oti-
um, accepturi solatium, ac remedium, quod
speraverant. Petit res domestica literaria
& spiritualis, diligens & accuratum exa-
men, & secundùm hoc postulat seriam de-
liberationem, ut si quid erratum esse depre-
henditur, corrigendi in posterum ratio
præscribatur, non ad speciem & pom-
pam, sed efficax & duratura. Inter pu-
gnantes invicem relationes indagare oppor-
tebit, utri parti credendum. Nec mediocrem vigilantiam exigit fucata nonnum-
quam pax, & animorum consensio inter do-
mesticos uno ore celebrantes legum obser-
vationem, quæ domi floret: accurata, &
solers circumspectio dignoscet, absintne
revera, an dissimulentur culpæ. Omnia
hæc, ùt per se liquet, nec primo intuitu
per-

perspiciuntur; nec levi cura, & solicitudine componi possunt. Moram postulant, & multiplicem inspectionem, atque consultationem: quam certè non permittit mensura temporis exigua, & quæ desiderio discedendi potiùs, quàm rerum necessitati accommodata sit. Perpendant, quæso, caput decimum quartum regularum Provincialis, quod totum est de visitatione, & videant qua ratione tot tantíque momenti disquisitiones atque industriæ, quæ illis injunguntur, cursim, &, ut ità dicam, tumultuariâ operâ, perfici possint. Foret inutilis hoc modo peracta visitatio. Non inutilis tantùm, sed noxia evaderet, si Socius non omnino inter se consentientibus, in alterutram partem plùs justo propenderet, qui æquus arbiter, & concordiæ sequester esse debuerat. Hic certè non conciliator haberetur; magìs exacerbata parte, cui non faviſſet. Præsertim si in suspicionem veniret, plus dedisse privatæ amicitiæ, aliísque respectibus, quàm æquitati, & meritis causæ. Omitto nimiam lenitatem, & metum, qui hominem faciunt studiosiorem tegendi maculas, quàm detergendi; de his enim satìs actum superiùs. Si, quod avertat Deus, tales essent Provincialium lustrationes, id efficerent, ut morbus incrementum

tum caperet, unde remedium petebatur; proindéque vix quicquam spei reliquum de-set restituendæ sanitatis.

*De subditorum emendatione non desperandâ.*

Illud commune sit tam his, qui provincias, quàm iis qui domos gubernant; ut si fortè illa, quam exigimus, diligentia usi alio quem inveniant minùs docilem, aut morbis resistentem; non ideo de illius emendatione desperent. Nihil hac desperatione deterius. In primis enim Rectorem ipsum desidem reddit; quis enim conatum adhibet, quem irritum fore sibi persuadet? re-um verò sibi relictum, nullo ad resurgendum incitamento erectum, perdit. Apud S. Chrysostomus ad spem nunquam abjicien-endam, & curam eorum etiam, qui correctione non proficiunt, adhortatur animarum pastores hoc exemplo: *An non videt,* inquit, *parentes quomodo filiis suis, licèt de vita desperatis, assideant lacrymantes, lamentantes, omnia quæ possunt admoventes, ad supremum usque halitum. Hæc tu quoque facito pro fratribus. Et tamen illi non possunt lacrymis & lamentis morbum depellere, aut mortem imminentem abigere: tu verò frequenter poteris animam deploratam, assiduitate instantiáque per lamenta revocare, ac suscitare.* Quod si nusquam permittit caritas, ut animum quis desponeat; multò minùs

De Laz. Conc. 1.

id tolerari posset in Societate, ubi tot suppetunt adjumenta ad mores reformandos; ut etiamsi quis resistere possit singulis, omnibus vel pluribus opportunè adhibitis cedere cogatur: dummodo Superior tædio, vel impatientiâ victus resistenti non cedat; sed imitetur DEI patientiam, longanimitatem, benignitatem, quæ, teste Apostolo, *ad pœnitentiam adducit.* Merebitur hoc studium juvandi fratres nostros, ut DEUS ipse vires addat æmulatoribus longanimitatis, quam exemplo suo commendavit, & victoriam concedat, quæ præmium esse solet constantis & paternæ caritatis: nunquam deserentis filios, quantumvis degeneres. Sin aliquando eveniat, ut delinquentis pervicacia Superioris conatum omnem atque industriam frustretur; erit certè, ùt diximus, in tuto merces nostra apud DEUM, cui tandem uni hujusmodi labor impenditur.

*Fidelitas in propouendis cãditatis ad regimen, quàm necessaria.*

Gravissimum illis onus imponi, quibus aliorum gubernatio committitur, ex iis omnibus quæ dicta sunt, satìs constare arbitror: atque adeò, quid ab eis requiratur. Quantâ scilicet illos esse oporteat sapientiâ, quàm solida religione ac virtute, quanta animi fortitudine constantiáque, ut pares sint tam arduæ provinciæ, sinè suo atque aliorum periculo administrandæ. Unde in-

telligant velim ii omnes, quorum est ipsi
ad perfecturas proponere Præposito Gene-
rali, quàm sanctè teneantur ad illos mo-
nandos, quos verè idoneos in Domino p-
dicaverint. Videant an tanti ponderis
liberatione, habenda sit ratio amicitiæ;
dandum aliquid deprecationi, aut alicu-
id postulantis authoritati; acquiescend-
sit carni, & sanguini; ferendúmque suf-
gium, prout suaserit patriæ aut nation-
mor; an in consilium vocandæ sint a
humanæ rationes atque respectus; an in-
mationes ab his tantùm capiendæ, quos
vere candidato, & optima quæque de
pronunciaturos, certò præsumitur. An
rò unicè attendendum sit DEI obsequi-
& Societatis utilitas. Extant hac de re,
luberrima antecessorum meorum mon-
Quare non est cur diutius in hoc morem-
Tantùm res ferebat, ut moneremus, cu-
qui præficiendos proponit, non debe-
se alienam putare obligationem graven-
que multiplicem, quâ Superiores adstri-
vidimus. Quidquid enim peccabit pari-
idoneus Moderator, illum constituet re-
qui infideli suffragatione tantum intul-
omnibus damni.

*Maxima utilitas*

Ut ad ipsos redeam, ad quos dirigi-
hæc epistola. Postremum, quod eos

nitos velim, hoc esto. Proposui, quantum detrimenti passura esset Societas à negligenti, ac remissa gubernatione. Non omittendum nunc, quantum utilitatis consecutura sit ex vestra in legibus custodiendis vigilantia & solicitudine. Verbo rem absolvam: Quam diu vestro studio stabit Instituti nostri observatio, tam diu florebit in hominibus Societatis perfectio & virtus, quam idem præscribit, continétque; vigebit assiduus in divina gloria promovenda nostrorum conatus; & quod indè consequitur, accedet communis utilitas, & plurimorum salus nostris laboribus parta. Hæc, aliáque id genus innumera, tum ad externos pertinentia religionis incrementa, fructus erunt vestræ in regendo industriæ, ac laboris: & quidem non exiguo hujus vitæ spatio circumscripti, sed perennaturi in perpetuas æternitates. Unde immensus vestris apud DEUM meritis accedet cumulus. Neque acriorem stimulum adhiberi posse puto hominibus, quorum laboribus in gubernando susceptis, & nostri Instituti ratio, & propria ipsorum virtus non aliud præmium, quàm divinum, propositum esse voluit. *accuratæ gubernationis.*

Reliquum est, ut subditi, dum intelligunt quàm grave ac periculosum onus sustineant hi, qui præsunt, docilitate ac pa- *Conspirent ad optimum gubernationem.*

*tionis statum cum Superioribus subditi.*

rendi alacritate illud levius ac suavius cere impensè studeant. Dúmque co se, ac libertatem sibi quandoque circum bi sentient, non immiti Superioris nio, vel minùs benevolo ergo se anim scribant; sed sibi persuadeant eum ve vitum, religione ac necessitate ad id Hac membrorum cum capite consen ad eundem religiosæ virtutis scopum, ut, quod ait Apostolus, sitis *unum co & unus spiritus, sicut vocati estis in una s cationis vestræ*: quæ per legum nostr custodiam ad sanctitatem, & tandem a ternam beatitudinem nos invitat ac d

Ad Eph. 4. 4.

Romæ 15. Decembris 1706.

*Omnium Servus in Christo*

MICHAEL ANGELUS
TAMBURINUS.

INDE

# INDEX IN LITTERAS PRÆPOSITORUM GENERALIUM.


## Abdicatio.

*IN Abdicatione bonorum quomodo peccetur* pag. 557.
*Bonis suis maturè se abdicare, fructus est paupertatis* 689.

## Abusus.

*à Superioribus antevertendi sunt* - 826.

## Admonitiones & Correctiones.

*Quales* 107. 108. *&c. quomodo admittendæ* - 62.

## Adspiratio.

*Crebræ per diem Adspirationes juvant interiorem hominem* - - - 546.

## Ædificium.

*Societas ædificio comparata* 585. 827. *Lux duplex ædificii spiritualis* 634. *Spirituali Societatis ædificio plurimùm metuendum ab adversis ventorum flatibus* 700.

## Affectio Affectus.

*Affectiones corrumpunt sinceram informationem* 732. *Affectibus humanis non laborent Informatores* 734. *Ex Nationis vel Cognationis affectu oritur infidelis informatio* 756.

## Afflicti.

*Afflictorum consolatio in Societate quàm circumspecta esse debeat* 822.

# INDEX.

## Amor.

*Amore potìs regendum, quàm timore,* 825. *Sed amor nil proficit, timore agendum, ibid.*

## Amor Dei.

*Ejus incitamentum Amor.* 150. 359. *Vide* 262. 459.

## Amor sui.

*Privatus sui ipsius Amor causa, cur Superiores sint remissiores in executione* - -

## Animarum salus & zelus.

*Vide* 15. 139. 210. *Juvandæ modo ac mediis Soc.* 230. *Quantum ad eas juvandas teneamur* 265. *&c. item* - 316. 328. 343. 458. 467.

## P. Claud. Aquaviva.

*Ejus Pia desideria* 77. *Humilitas & gratitudo pro vocatione* 124. *Studium in Societatem* -

## Architectus.

*Tria Architecto curanda* -

## Benedictio.

*Ad promerendã Abrahami benedictionẽ opus est obedientiã* 533. *& Humilitate ibid. & arctiori vinculo ad sedem Apostolicam* 534.

## S. P. Borgia.

*Ejus æstimatio Societatis & primorum Patrum* 64. *Apophthegmata* - - 445. 447.

## Candidatus.

*In Candidatis examinandis & admittendis quæ cura habenda* - -

## Caritas. *Vide* Amor Dei & unio.

## Castitas.

*Ejus momentum* 452. *Media* 483. *Votum sum*

mum ibid. Pericula ibid. Duo præsidia castitatis 622.

Charitas.

Charitatis certissima pestis & mors est spiritus Nationalis 714. Charitatem non dividit distantia locorum 721. Charitas vera quæ? 800. non agit perperam, non init pacem cum delictis ibid.

Christus.

Christo, cujus omnes membra sumus, injuriam facit Spiritus Nationalis - - 708.

Christiana doctrina, Catechismus. *Vide* Missiones, Professi, Superiores.

Cognatio.

Ex Cognationis affectu oritur infidelis informatio. 756.

Colloquium.

Assuescendum piis colloquiis - 570.

Cometes.

Utì in aspectabili, ità & in mystico cœlo Cometes aliquando - - - 526.

Communitas.

Tota communitas aliquando punitur ob peccatũ unius 501.

Concionatores, Conciones.

Sint ad fructum, & cor 121. 217. Earum momentum 317. 396. modus 318. Quæ Concionatoribus curanda 319. 424. 459. 255. Eorum munus 402. Adjumenta septem 397. Impedimenta quindecim 403. industriæ duodecim 413. Concionandi facultas in juvenibus excitanda & excolenda - - - 633.

Concordia. *Vide* Unio.

Confessarii, Confessio.

*Quædam iis præstanda* - 121. 218

Constitutiones. *Vide* Regulæ.

Contemplatio. *Vide* Oratio.

Consanguineus.

*Consanguineorũ negotia temporalia non suscipienda*

Conscientia.

*Redditio rationis Conscientiæ præsidium Castitatis*
*Ut ea bene reddatur, quatuor dotes in Superiore nec*
*riæ* - - -

Consolatio.

*Afflictorum in Societate quàm circumspecta esse debeat*

Contemplatio.

*Immoderata contemplatio rerum Divinarum, impedit*
*gilantiam superiorum* -

Contemtus.

*Levium culparum* -

Cor.

*Cordis dissipationem quid consequatur*

Correctio.

*Corrigendi errantes, & quomodo* 607. *In reprehen*
*do duo extrema vitanda* 609. *Ejus methodus rid*
*quenda Superiorum prudentiæ* 823. *Propter, varia*
*minum ingenia* - -

*Vide* Admonitio, Superior.

Devotio. *Vide* Maria, Oratio, Spiritus, Exer
tia, Officium Divinum.

## Defectus.

*Defectus ſubditorum, quos aliqui Superiores timent corrigere, ſtudent occultare* 796. *Atque etiam defendere* 799.

## Deus.

*Quis* 346. *Ejus perfectiones duodecim quid à nobis requirant* 349. *Deus ob unius peccatum aliquando punit totam communitatem* 501. *Quantum Deus primo ſæculo Societati faverit* 535. *Quid in vicem repoſcat* 536. *In omnibus quærendus* - - 547.

## Diabolus.

*Ejus qualitates* 137. 206. 336. *Ei obnitendum* 328.

## Dimittere.

*Dimittendi inidonei & noxii* 600. *Ratio dimittendi Novitios* 813. *Remedia priùs adhibenda ibid.*

## Diſciplina Domeſtica.

*Diſciplinam quæ impediant* 772. *Cauſæ torporis Superiorum in diſciplinæ promotione* 787. *Diſciplina ſemel collapſa quàm difficilè reparetur* 803. 810. *Ad diſciplinam tuendam quæ ſtimulare debeant ſuperiorem. à pag.* 807. *Diſciplinæ curam nunquam deponere debet Superior* 824. *Nec in ea difficultatibus cedere* - - *ibid.*

## Diſcretio. *Vide* Fervor indiſcretus.

## Diſplicere.

*Timor diſplicendi, cauſa, cur Superiores ſint remiſſiores in exſecutione* - - 513.

## Domus Profeſſa.

*Paupertas Domuum Profeſſarum* - 565.

## Domus Probationis. *Vide* Novitii.

Effusio ad exteriora.

*Impedit vigilantiam Superiorum* 774. *Effusionem, et dissipationem cordis quid consequatur.* - 7[illegible]

Emendatio.

*Subditorum, nunquam desperanda Rectoribus* [illegible]

Examinare.

*Quisque se examinet, quantum præstet, & quantum proficiat* 582. *In examinandis Candidatis quæ cura adhibenda* [illegible]

Exemplum. *Vide* Concionatores, Superiores &c.

Exercitia spiritualia.

*Quoad nostros omnes* 139. 232. 254. 313. 325. 337. 47[illegible] *Quoad Missionarios & Concionatores* 319. 361. *Quoad externos* 313. 467. *Usu exercitiorum spiritualium S. P. N. confirmari debet nostra renovatio* 507. *Quotannis per octiduum obeunda exercitia spiritualia* 548. *Danda etiam externis* 549. *Provinciales quotannis scribant, qui, & quare exercitia omiserint ibid. Solita pietatis exercitia non omittenda in itineribus* - - 56[illegible]

Excusatio.

*Excusatio culparum causa torporis Superiorum in disciplinæ promotione* - - 79[illegible]

Exsecutio.

*Exsecutio est vita legis* 770. *Exsecutionis necessitas* 771. *Cur sæpe commendanda* - - 78[illegible]

Fama.

*Omnes actiones nostræ exigendæ ad famæ communis tranquillitatem* - - [illegible]

Fervor indiscretus.

*Ejus damna* 12. *Minùs jam timendus* - 3[illegible]

Fervor. *Vide* Tepor, Spiritus, Perfectio, Renovatio.

Fidelitas.

*In proponendis ad gubernandum* 833. *Vide Tit: Informationes.*

Fundatio, Fundator.

*Qui in Missionibus versantur, non tractent de fundandis novis collegiis* 580. *Erga Fundatores gratitudo.* 616.

Generalis Præpositus.

*Subditos bene merentes præmiat* 753. *Æquum & honestum spectat sinè personarum acceptione* 754. *Cur necessariæ sint ipsi sinceræ informationes* - 757.

Gradus.

*De promovendis ad gradum dandæ fideles Informationes* 741. *Indigni promoti ad Professionem, quantum noceant Societati* - - 743.

Gratitudo in Deum.

*Hujus motiva* 339. 344. *Ingratitudinis damna* 353.

Gubernatio. Gubernare.

*Gubernaturi dum proponuntur, quâ fidelitate sit opus* 833. *Gubernationis accuratæ utilitas* 834. *Ad ejus felicem statum conspirare oportet subditos cum superioribus* 835.

Homo.

*Homo interior tantò sit sublimior, quantò finem spectat sublimiorem* 544. *Specie sit homo, gratiâ Angelus ibid. Interiorem hominem juvat matutina meditatio* 545. *& crebræ per diem Adspirationes* - 546.

Honestas.

*Honestas, ad subruendam paupertatem adhibita* 664. *Ab hoc capite periculum est iis, qui Aulas frequentant* 667.

Humi-

## Humilitas.

*Quàm necessaria* 157. 465. 464. *Ejus praxis* ... *Opus est Humilitate ad promerendam Abrahami Benedictionem* 533. *Humilitas potissimum curanda in magnis ingeniis* –

## Iaponia *Vide* Missio Indica.

## S. P. Ignatius.

*Quid senserit de Obedientia* 19. *De suorum professi zelo* 1. 8. 11. *De eorum mortificationibus & charitate* ... *Non gubernavit politicè* 113. *Societatem inniti voluit patrocinio SS. Petri & Pauli* 124. *Vide* 83. 89. 110. 115. 1... 207. *S. P. Ignatius comparatur soli* 528. *Quid S. Ignatius senserit, scripserítque de Paupertate* 652. *Spiritus S. Ignatii non fuit Nationalis* –

## Impunitas.

*Auget peccandi licentiam* –

## Incuria.

*Nonnullorum Superiorum* –

## India. *Vide* Missio Indica.

## Industria.

*Natura, post primi hominis lapsum, prona in malum, ... sudore & labore non satis excolitur* –

## Informationes. Informatores.

*Infideles quantùm Societati obsint* 732. *Affectibus humanis non laborent informatores* 734. *Damna ex informationibus infidelibus* 737. *Informatio de quovis damnato qualem meretur* 738. *Informatores insinceri sunt causa damnorum, quæ indigni ad Professionem promoti inferunt Societati* 744. *Informatores non imitentur solem, sed Oc... ccanum*

ceanum 746. Informatio infidelis oritur ex Nationis vel cognationis affectu 756. Informationes sinceræ cur Patri Generali necessariæ 757. Informatores quales deligendi? 760. Quæ bona sequantur ex hoc, si constet, in Informationibus sola merita spectari - 760.

Institutum.

Instituti custodia commendatur Superioribus 770.

Intentio.

Recta in omnibus intentio habenda - 548.

Jubilæum.

Ad id quæ præparatio: & à quibus Societati concessum 159. 174. 254. 337. 470. 538. Causæ celebrati Jubilæi 490. Quid faciendum, ut annus sæcularis Societati Jubilæus sit - - 492.

Juniores.

Eorum sedula institutio necessaria 813.

Juventus, Juvenes.

Renovanda juventus nostra ùt Aquilæ 503. Per Assiduam Christi patientis memoriam, ac meditationem 505. Concionandi facultas in juvenibus excitanda & excolenda 633.

Lætitia.

Magnæ causa lætitiæ 496. Hujus labes, si qui filii degeneres ibid.

Languor.

Impedit vigilantiam superiorum 775. vide: Remissio.

Lenitas.

Lenitatis titulo interdum se cohonestat remissio in gubernando - - 799.

## Lex.

*Legum antiquarum observatio potior novarum inno-tione* 2. *Lex Religiosis duplex proposita: interna, & ex-terna* 3. *Legis internæ magisterium pendet à communica-tione cum Deo* 3. *Legis externæ custos est Superior* 4. *Le-gum custodia commendatur Superioribus* 5. *Legis viva exsecutio* 5. *Legum & ordinationum exsecutio cur so-commendanda* - -

## Libertas.

*Liberiores in Religione nocent verbo & exemplo* 4

## Libri.

*A libris minùs castis omnino abstinendum* 569. Gra-*sima indè damna existunt* - 57

## Lingua.

*Ejus vitia* 468. *Spiritualia colloquia* 391. 4

## Magister Novitiorum.

*Magistri Novitiorum munus* - 5

## Mansuetudo.

*Mansuetudo quæ vera?* 801. *Quæ falsa & noxia* 80

## B. V. MARIA.

*Spes & tutela Societatis* 199. *Ejus cultus ibid.* Potes-tia, *& charitas* - - 20

## Meditatio.

*Meditatio matutina juvat interiorem hominem* 545. V-de Oratio.

## Minima.

*Minimorum contemtus, initium ruinæ familiarum re-ligiosarum* - - 73

## Ministeria.

*Ministeria Societati propria* - 577.

## Missa.

*Devotè celebranda* 389. *In Sacrificio cogitandum Cui, Quid, Cur, Quomodo* 390. *Ad Sacramentum quæ præparatio remota, proxima* 391. *Quæ observanda, ante, post, in tempore* - - 391. 392.

## Missiones.

*Earum instituendarum modus è Collegiis* 255. 282. *& Residentiis* 283. *Necessitas* 257. *Zelus* 260. *&c.* 329. *Impedimenta ibid. Qui mittendi* 256. 281. *&c. Facultates* 256. *Conciones* 255. *In iis concilianda benevolentia, &c.* 255. *In Missionibus Nostri æmulentur Apostolos* 578. *Missiones non impediunt proprium animi profectum, si earum Regulæ serventur* 579. *Missiones omnibus commendantur ibid. Quælibet Provincia habeat Residentiam unam pro Missionibus* 580. *Qui versantur in Missionibus, non tractent de novis Collegiis fundandis ibid. Votum solemne de Missionibus* 631. *Curandum ut rectè obeantur Missiones* 632. *Missionum æstimatio* - 731.

## Missio Indica.

*Ejus præstantia* 40. *Ei quæ perfectio necessaria* 41. *Quæ cautela & adjumenta* 43. 44. *Excellentia & finis* 239. *&c. Prædictiones* - - 240.

## Modestia.

*Ejus momentum & vis* - 443.

## Modus vivendi.

*Modus vivendi Societatis exterior communis quidem; sed Pauperum, re, & affectu* - 556.

Mor-

## Mortificatio.

*Ad interiorem Societatis vitam necessaria* 549. *Ejus multiplex*; *Carnis, sensuum ibid. Affectionum, intelligentiæ, & Voluntatis* 552. *Mortificatio voluntatis in quo sita* 554. *Internæ necessitas* 63. 214. 335. *Quàm propria Societati* 63. 111. 207. 208. *Publica* 63. *Exterioris utilitas* 300. 303. *&c. Modus quoad Scholasticos* 288. 300. *Quoad reliquos ibid. & sequ.*

## Nationalitas.

*Ex Nationis affectu oritur infidelis informatio* 71

## Necessaria. Necessitas.

*Necessaria non subtrahantur* 626. *Necessitas ad subruendam Paupertatem adhibita* - 67

## Negotia.

*Ab alienis, & Sæculi Negotiis abstinendum* 573. *Negotia temporalia Consanguineorum Nostri nè suscipiant* 68 *Negotia sæcularia impediunt vigilantiam superiorum* 71

## Novitiatus, Novitii.

*Institutio & Probatio* 49. 220. *Bene fundandi* 51. *Eorum gratia & docilitas* 102. *Boni Novitii signum* 51. *Novitiorum institutio qualis* 596. *Ratio dimittendi Novitios* 60 *Remedia priùs adhibenda ibid. Fervor Novitiorum fovendus & promovendus* 606. *Corrigendi errantes; & quomodo* - - - 60

## Obedientia.

*Nota Societatis* 21. 36. 59. 447. 480. *Ejus utilitas & præstantia* 15. 20. 23. 36. 448. *Ejus necessitas & secunditas* 15. 20. 27. 450. 480. *Ejus munus & excellentia quæ* volun-

*voluntatem* 22. *Quoad intellectum* 25. *&c. Latitudo* 22. 35. 450. *Typus* 448. *Adjumenta* 33. *Defectus* 28. 480. *Exempla* 33. *Obedientia imperfecta qualis* 97. *Opus est obedientiâ ad promerendam Abrahami benedictionem* 533. *Obedientiæ præstantia* 628. *Ejusdem exsecutio difficilis* 629. *Duo adjumenta obedientiæ* = 630.

Odium.

*Odium adversùs Spiritum Nationalem, non sibi tantùm, sed aliis quoque instillandum* = 726.

Officium.

*Officiorum distributio sic facienda à Superioribus, ut antevertantur pericula* = = 826.

Officium Divinum.

*Attentio, reverentia, devotio* 382. *&c. Tempus, locus, situs* = = = 384.

Omissio.

*Omissionis errata faciliùs nos decipiunt, quàm commissionis* 781. *Ab omissionis peccatis, quantùm timendum sit Superioribus* = = *ibid.*

Oratio.

*Necessitas & utilitas* 86. 233. 251. 254. 288. 325. 444. *&c. Excellentia* 463. *Modus quoad Scholasticos* 288. *Quoad reliquos* 289. 251. *&c. Methodus* 292. *&c. Meditationis necessitas, hora, methodus, frequentia* 89. 288. *&c.* 310. *Contemplationis usus in Societate* 290. *Tria genera* 293. *Argumenta quædam de divinis Perfectionibus* 349. *Recollectio frequens, elevatio mentis, &c.* 44. 297. *Aspirationes, Exercitium præsentiæ Dei* 297. *A communi-*

*catione cum Deo pendet legis internæ magisterium 768. Fa-*
*miliaris cum Deo usus supplet quamlibet aliam legem 76*
*Communicatio cum Deo Magistra virtutis & perfectionis*
*Vide* Officium divinum, Missa, Præsentia De
Spiritualia, Tribulationes, Exercitia, &c.

Ordinationes.

*Accurata & efficaci Ordinationum exsecutione con*
*manda renovatio nostra 508. Quæ requiritur non tan*
*in subditis, sed multò magis in Superioribus 509. Ordi*
*tionum exsecutio cur sæpe commendanda*

Ordo Religiosus.

*Ex tribus pendet incolumitas, & progressus Ordinis Re*
*giosi*

Passiones animi.

*Mortificandæ maximè in vita mixta 137. Vide Mor*
tificatio.

Paupertas.

*Qualis debeat esse usus rerum concessarum 561. Libe*
*ter careamus, etiam necessariis 563. Paupertas Christi q*
*lis ibid. Paupertas Domuum Professarum 565. Verus Pa*
*per sit ab omni affectûs intemperantia sejunctus i & fi*
*similis 566. Puritas Paupertatis curanda 625. Paupe*
*ti magis attendendum, quàm reliquis Votis 641. Paup*
*tatis necessitas ostenditur ex fine Societatis 642. Item*
*debito propriæ Perfectionis 643. In rebus etiam mun*
*Paupertas ad Perfectionem necessaria 646. Quàm per*
*nicioſum sit opiniones Paupertatem relaxantes dissemin*
*648. Quid de Paupertate senserit, scripserinque S. P*
Ign

Ignatius 652. Perfectæ Paupertatis necessitas ostenditur ex cura Proximorum 657. Honestas ad subruendam Paupertatem adhibita 664. Item, Necessitas 671. Aliquot Paupertatis fructus degustandi proponuntur — 676.

1. Nullâ re uti tanquam propria — 677.

2. Non multa secum convehere, cùm in alia Collegia migrandum est — — 679.

3. Libros superfluos non habere; non usui proprio addicere — — — 682.

4. Si quæ dono dantur, nè pretiosa sint, aut nimis multa — — — 683.

5. Libenter pati sibi in usum dari, quæ domi vilissima sunt — — — 684.

6. Nihil sibi supra cæteros debitum velle ob labores in Societate susceptos — — 685.

7. Negotia temporalia Consanguineorum non suscipere — — — 687.

8. Bonis suis maturè se abdicare — 689.

Ad Paupertatem persuadendam exemplum Christi Domini efficacissimum 695. Circa eam observanda 59. 451. 466. 467. Quæ vitanda 484. Ejus necessitas & excellentia — — — 59. 451.

Pax.

Pacis domesticæ turbandæ metus; causa torporis Superiorum in disciplinæ promotione — 795.

Peccata.

Eorum fœditas, malitia, & damna 165. 175. Etiam venialium 366. 377. Quomodo à singulis cavenda 366. Quantum à Superioribus in disciplina communi 377. Enume-

*rantur quædam magis obvia ibid. & 465. &c. Objec-*
*tum unius aliquando punitur tota Communitas*

Peregrinatio.

*Parsimonia tenenda in itineribus 562. In illis solita p-*
*tatis exercitia non omittenda*

Perfectio.

*A quo detur; & quas dispositiones requirat 1. Do-*
*menta ad eam juvantia 5. &c. Incitamenta varia 3-*
*339. &c. Instrumenta quatuor 9. Impedimenta 12.*
*134. 335. Studium ejus quàm necessarium 8. 133. 135.*
*160. 333.* Attende tibi *in vita mixta quid significet*
*Vide etiam 8. Ex debito propriæ Perfectionis necessaria P-*
*pertas 643. In rebus etiam minimis Paupertas ad Per-*
*fectionem necessaria 646. Perfectionis Magistra est oratio*

Pietas.

*In Superiore non sufficit, nisi eam & in subditis fo-*

Pœnitentia. *Vide* Mortificatio.

Præsentia Dei.

*Ejus Exercitii necessitas, utilitas, & usus in primis Pa-*
*bus, &c. 64.* *Vide* Oratio, Deus, Missiones.

Prævaricatio.

*Prævaricationis noxa timenda Superiori remisso*

Probatio. *Vide* Novitii.

Professi.

*Quoad humilitatem, labores, & solidas virtutes*
*Quoad Missiones* 278. 282.

Professores.

*Professorum pro studiis altioribus delectus habendus*

## Propensio.

*Privata in aliquos Propensio, causa, cur Superiores sint remissiores in exsecutione* – 515.

## Provincia.

*Quælibet Provincia habeat Residentiam unam pro Missionibus* – – – 580.

## Provinciales.

*Iis commendata: quoad Regulas quasdam* 224. *Quoad informationes* 212. 222. *Quoad Superiores sibi subditos, Consultores, & antiquiores Patres* 212. 222. *&c. Quoad Præfectos spiritûs, Concionatores & Confessarios* 213. 217. 218. 318. *Quoad Scholasticos, quoad immortificatos & dimittendos* 213. *&c. Quoad Novitios* 213. *Quoad Missiones & proximos* 229. 254. 278. *Quoad concordiam* 228. *Provinciales quotannis scribant, qui, & quare Exercitia spiritualia omiserint* – – 549.

*Tueri debent authoritatem Superiorum immediatorum.* 821. *Quàm providi esse debeant in officiorum distributione.* 826. *Quàm vigiles & accurati in Collegiorum visitatione* 829. *Vide* Animarum salus, Superior, &c.

## Proximus.

*Proximos juvandi solicitudo nimia impedit vigilantiam Superiorum* – – 773.

## Quies.

*Quietis amor impedit vigilantiam Superiorum* 772.

## Recursus.

*Eum, ad mediatos Superiores, sacrosanctum esse oportet in Societate.* – – 822.

## Reddere Rationem.

*Redditio rationis Conſcientiæ præſidium Caſtitatis* [illegible] *Ut ea bene reddatur, quatuor dotes in Superiore neceſ* [illegible] *riæ* = = [illegible]

## Regimen.

*Ad regimen plus confert cordium, quàm corporum* [illegible] *tia* 758. *Vide* Gubernatio.

## Regulæ.

*Earum præſtantia* 92. 96. 99. 207. *Earum obſerva* [illegible] *quàm neceſſaria* 92. 96. 170. 223. *Quàm utilis* 92. *Quàm facilis* 96. 232. *Quàm ſufficiens* 206. *Quàm co* [illegible] *mendata* 92. 96. *Regularum obſervatio ſinè vi nobis* [illegible] *non obtinetur* 810. *Earum in Societate vigor* [illegible]

## Religioſi, Religio.

*Religioſi vita ſit irreprehenſibilis, in interiore, & ex* [illegible] *riore homine* 543. *Religioſo cœtui cultura ſolers neceſ* [illegible] *ria non minùs quàm ægro* = [illegible]

## Remedium.

*Contrariis erratis quæ remedia adhibenda* 571. *Reme* [illegible] *dia adhibenda ante dimiſſionem* 603. *Remediis ægrita* [illegible] *dinum ſpiritualium abundat Societas* = [illegible]

## Remiſſio.

*Remiſſio in gubernando, lenitatis ſe tituto cohoneſtat* [illegible] *Nocet religioni etiam in futurum* 813. *Remiſsè guber* [illegible] *nantium reprehenſio* 793. *Severitatis nota, dum timetur remiſſionis in gubernando eſt cauſa* 804. *Remiſſio Supe* [illegible] *riori timenda noxa prævaricatoris* 808. *Et indignatio Dei* [illegible]

## Renovatio.

*In quo consistat* 131. *Quàm sit necessaria & utilis* 133. 139. 143. 333. *Ejus usus in Societate & fructus* 161. *Quibus medius fiat, & promoveatur* 143. *Vetustatis signa* 129. *Renovanda juventus nostra, ût Aquilæ, per assiduam Christi patientis memoriam & meditationem* 503. *Renovatio nostra initium ducere debet à studio orationis* 506. *Deinde usu Exercitiorum spiritualium S. P. N. confirmari* 507. *Tum accurata & efficaci ordinationum exsecutione* 508.

## Residentia.

*Quælibet Provincia habeat Residentiam unam pro Missionibus* - - 580.

## Respectus humani.

*Impediunt vigilantiam Superiorum* 776. *Nocent gubernationi* - - 806.

## Res Temporales.

*Nimia cura, ac sollicitudo rerum temporalium, causa cur Superiores sint remissiores in executione* 518. *In renuntiatione bonorum quomodo peccetur* 557. *Abstinendum à nimia cura rerum temporalium* 574. *Bonis suis maturè se abdicare, fructus est Paupertatis* 689.

## Ruina.

*Initium ruinæ familiarum religiosarum à minimis* 789.

## Sæculum.

*Quantum Deus primo Sæculo Societati faverit* 535.

## Sæcularia.

*Sæcularia negotia impediunt vigilantiam Superiorum* 774. *Vide* Negotia.

## Scholasticus Societatis.

*Scholasticorum diligentia excitanda* 615. *Quoad cognitionem sui, & humilitatem solidam* 53. *Quoad pietatem* 55. *Vide* Provinciales, Superiores.

Scientia.

*Scientia nostra sacra sit, ex materia, intentione, ad finem* 568. *Et executione* 572. *Sinè virtute est noxia* 75

Sedes Apostolica.

*Ad promerendam Abrahami benedictionem opus est arctiori vinculo ad Sedem Apostolicam* 51

Senex.

*Senibus aliquid indulgendum* 627. *Seniores tueri debent authoritatem Superiorum* - 83

Sensus.

*Mortificatio sensuum ad interiorem Societatis vitam necessaria* - - 57

Severitas.

*Severitatis nota, remissionis in gubernando causa* 80

Silentium.

*Silentii neglecti damna* - 79

Subditi.

*Subditorum emendatio nunquam desperanda Rectoribus* 832. *Subditos cum Superioribus conspirare oportet, ad gubernationis felicem statum* 835. *Subditos bene merentes præmiat P. Generalis* 753. *Ex minùs dignis subditis à Superioribus formandi sunt digni* 755. *Subditi palmam in quo imitari debeant* - - 76

Societas JESU.

*Quid faciendum, ut annus Secularis Societati Jubilæus fit*

*sit* 492. *Societas centum annorum infans* 493. *Singuli sint in Societate quasi modò geniti infantes* 494. *Societas Calebo similis ibid. Unius è Societate vitium attribuitur universis* 498. *Primævus Societatis ardor, & Spiritus instaurandus* 503. *Juventus Societatis renovanda, ùt Aquilæ ibid. Societas similis Cœlo* 524. *Quantum Deus primo Sæculo Societati faverit* 535. *Quid in vicem ab ea reposcat* 536. *Jubilæum ab Urbano VIII. Societati concessum* 538. *Modus vivendi Societatis exterior, communis quidem; sed pauperum, re & affectu* 556. *Ministeria Societati propria* 573. *Societas ædificio comparata* 585. *Idea Societatis* 635. *Ex fine Societatis ostenditur necessitas paupertatis* 642. *Spirituali Societ: ædificio plurimùm metuendum ab adversis ventorum flatibus* 700. *An in Societate reperiatur Spiritus Provincialis* 704. *Societas prædominante hoc Spiritu, salva esse nullo modo potest* 706. *Idem obscurat bonum Societatis nomen* 710. *Et Societatem adducit in apertum discrimen* 712. *Primi Patres Societatis non habuerunt Spiritum Nationalem* 722. *Ejus incrementa* 46. 78. 237. 338. *Figuræ* 78. 98. 205. 222. 237. 338. 546. *Humilitas* 207. 459. 465. *Vita & mors* 61. *Sinceritas & simplicitas primitiva* 62. *Unio, uniformitas* 98. 118. 477. *Obligatio ad Perfectionem, &c.* 170. 175. 344. *Institutum & gubernatio* 207. *Quibus mediis conservanda* 57. 98. 173. 174. 203. *&c.* 323. 445. 461. 476. *&c. Externi conciliandi* 237. *Vide* Tribulatio, Unio, Oratio, Spiritus, Exercitia, Missiones, Superiores, Religio, &c.

*Societas abundat remediis ægritudinum spiritualium* 780.
*Societatis encomium* - - - 783.

## Socius.

*Comparantur Nostri Stellis stantibus in ordine* 528. *Æstimandum non quàm multi sint, sed quàm probi* 53[illegible]

## Solitudo.

*Solitudinis amor impedit vigilantiam Superiorum* 77[illegible]

## Spiritus & Spiritualia.

*Primævus Societatis Spiritus instaurandus* 503. *Quas litteras* 53. *&c. Media & adjumenta* 57. 98. 445. *Affectionum spiritualium vis* 445. *&c. Regula generalis* 45[illegible] *Cura* 86. 864. *Profectus in spiritu* 94. *Difficultates unde ibid. Spiritûs consenescentis signa tredecim* 129. *Vide* Oratio, Renovatio, Perfectio, Superiores, &c. *Spiritualium rerum neglectus, ruinæ initium* 78[illegible]

## Spiritus Nationalis.

*Spiritus Nationalis ventus est adversus, a quo Spiritualis Societatis ædificio plurimùm est metuendum* 700. *Nationalis Spiritus quis* 703. *Qui illo Spiritu agantur ib. An in Societate ille Spiritus reperiatur* 704. *Damna quæ oriuntur ex hoc Spiritu* – – 706.

1. *Prædominante hoc Spiritu Societas salva esse nullo modo potest* – – *ibid.*

2. *Iste Spiritus injuriam facit Christo, cujus omnes membra sumus* – – 708.

3. *Obscurat bonum Societatis nomen* 710.

4. *In apertum discrimen adducit Societatem* 712. *Est certissima pestis, & mors charitatis* 714. *Spiritus S. P. N. & aliorum primorum Patrum Societatis, non fuit Nationalis* 721.

721. 722. *Odium adversùs tam malignum Spiritum non sibi tantùm, sed aliis quoque instillandum* 726.

Stella.

*A Stellis Nobis sumenda exempla virtutum* 528.

Studia.

*Vanitas in studiis cavenda* 569. *Studia nostra sacra esse debent, ipsa quoque executione* 572. *Ardor in studiis fovendus* 610. *Professorum pro studiis altioribus delectus habendus* - - 618.

Subditus.

*Accurata & efficax Ordinationum executio requisita in subditis* 509. *Subditi debent juvare Superiores in executione* 835. *Et esse ægrotis similes* 521. *Vel Sanctis Martyribus* 522. *Subditi Societatis similes orbibus cœlestibus* 524.

Subordinatio.

*Inter Juniores, & antiquiores, Consultores, Præceptores* 462. *Vide* Superiores, Obedientia, Humilitas.

Superioritas, Superiores.

*Qualis, quomodo acceptanda, & administranda* 371. 421. *Idonei qui* 55. 69. 85. 426. *Superiores, quoad Deum & divina* 85. 74. 209. 374. 422. *Quoad suos Prælatos, Admonitores, Consultores* 35. 379. 430. 439. *Quoad Societatem* 80. 96. 203. 209. 307. 373. 450. 480. *Quoad Regulas, Instructiones, &c.* 73. 89. *&c.* 94. 105. 203. 371. 374. 429. *Quoad seipsos & bonum exemplum* 70. 107. 211. 378. 422. 485. *Quoad regimen subditorum* 69. 225. 376. 439. *Egentium, ægrotum hospitum* 433. *In spiritualibus* 89. 105. 433. *In disciplina interiori* 74. *In sub-*

*ſubordinatione & unione* 115. 224. 380. 432. 438. 480. *In occupationibus externis & mortificatione* 207. 307. *Quo modum agendi, & gubernandi ſollicitè, ſecundùm Regulas piè, prudenter* 73. 209. 374. 426. 432. *Cum æqualitate omnes amore, veritate, ſinceritate, auctoritate* 72. *Cum compaſſione, benignitate, charitate* 80. *&c. Leni ſeveritate* 107. *Cum ſuavitate a prudentia divina, exercendi ſubditos in mortificatione & abnegatione ſui* 115. *Vitanda aſperitatem* 226. *Et prudentiam politicam* 110. *Nimiumque placendi ſtudium* 378. *Regularum executionem ſincerè urgendo* 430. *Et ſecretum fideliter ſervando* 439. *Vide* 374. *&c. Quoad externos & ſcholas* 120. 123. 314. 329. 457. 469. *Accurata, & efficax Ordinationum executio requiſita in Superioribus* 509. *Cauſæ, cur Superiores ſint remiſſiores in executione* – – 511.

1. *Inordinatum deſiderium omnes æqualiter juvandi* ibid.

2. *Timor diſplicendi* – 513.

3. *Privata in aliquos propenſio* 515. *Superiores aperti teneant oculos in facta, clauſas in perſonas* ibid. *Æquales ſe omnibus præbeant* – 516.

4. *Privatus ſui ipſius amor* – ibid.

5. *Nimia cura, ac ſolicitudo rerum temporalium* 518. *Contrariis erratis quæ remedia à Superioribus adhibenda* 571. *Ratio conſcientiæ ut bene reddatur, quatuor dotes in Superiore neceſſariæ* 623. *Superiores omnia agant ad ideam à S. P. N. relictam* 637. *Superiores exemplo præeant & nè tenaces ſint, & ſordidi* 692. *A Superioribus vigor in totam Societatem dimanat* 767. *Superior eſt cuſtos legis externæ* 769. *Superioribus commendatur Inſtitutio & legum cuſtodia*

*ſtodiæ* 770. *Superiorum vigilantiam quæ impediant* 772. *Superior Medicum agat* 780. *Non debet ſibi ſoli vacare* 772. *Nec proximis cum domeſticæ diſciplinæ neglectu* 773. *Superiorem non ſufficit eſſe pium, niſi pietatem & in ſubditis foveat* 782. *Superiorum negligentia quadam ratione deteſtabilior Deo, ſubditorum flagitiis* 787. *Cauſæ torporis Superiorum in diſciplinæ promotione ibid. Superiores quidam, nè videantur malè gubernare, defectus ſubditorum, quos timent corrigere, ſtudent occultare* 796 *Alii inſuper defendunt* 799. *Placere hominibus velle, non debet Superior* 806. *Superiorem ad diſciplinam tuendam quæ excitent* 807. *Superiori remiſſo timenda noxa Prævaricatoris* 808. *Et indignatio Dei ibid. Superior rationem reddet de animabus ſubditorum* 809. *Superior remiſſus nocet religioni etiam in futurum* 813. *Superiorum authoritas defenſa* 816. *Eam tueri debent ſeniores* 719. *Et Provinciales* 821. *Superiorem ad diſciplinam tuendam ſtimulare debet proborum omnium favor* 817. *Et delinquentium ipſorum approbatio tandem ſecutura* 818. *Et Dei auxilium ibid. Et conſcientiæ teſtimonium ibid. Ad Superiores mediatos recurſum oportet ſanctum eſſe in Societate* 822. *Superiorum prudentiæ relinquenda correctionis methodus* 823. *Ingenia enim hominum varia ibid. Et medicamentorum non eadem apud omnes ratio ibid. Diſciplinæ curam nunquam deponere debet Superior* 824. *Nec difficultatibus cedere* 825. *Amore potiùs regere, quàm timore ibid. Timore agere, cùm amor nil proficit ibid. Abuſus antevertere* 826. *Officiorum diſtributionem ſic facere, ut antevertantur pericula ibid. Emendationem ſubditorum nunquam deſperare* 832. *Ex*

*ſubditis*

*Subditis minùs dignis formen dignos 755. Superiores in quo palmæ dissimiles esse debeant 762. Superiores revereri decet, non aversari 763. Vide* Provinciales, Spiritus, Societas, Animæ, Missiones, Unio, Mortificatio, Oratio, Obedientia.

Temporalia.

*Temporalium rerum nimia cura impedit vigilantiam Superiorum* = = 774.

Tentatio.

*Tentationes antevertendæ* = 828.

Tepor.

*Quid sit* 133. 146. *Ejus causæ* 146. *Damna* 237. *Remedia* 147. 152. 344. *Ejus adjuncta* = *ibid.*

Timor.

*Timore in gubernando agendum, cùm amor nil profecit* = = 825.

Tiro.

*Tironum sedula institutio necessaria* = 813.

Torpor.

*Causæ torporis Superiorum in disciplinæ promotione 772. Vide* Remissio.

Tribulationes.

*Earum finis* 323. *&c. Remedia* 325. 464. *Fructus* 330. *Dei protectio ibid.* 321. *Vide* Oratio, Mortificatio, &c.

Ventus.

*Spirituali Societatis ædificio plurimùm metuendum ab adver-*

*adversis ventorum flatibus* 700. *Talia ventus est Spiritus Nationalis* – – *ibid.*

Vigilantia.

*Vigilantiæ necessitas* 771. *Vigilantiam quæ impediunt* 772. *Non debet esse nimia & extrema.* – 778.

D. Virgo.

*Commendatur pietas in D. Virginum* 581.

Virtus.

*Exempla Virtutum sumenda à Stellis* 528. *Ardor in Virtute fovendus* 610. *Virtus in magnis ingeniis curanda* 613. *Virtutis magistra est oratio* 768. *Virtutis non minor habenda ratio in Informationibus, quàm scientiæ* 749. *Sinè virtute scientia est noxia* 750. *Etiam in applicandis ad ministeria, virtus præ scientia attendenda* 751.

Visitatio.

*Collegiorum quàm accurata esse debeat* 829.

Vitium.

*Unius in Societate vitium attribuitur universis* 498.

Unio.

*Ejus præstantia & necessitas* 115. *&c.* 190. *&c.* 455. *Discordiæ damna ac fœditas* 118. 190. 209. *Unionis impedimenta* 116. 227. *Privatæ amicitiæ* 119. 186. *Murmurationes* 117. *Spiritus nationalis, &c.* 116. 180. 195. 455. 478. *Amandus in omnibus Deus* 184. *Vera caritas ibid.* 455. *Ejus signa & lapis lydius* 195. *Est fructus noster & tribulationum* 197. 330. *Et orationis* – 455.

Voluntas.

# INDEX.

## Voluntas.

*Mortificatio voluntatis necessaria ad interiorem vitam Societatis* 552. *Mortificatio voluntatis in quo sita* 554.

## Votum.

*In votorum observatione Angeli imitandi* 626. *Votum Solenne de Missionibus* — — 621.

S. Xaverius. *Vide* Humilitas.

Zelus animarum. *Vide* Animæ, Missiones, &c.

FINIS.

Epistolæ Præ
positorum Ge
neralium Soc.

4

Th
3278